

www.libtool.com.cn

Math 382

www.libtool.com.cn

Math 382

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



900000066922

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

SCIENTIÆ
ECLIPSIVM
PARS TERTIA, ET QUARTA
EX EUROPA IN SINAS;

www.libtool.com.cn

SCIENTIÆ ECLIPSIVM

COMMERCI O SINARUM
ILLUSTRATÆ

P A R S T E R T I A.

INVESTIGATIONES
ORDINIS

E CLIPSIVM.

UBI PRÆCIPUE ALIORUM
ECLIPTICÆ PERIODI
EXPLICANTUR,
NOVÆ INVENIUNTUR

A. P.

MELCHIORE A BRIGA
E SOCIETATE JESU.



L U C A E. MDCCXLVII.

Typis Salvatoris, & Jo. Dominici Marescandoli.
Superiorum Facultate.

Advenas

Gin

e longinquo
(venientes)

Yüēn

benignè excipere.

Jéu.

Chām-fù-cù sive Confucius Doctrinæ Sinicæ Lib. II ,
fol. 17.

Edit. Latino-Sinic. P. Intorcetta.



Admodum RR. in Christo Patribus.

P. IGNATIO KEGLER^(a)

CETERISQUE PEKINENSIS
ACADEMIÆ SOCIIS,

ATQUE APOTOLICÆ MISSIONIS IN IMPERIO
SINARUM OPERARIIS

MELCHIOR A BRIGA
EJUSDEM SOCIETATIS JESU
SALUTEM SEMPERNAM.



UM duos præclarissimos li-
bros ab unico, & vero Deo
in lucem editos prædicent
passim Sapientes, Mundum
videlicet, & quæ Sacra Bi-
bla appellantur, alterum
Astronomi, ceterique Philosophi, alte-
rum Theologi, Divinique Verbi Præco-
nes sibi contemplandum proposuere. At-
que ita ferè usuvenit; ut qui alterutrius

S. I.
Cur Cœlestes
Observatio-
nes, & Astro-
nomica stu-
dia conve-
niant Apo-
stolicis in Im-
perio Sina-
rum Opera-
riis: Qui fru-
ctus ex illis in
veram Reli-
gionem re-
dundent.

* 2

me.

(a) Visitatorem renunciatum
fuisse intelleximus post mis-
sam Epistolam. Titulus ex-
terni honoris, quem inter-
nos consuetudo religiosa de-
ponit, non omittitur in Com-
mentariis Academ. Imperia-
lis Petropolitanæ, Tom. I,
pag. 458, Edition. Bôno-
nensis in quibus refertur ob-

servatio facta ab Ignatio Ke-
gler Tribunalis Astronomæ in
Sinis Praefide. Errorc type-
graphicò scribitur Keyler
Tom. I, Noviss. Ephemer. D.
E. M. in observationibus de-
festuum Lunæ. Ipse certè in
suis Latinis Literis ad nos da-
tis subscriptitur Kegler; a Si-
nensibus Tai appellatur.

meditationi vacat, profundiorem alterius inspectionem aliis derelinquat. Vobis tamen, vel certè aliquibus Vestrum in Sinarum Imperio degentibus, & Animarum saluti incumbentibus, sedula utriusque contemplatio necessaria visa est: non quia Christiana Religio Supremæ Veritatis testimonio (ut e certissimis ejus characteribus constat) innixa, levioribus naturallium studiorum adminiculis indigeat; sed quia accurasier naturæ investigatio cultiores Gentes ad suum deducit Auctorem, & impedimenta submovet, quæ accedere prohibebant, & e SS.^{rum} Patrum^(a) sententia *animos preparat ad Fidem accipendam*, non quasi supernorum actuum semen, sed *instar pluviae*, quæ Tellurem quodammodo disponit optimis seminibus excipiendis: quo sensu dixit Tertullianus^(b), *Deum præmisisse Naturam Magistrum.... quò facilius credas Prophetia discipulus natura;* tantum abest, ut naturæ contemplatio moras conversioni interponat, & applicationi ad salutem. Pluribus id confirmare non est opus, quando hoc argumentum præ cæteris illustravit doctissimus Präful

(a) Clemens Alexandr. I Stromat. ab errore Semipelagianorum alienas.

(b) Tertullianus, Lib. de Resur. rect. Cain. c. 12.

sed *Huetius Episcopus Abrincensis in Concordia Rationis, & Fidei: præsertim ubi demonstrat non modo huic ab illa nihil derogari*^(a), *sed Rationem adesse Fidei, ut præcursum, ut stipatorem, ut pedissequum, ornamenti gratiâ, non dignitatis, instrumentum esse Fides, non causam credendi.* Quæ verò pars Naturæ apud quorumcumque idiomatum populos Divinam Gloriam manifestius enarrat quam Cœlum? Siquidem ut ipsis Ethnicis compertum^(b), esse praefantem aliquam, aternamque naturam, et eam suspiciendam, adorandamque hominum generi, pulchritudo Mundi, ordoque rerum Cœlestium cogit confiteri. Et verè ea est Divinitas Clementiæ Benignitas, ut non modò mortalium captui, sed etiam ingenio subinde se attemperet: unde novimus Magos quippe, qui Astronomiæ dediti erant, ad natum Mundi Salvatorem adorandum^(c) stellâ duce perductos. Cùm itaque Sinensium ingenia Astronomicis cognitionibus mirificè delectentur, sapienter facitis, dum tempus, quod a sacris studiis, & Institutionibus vacat, Cœlestium motuum observationi, & Regali Scien-

(a) *Huetius Concord. Rat. & Fidei, Lib. I., c. 5, n. 7.* | (b) *Cicero de Divinatione, II, 2.*
 (c) *Mutterbeil II, 2.*

iv

Scientiae impendit: Id enim consonat
Hieroglyphico Beatorum Spirituum apud
www.libtool.com.cn Ezechiem^(a), cui per speciem animalium
ostensi sunt habere super capita similitu-
dinem Firmamenti. Et ne longius exem-
pla petam, antequam lento igne consum-
ptus in Japonia illustre Christianæ Fidei
testimonium redderet^(b) P. Carolus Spinu-
la, Lunæ defectum die 8.^a Novembr. an.
MDCXII Neophytis suis Nangasachi o-
stendit: quo tempore Macai in Sinarum
Limine P. Julius de Alenis, aliquique Peki-
ni, Nankini, Goæ, non minus quam In-
golstadtii P. Christophorus Scheinerus, viri e
nostra Societate Clarissimi, eamdem Lu-
narem Eclipsem observarunt. Hac indo-
le Gentis, & cognoscendorum siderum
studio usus est P. Matthæus Riccius ad osten-
dendum illis siderum Conditorem^(c), & in Re-
gia Pekinensi veram Religionem primus
ineunte Sæculo XVII stabilivit. Publica
tamen permanendi facultas non obtenta
fuit ab Imperatoribus, nisi postquam PP.
Jacobus Rho, & Adamus Schall, reforma-
to Sinensi Calendario, Tabulisque Astro-
nomicis, ostenderunt ultimo præcedentis

Dy-

(a) Ezechielis I, 22.

(b) V. Ricciol. Almag. L. V,

c. 19, & P. Wreman in e-

pist. ad Griembergerum.

(c) Juvancy Histor. Societatis

pärt. V, L. XIX, n. 15, & 9.

▼

Dynastiae Regi Luminarium Eclipses in
Cœlo, quales ipsorum *calculus*, & figura (^a)
promittebant; non verò eo tempore, quo
Ethnicorum Mathematici prænunciabant.
Hac facultate velut æreo Clypeo novi-
mus fracta non semel in Sinensi Imperio
persecutorum tela adversus Evangelicæ
Fidei, Divinæque Legis præcones intor-
ta, quos nimis volebant extorres, exi-
lioque multatos. Ipſa ætate nostra Na-
ves, quæ huic rudenti (post spem in Deo
tanquam in immota Columna obfirma-
tam, cuius Providentia suaviter disponit
omnia, neque tenetur nova patrare mira-
cula, ut solebat in Apostolorum prædica-
tione) alligabantur, substiterunt, privile-
gio gaudentibus etiam iis, quæ sub earum
umbra (qualicumque ex fine) stationem
habebant, dum novissima procella, quæ
sub defuncto Imperatore Yong-Teing ex-
citata, & sub vivente Kien lun renovata
plurimas alias dissipavit, atque disjecit.
Eam ipsam libertatem prædicandi Jesum Chri-
stum, quam habuimus (regnante Kam-Hi)
ut loquitur P. Antonius Thomas (^b), non
fa.

(a) Bartoli Cina L. IV, p. 1996,
&c., ubi memorat faculta-

1629, 6 Jan. Sacro Epipha-

niz, & trium Magorum die.

tem ad postres perlatam an.

(b) Ou sans l' Astronomie nous

n' au-

facile obtinuissimus sine *Astronomia*: Quæ
omnia confirming memorandam Celeber.
www.libtool.com.cn
Io. Dom. Cassini sententiam, scilicet ^(a) *A-*
stronomiam aditum apud totius Orientis Prin-
cipes, & Sapientes Missionariis aperire, ac
proinde apertum conservare.

S. II.
Idcirca cùm
abundent O-
peribus Sacri
argumenti
indigent Li-
bris, & In-
strumentis
Mathemati-
cis.

Et in sacris quidem studiis nostra o-
pe Vos non admodum indigere perspexi
e Catalogis ^(b) operum Sinicè editorum a
PP. Societatis, quæ magna ex parte ad
Fidem, moresque pertinent, facem ce-
teris præferente *S. Francisco Xaverio*, qui
ingressum meditans in istud Imperium, pri-
mus Europæorum ^(c) *Sinicis characteribus*,
vitam Christi Domini scripserat; sed mor-
te præventus, in Sanciano Insula, hoc est
in Sinarum Portis occubuit. An P. Mol-
chior Nunnius aliquid scriptum reliquerit,
non memini: Scio an. 1555 ^(d) Cantoniam

n' aurions peut être pas la li-
berté de prêcher Jesus Chr. &c.
Ita P. Antonius Thomas in Ob-
servationibus Astron. ad finem
Memoriarum an. 1693, r.
R. S. A. P.

(a) Jean Dominique Cassini A-
stronom. Indienne. J'ay crû
queles Missionnaires a qui
l'Astronomie donné l'entrée
chez les Grands & chez les
sçavans par tout l'Orient,
&c.

(b) V. Verbiest ad calcem Astro-

nom. Europææ in Catalogo
latinè verso a P. Couplet, &c.

(c) Si Franc. Xaver. Epist. ad
S. Ignat. data Cocini IV Kal.
Febr. 1552: Scripsimus, in-
quit, lingua Japonicâ librum
explicantem originem, & cun-
cta vita Christi Mysteria,
cumdemque deinde librum Si-
nicis characteribus descripsi-
mur: quod exemplar cogita-
mus ferre nobiscum in Sinas.

(d) Orlandin. Hist. Soc. L. XV,
n. 134, edit Romæ an. 1614.

ingressum cum Gentis Sacerdote coram
 indigenarum multitudine de Religione di-
 sputasse. Supersunt tamen adhuc aliorum
 Patrum opera eodem saeculo elaborata,
 ut *Divina Legis relatio*, auctore P. Michaeli
Rogerio, qui anno MDLXXXI sedem fi-
 xerat in provincia Cantoniæ, post quem
 plurima alia sacri argumenti prodiere. Ex
 adverso tam ex descriptione Speculæ A-
 stronomicæ, quæ ad Orientales Pekini
 muros jamdudum a Sinarum Imperatori-
 bus nostrorum curæ commendatur (an-
 nuente Alex. VII, Sum. Pontifice in suo
 Brevi) tum ex variis relationibus intelle-
 xi laborem vestrum in alio ferendo one-
 re non parum allevari posse supellectile,
 sive instrumentorum, sive librorum Ma-
 thematicorum: multarum enim scientia-
 rum famulitio, & plurimarum rerum sub-
 fidio Regalis Facultas opus habet. Inter
 instrumenta gratulor integrum ad vos per-
 venisse duplicem Chrystallum, quarum
 altera focum habet quinquaginta palmo-
 rum (objectivum Telecopii vitrum vo-
 cant), alteram verò, idest ocularem len-
 tem ita Romæ construendam a præstan-
 tissimo Artifice Butterio, jussi, ut focus
 quidem sex esset unciarum de more; ar-

* t

cus

cùs verò circumferentia non 23 grad. ut
olim solebat, sed 28 numeraret, juxta mo-
rem Josephi Campani.

Ex libris, qui ad Astronomiæ subor-
dinatas facultates spectant, duos in suum
usum jamdudum elucubraverat vester ite-
rum Visitator P. Jacobus Simonelli, quem
pro veteri nostra necessitudine rogavi, ut
eorum exemplum ad nos transmittenret,
tum ne perirent labores, præsertim circa
Scioterica horologia in Italia suscepiti, &
in Sinicis latebris absoluti, tum, ut hic
impressi (nam ductus linearum multipli-
ces perplexi, ac delicati expertam Euro-
pæi cælatoris manum desiderant) pluri-
bus prodeßent, præsertim Sociis, qui ad
vobiscum allaborandum isthuc destinan-
tur. Annuit, nec semel transmisit, sed pri-
mum Apographum adhuc imperfectum
in Germaniam delatum, ubi delitescat
ignoratur. Secunda Exscriptio naufragio
periit, submersa navi, qua ferebatur ann.
1736 e regione Cocincinæ. Tandem ter-
tia vice ipsum suum exemplar autogra-
phum ad nos direxit, munus opibus barba-
ricis pretiosius. Quare nostrarum partium
est curare, ut feliciter in lucem prodeant,
quò fieri, ut dum Religioni, ac bonis Ar-
tibus

tibus inservire studemus, hoc simul con-
 servatae veræ amicitiaz pignus (raræ nunc
 avis in Terris) & Sinici in Astronomicis
 studiis commercii fructum aliquem exhi-
 beamus. Neque enim injustum alienos
 partus fovere, quos Sacræ Vestrae Mis-
 sionis usibus aptiores ducimus: nec inde-
 corum, quando *Socrates* pluris facere con-
 suevit, sc̄ non paucis studiorum nutritium
 fuisse, quām quōd ab Oraculo ob novam
 morum disciplinam sapientissimus habere-
 tur; nec ab ætate nostra alienum, quæ
 vedit Cl. *Eustachium Manfredi Astronomi-
 cas III. Præfulis Francisci Blanchini obser-
 vationes ordinantem, iisdemque, ut in-
 lucem prodirent, obstetricantem. In pri-
 mo ex Tractatibus ad nos missis laudatus
 Auctor tradit *Veterem*, ac *Novam Horolo-
 giorum Solarium, Lunarium, ac Sidereorum
 descriptionem*, multiplici problematum pra-
 xi, ac Theorematum demonstratione ea
 methodo expositam, ut Mathematicus
 Tiro sine magistro, aliove apparatu per
 se ad sublimiorem totius Gnomonices
 apicem posse pervenire. Ad calcem ad-
 ditur brevis instructio, quasi prioris Tra-
 ctatus appendix, de *Novo Uſu, formâque
 commodiori Kalendarii Gregoriani*, ut Neo-*

* † 2 phy-

phyti, pro quibus est elaborata, haben-
 rent in promptu, persecutionis tempore,
 quando sacris Doctoribus sunt destituti,
 unde eruerent celebrandi Paschatis, cæte-
 rorumque Festorum mobilium tempora,
 etiam pro consequentibus Sæculis. Hic,
 ut opinor, aliquandiu Mecoenatem præ-
 stolabitur, cum sit quadruplo ferè major
 altero, adeoque majoribus indigeat sum-
 ptibus. Tractatus alter ^(a) de *Integrâ Ecli-
 psium Astronomica Constructione*, delineatio-
 ne, ac typo, est is, qui nunc editur tam in
 Theoria, quam in praxi, futurus isthic gra-
 tissimus, ubi ab antiquissimis temporibus
 Luminarium defectus indigenæ observare
 solent, & ab Europæis earum prædictio-
 nes inquirunt, atque audiunt prodigioso
 Solis deliquio morientis in Cruce Salva-
 toris Mundi manifestatam Divinitatem,
 de qua placeret consensus historiæ Sini-
 cæ, si constaret ex illa Solarem Eclipsim
 circa idem tempus non contigisse in No-
 vilunio, sed prope Plenilunium: dirime-
 ret enim litem de Anno mortis Christi Do-
 mini, num æræ Dionysiacæ, idest commu-
 nis anno 29, an potius 33 sit adscriben-
 da,

(a) Transmisit Auctor ad nos | Urbe Cancheu, die 7 Augu-
 sti 1738.
 unà cum præcedentibus ex

da; cui controversiae dijudicandæ imparem Critici reddiderunt Eclipsim a *Thal-*
lo, ac *Phlegonte* Tralliano commemora-
tam: sed rudes Veterum Sinensium inspe-
ctiones vicit Academizæ Vestrae in obser-
vandis Eclipsibus diligentia. Idcirco Tra-
statui de Astronomicorum Typorum con-
structione opportunum duxi annexere
Eclipsium Observationes, a Vobis alio fine
ad nos missas: si enim unam, vel alteram
etiam Academizæ Londinensis, Petropo-
litana, &c. exceperunt cum plausu ^(a);
quantò magis si plures videant simul coor-
dinatas? Has igitur in ordinem prius di-
gestas, & cum Europæis comparatas, bo-
nâ veniâ in publicam utilitatem edemus,
ut hæc scientia non solum præceptis & in
imagine, sed etiam exemplis, ac ipsa na-
turæ inspectione illustretur. Dixi *alio fine*
ad nos missas, scilicet in supplementum
earum, quas etiam ante annum 1725 ite-
ratò expetieram circa Veneris planetæ
maculas, de quibus dicam aliquid, ubi se
offeret occasio: plures observationes isthinc
transmissæ non comparebunt, vel quia
interciderunt, vel quod non pertinent ad
Eclipses.

Quo-

(a) Alias ediderunt R. S. A- | nitius in novis Sinicis, alias
cad. Paris. in suis Com- | recentiores P. Souciet in-
mentar. a. 1693, Cl. Leib- | Obs. &c.

§. IV.
Remunera-
tio ex Europa
in Sinas mis-
sa in triplici
Dissertatione
de Ordine E-
clipsum. Pii
affectus ad
Socios in illa
Sacra Missio-
ne laboran-
tes.

Quoniam verò nihil est remuneratio-
ne benevolentiaz (a), nihil vicissitudine studio-
rum, vel officiorum jucundius, aut æquius
triplici accepto beneficio, triplici de eo-
dem argumento Dissertatione, sive Inve-
stigatione (tempus enim aliis rebus debi-
tum plura nunc reddere in grati animi si-
gnificationem non permittit) vicissim cor-
respondebo. Et uni quidem ansam dede-
re pauca R. V. verba, ibidem referenda,
quibus incitatus Veterum periodos circa
status Eclipsum revolutiones explicare
conatus sum, & novas pro majoribus tem-
porum intervallis (facta prius æquatione
annorum Solarium, & Lunarium) Deo
aspirante adinveni, in duabus reliquis Si-
nica exponam munera, simulque Ordin-
em Eclipsum tam in natura, quam in
Observationum, & Constructionum do-
ctrina inquiram. Hæc autem ad Scientiaz
Eclipsum integritatem unico veluti spi-
ritu, atque opere conjuncta præstare for-
tasse poterunt aliquod oneris allevamen-
tum, iis saltem, qui ad Vobis succeden-
dum advenient (quando in tanta locorum
distantia, nobis ad sarcinas relictis, non li-
cet ad pugnam cum Idololatriz monstrib-

Vo-

(a) Cicero de Amicitia.

Vobiscum descendere) ut ab ejusmodi laboribus www.libtooc.com.cn sint expeditiores, quos cætero-
quin ex charitate ^(a) ad majorem Dei glo-
riam suscepistis cùm a sacris ministeriis,
& oratione vacat. Quod eò libentius of-
ferendum, si in Cœlo servetur lex illa spo-
liorum, quam tulit David in Terris ^(b):
*Æqua pars erit descendantis ad prælium, & re-
manentis ad Sarcinas, & similiter divident.*
Quanquam mihi quidem si quid de Vo-
bis metear, abundè erit pro præmio, si vel
unum Infantem, qui salutari unda non
ablutus, in æternum esset peritus, sacro
fonte expiaveritis. Interim Fides vos eri-
gat ad æternam mercedem in Cœlo con-
sequendam, etiamsi in Ethnicorum con-
versione fructus non respondeat labori-
bus. Spes confirmet exemplo Veteris Ec-
clesiæ, quæ licet serò, vidi aliquando
Romanos Imperatores, nempe medio ter-
tio saeculo duos Philippos occultè Chri-
stianos, ac tandem saeculo quarto Con-
stantinum Magnum publicè, & palam Di-
vinam Christi Legem profitentem. Natio-
ista Literis dedita, si rem serio perpendat,

non

(a) Bernardus in Caatica, Serm. 36. Sunt qui sciunt eo fine tantum, ut sciant, & turpis turpissas est, &c., . . . & sunt, | qui scire volunt, ut edificant, & charitas est.

(b) Primo Regum XXX, 24.

non poterit non exclamare cum cæteris
populis cultioribus (^a) *Magna est Veritas,*
& prævalet. Si tantò ante Luminarium,
defectus scire desiderat, Astrorum Leges,
& quomodo planetæ in Cœlo moveantur;
quantò magis discere debet suas in perpe-
tuum vitare tenebras, legem quam tulit
supremus Cœli, Terræque Dominus, &
quæ homines via ducat ad cœlum? Utè
didicit magnus in Cocincina Princeps (^b)
unà cum multis Literatis viris postquam
vidit an. 1620 Lunarem Eclipsim die 9
Decembris, ut fuerat a Patribus Societa-
tis prænunciata, non verò die octavo, ut
Popæ falsò prædixerant, & frustra, quasi
opem laboranti allaturi, cum tympanis ex-
pectaverant, motuum, qui in Cœlo fiunt
ignari, sed multò ignorantiores viæ, qua
ducimur ad Cœlum. Charitas demum,
quæ (^c) *omnia suffert omnia sustinet,*
omnia vincit, Vos nobis in omnem æterni-
tatem consociet, memores illius sententiæ
S. Dionysii Alexandrini (^d), quæ non levem
afferre potest inter tam diuturnas calamiti-
tates consolationem: *Illud Martyrium,*
quod

(a) *Esdrae III*, c. 4, inter apocrypha SS. Literarum.

(b) *Christophorus Borrus* in Relatione Cocincinæ ad Ur-

ban. VIII.

(d) *Dionysius Alexandrin. Epistola ad Novatian.*

xv

quod quis perpetitur , ne dirimatur Ecclesia
consenso , non minus certè , sed multò plus ha-
bet commendationis , quām illud , quod susci-
pitur , ne Idolis omnino immoletur ; nam in-
hoc pro unā quis animā suffert Martyrium ;
in illo autem pro totā Ecclesiā . Atque hīc ad
omne pro istā sacrā Missione paratus ob-
sequium , Sanctis R. V. ac Sociorum sa-
crificiis , atque orationibus enixē me cu-
pio commendatum . Opto ut valeatis in
Domino (in extremā Epistolā usurpare li-
ceat verba S. Epiphani (a)) : Deus autem
pacis prefet nobis hanc Clementiam , ut conte-
ratur Satanas sub pedibus Christianorum , &
abjiciatur omnis perversa occasio , ne scinda-
tur unitas charitatis , & pacis , & recta Fi-
dei predicatio .

Senis IV Nonas Decembri.



* † †

I N.

(a) S. Epiphanius Epistola ad Joannem Hierosolymitanum,

—
INDEX CAPITUM

www.libtool.com/en III. PARTIS, SIVE TOMI II.

EPistola ad Academiam Pekinensem, & Praefatio.

INVESTIGATIO PRIMA.

Ordo Eclipsium in Naturâ suâ,

Methodicè per immediatas Observationes detectus, &
perpetuâ Interpretatione declaratus.

CAPUT I. Ordo Existentiaz, & Præcognoscendorum ante inspe-
ctionem Eclipsum.

II. Ordo Causarum intrinsecarum, & unde sint Eclipses,
ubi de causâ Materiali, Formali, Efficiente, ac
varii erroribus circa veram Eclipsum causam.

III. Ordo Finium, & Causæ Exemplaris Eclipsium; Ea-
rum finis, & usus proprius in variis facultatibus
indicatus. Finis Ordinis per symbola Moralia, &
Allegorica: Finis ultimus per symbola Anagogica
explicantur Investig. III, Cap. X.

IV. Ordo Luminis Secundarii, & Colorum.)

V. Ordo Specierum Phasium, & Quantitatis) in Eclipsibus.

VI. Ordo Loci

VII. Ordo Temporis } Eclipsium.
VIII. Ordo Numeri, & Intervalli. }

INVESTIGATIO SECUNDA.

Eclipsium Harmonia Periodica.

CAPUT I. Investigationis occasio, & Notiones Nomina.

II. Leges Constructionis Periodorum.

III. Fundamenta, & Artificium Constructionis Ecliptica-
rum Periodorum.

IV. De Eclipticis aliorum Periodis.

V. Novus ulterior progressus in aliorum Methodo.

VI. Novæ Periodi Luni-Solares simul, & Eclipticæ.

VII. Corollaria, & Animadversiones pro usu Periodorum,
præsertim ad prædicendas Eclipses sine calculi molestia
in viâ Ægyptiorum.

INVESTIG. III ORDIN. DOCTRINA debitur IV Parte.
IN.

P R A E F A T I O.

Si in omni disciplinarum genere quisquis est Veritatis Amator, debet illam ordinatè investigare, ut faciliè, intimè, firmiterque asequatur, quanto magis ubi ingenui Adolescentes ad Regalis Scientia apicem aspirant, atque illustratas Eclipsum tenebras cupiunt intueri? Eclipsum Ordo considerari potest tam in Naturâ rerum in seipsis, tam in Doctrinâ, qua clari instar speculi fideliter referat, aut in imagine, ac typo representet, quod oculus vidit, vel conspiciet in Ccelo, simulque rationem reddat eorum, quæ apparent. Et alterum quidem subinde sufficit servare: hic verò uterque ordo partim inquirendus in Naturâ rerum, partim introducendus in Observationibus, earumque interpretatione, atque in extensis typica Constructionis subfidiis: in Periodis vero terque stabilendus. Triplex est observationum genus. I.^m populare, quo sine instrumentis communes perceptiones non egrè asequimur, cajusmodi sunt pleraque earum, quas in gratiam studiose juventutis ab initio præmittimus. II.^m per immediatas inspectiones non sine peculiari attentione, aut etiam instrumentorum praefidio peractas, quibus comparari solent notiones vulgo minus animadversae, v. g. num major sit dato tempore apparens Solis diameter, quam Luna. III.^m per sublimiores cognitiones ex præcedentibus illatas, quales sunt Eclipsum Periodi, aliquaque reconditora Theoremate ex multiplici præcedentium observationum comparatione deducta: in quâ classe ipsas Planetarum Periodos inter observations videamus ab Astronomis recenseri. Ideò autem a primis elementis initium ducimus, ut ab iis, quasi ab infimis gradibus studiosus Adolescentes per sece possit ad Sinicarum Observationum, & Astronomicarum Constructionum lectionem ascendere. Qui enim universam materiam com-

§. I.
 Ordinem
Nature in-
quirendum
in Eclipsi-
bus, earum-
que Perio-
dis. Ordin-
em Doctri-
nae introdu-
cendum in
earum ob-
servationi-
bus. Triplex
observatio-
num genus:
cur incipia-
tur a primis
elementis.

pletti, & ad ordinem revocare studet, quemadmodum ter-
rei non debet arduis, ita nec humilia dēdignari: pra-
www.tertiumcubiculum.com
fint erudiendi Tirones, quibus persape major
apparet difficultas in limine, quam in progressu. Idecir-
eo placuit clara methodo ex immediatis observationibus,
& simplici, perpetuāque interpretatione Eclipsum ordi-
nem deducere, vel potius planiorē Veterum Ḥgyptiorum
viam detegere: in quā, ut postulo, procedemus per In-
vestigationes, atque Acroamata, ut loquitur Cicero (a),
sive eruditas auscultationes, non per Theorematā, sive
rigidiores demonstrationes: Primum quidem, ut liberior,
amæniorque campus variis, qui per viam se offerunt fru-
ctibus colligendis aperiatur: deinde ut diversas, sed cum
nostrā muterā consonantes chordas tangere, sobriè ta-
men, & parcè pro re natā liceat, cujusmodi sunt mora-
lia, & Theologica Eclipsum symbola, qua proprium hic
babent locum, ubi inter ceteras causas inquiritur finis
non solūm rei, sed etiam finis ordinis & finis ultimus:
nec omitti sine culpā poterant ab eo, qui palam, ac di-
sertè profiteretur in edendo, atque elaborando hoc opere,
illum præcipue scopum atque usum sibi præfixisse, ut sa-
cris Evangelii Praconibus inserviret, quò illis vera Fi-
dei aditus apud Orientis Sapientes, vel aperiatur, vel
conservetur: sublati enim occasione Astronomica Doctrī-
na insinuanda præjudiciorum impedimentis, bene affectis
animis erga Evangelicā Veritatis Magistros (b) facilis
excipient Legem, quā itur ad Cœlum, dum ab iisdem
discunt Astrorum semitas, Cœlestium motuum Leges ac
Luminis defelctiones. Accessit tertia ratio, quod eviden-
tia non semper occurrat, præsertim ubi inquirendæ res
abdita, aut novitate fugientes, aut vetustate sepulta;
in quibus & si multa se offerant certa, manifesta, demon-
strabilia; non paucā tamen remanent incerta, vel tan-
tum verosimiliora. Nibilominus inbarendum censeo scien-
tifica methodo, quantum fieri differendo potest, quod ex
illō

(a) Cicero Orat. pro Archia.

(b) Vide Epistolam P. Porenini ad

D. Mairan Tom. XXIV, des Let-
tres édifiantes, &c curieuses pag. 23.

illa erat et, quam pro ratione materia babere licet, claritas, brevitas, atque soliditas. Scio Nobiles Mathematicos ~~want contentos.~~ fuisse coherentia calculi, ut illationes suas demonstraciones appellarent; sed nos non admitteremus Periodorum radices quibus prater calculos non concordent observationes, ab augusto tamen demonstratio- nis vocabulo, ut plurimum abstinebimus: neque enim ad Theorematis pondus percipiendum necessarium duximus solemnem formulam addere, quod erat demonstrandum. Neque sola Geometria demonstrat, sed etiam Arithmetica: quin etiam in docendo non raro inveni adolescentes, quibus demonstratio per numeros erat evidentissima, quando alteram per lineas non assequebantur.

Cur vero placuerit secretiorem Veterum Ægyptiorum viam desegere, plura sunt in causâ. I.^{um} quia apud eosdem per traditionem servabatur primaeva Patriarcharum Sapientia a Deo revelata: ipsa autem doctrina simplicitas Divinam probat originem, ut Plato in Timæo agnot. Illorum quoque occultus incessus (confirmando periodos, & motus medios traditione acceptos per iteratas observationes) idipsum probat. Cur ergo non licet nobis bunc tacitum eorum progressum sublimem aspicere, & procul observare tuendo, ut de suâ imitatione Virgili canebat Rapinus ^(a). II.^o Quia Augustino ^(b) iudece bac erat potissimum Ægyptiorum Sapientia in sacris Literis commendata (nam in Fide, & moribus nimium discesserant a Patriarcharum traditione) ipsa porrè eorum memorabilis doctrina, quæ appellata est Sapientia, quid erat nisi maximè Astronomia? initiatis tradita sine perplexarum hypothesum anfractibus; nam aliis tanquam profanis nonnisi sub Hieroglyphicorum, & fabularum involucris proponebatur, quod putarent veritatem vilescere, aut insultus periculo exponi si in vulgo spargeretur. In quo sane ab illis, pro schola nostra more, recedimus alium sapientiorem secutæ dicentem ^(c) ea,

quæ

§. II.
Cur per In-
vestigatio-
nes in Ægy-
ptiorum
methodo.

^(a) Rapinus Hortorum L. I.

^(b) Aug^{ust}. XVIII de Civitate, c. 39.

^(c) Sapientie VII, c. 13.

que sine fictione didici, sine invidiâ communico. Neque in scipsa Veritatis Lux vilescit, aut patitur, sed ubi ejus aspectum eripit, qui in illam contumeliosus surgit. Illud quia aptior est ad scopum propositum; qui enim amat pluribus prodeesse, & persuadere generalis Harmonia studium (non simul omnibus facultatibus incumbendo, sic enim nulla intimè addisceretur; sed in eâ, quâ quis exerceetur respiciondo varios consonantia terminos), atque ad illud Candidatos evocere, facilius intentum obtinebit, si utatur stylo perspicuo, & plano, quam alio reconditiori. In Mechanicis certè laudatur, qui minori mole, ac labore magis pondus docet ut collere: & in artis Academiarum, qui Interpretis, aut Historici munere fungitur etiam Geometricas, & Analyticas doctrinas elaboratâ facilitate in limpidas veluti aquas resolvit, ut ab omnibus intelligantur. 4.º Cum catena partes sint ab aliis occupata, jamque præmissa fuerit Prima Pars Geometrica, & secunda Observationum Chronologica per integrum Periodum Ægyptio Chaldaicam, post eot illustrissima Geometrarum, atque Astronomorum laboras, tempus est eorum fructus colligendi, & ad ordinem revocandi non sine aliquâ novâ extensione ad ulteriora, nec sine respectu ad veteris Harmonia Leges in tribus nostris Investigationibus.

Et in primâ quidem Eclipsi Ordo in seipsis, ac Naturâ suâ inquiretur per immediatas Observations, & perpetuam Interpretationem; quam methodum non semel in publicis etiam Thebibus a nobis propositam, animadvertisimus præclarissimis bujus etatis Astronomis (viso præsertim nostro Elencho priorum Investigationum Veneris Planeta edito Florentiae an. 1727) non displicere. Auditoribus sanè deprehendimus minimè difficultem; cum enim singulis observationibus per suas classes distributis, atque invicem ordinatis sua cuique causa assignetur, & veritas clarius elucescit, & ipsâ effectum atque causarum aptâ coordinatione tollitur, si qua erat confusio, & sensim quasi per gradus difficultas evanescit. In se-

cyn-

etundū Investigatione tradetur Periodica Eclipſium Harmonica explicatis Veterum Periodis, novis Deo Auspice adiuentis. In Tertiā exponetur Ordo Doctrinæ de quibusvis Eclipſibus tum ad iudicandum de Optica Representationis (Astronomicam Constructionem vocant) origine, perfectione, veritate; tum ad ineundos calculos pro Eclipſibus, tum ad formandum novum Typum, Veteresque Schematismos, tum ad Observationes peragendas, atque in uſum deducendas. Quas si Tiro prius Ordine Temporis adierit, expeditior erit in lectione Astronomicæ Constructionis, & Sinicarum Observationum, quibus ordine dignitatis ab earum Auctoriis derivatae priorem dedimus locum, ſimulque babebit totius materiae vel complementum, vel ornamentum. Si vero eadem Investigationes ſeparatim ederentur, repetenda eſſent figura, quas prioribus XII Tabulis in locis vacuis inseruimus, vel duplicatis literis, vel Romanis numeris ad distinctionem alienarum. Quid vero Eclipses ad Veterum Harmoniam, alibi opportunius innuemus: interim ſufficiat in ſenſu Astronomico interpretari (una enim ex Cauſis cur Mercurius bieroglyphicis ueteretur, erat, ut idem pluribus modis licet accipere) pulcherrimum Siſtrum Mafei Medicei, quod ante aliquot annos alia de cauſa delineandum curaveram, cum ab eruditissimo Viro certissima Typhonis effigies, & quidem figurâ humana ex monumento citra omnem dubitationem antiquo fruſtrâ quereretur. Juxta ſimpliciorem interpretandi modum, aliò reservatis allegationibus ea eſt quod post Praefationem ſubjiciam. Amor ille ^(a), qui hanc rerum univerſitatem ex nibilo creavit, tenebroſam illuminavit, conuafam numerosè ordinavit doceat nos, omnesque rerum Cœleſtium ſtudioſos Divina Lyra ^(b) modulos, & concordem

(a) Genesis I. Confer Tanutum. ſi
vc Mercurium Seniorem apud Eu-
ſebium Prep. Ev. L. I, cap. 10.
Pherecydem Syrum apud Proclum
in Timæum Platonis. Fr. Redi
Son. 23.

(b) Mundus. Dei Lyram dixit Atba-
nafus Oratione contra Idolola-
tras. Franc. Redi Son. 17.
Cetra del grand' Idio ſon l'auree
ſfere.

dem lucis umbraque discordiam in Eclipibus constanti varietate admirabilem, quando inter Veterum effata est etiam illud: (a) Musicam docet Amor quamvis antea fueris rudis.

Medicei Sistri Analyſis.

Medicei Sistri Hieroglyphica.	Significatio Singulorum.	Interpretatio Astronomica.
1. <i>Felis</i> converso ad nos vultu in Apſide Sistri, & procumbens inter geminos suos catulos Matrem hinc inde respicientes.	1. <i>Luna Plena, Io, Iſſa Typhoni</i> conjungenda: eademque filens (inter duas parvas phætæ crescentem, & decrecentem) in direſtū ſubiecta Nephthyoſ.	1. Quisquis percipere velit Eclipſium, ſive Lunarium in Plenilunio, ſive Solarium in Novilunio.
* 2. <i>Curvatura Baltei.</i>	2. <i>Cælum</i> velut in forniciem ſupra nos expaſsum.	2. Cœleſtes Periodos.
3. <i>Tres virgæ mobiles</i> trajectæ per foramina in Baltei lateribus. Additur quartæ delineatio (propter duo foramina vacua) quæ hic deefit, ut in antiquioribus Sistris.	3. <i>Periodi Cæleſtes Lunares</i> vel anni tempora (Mercurio tria tantum quadrimestria) aquarum motus, rerum vices, &c.	3. Etiam per tres Ordines, nedum per ſua media intervalla in anni temporibus.
4. <i>Cynocephalus</i> ſedens in plano erectis anterioribus cruribus.	4. <i>Anubis, ſive Custo dia temporum æqualium,</i> horarum æquinoctialium, motus æquabilis, &c.	4. Äquabili motu in vicem coordinatas,
5. <i>Facies Nephthyoſ uxoris Typhonis cornibus (nigris in Tabula Bambina) deorsum versis.</i>	5. <i>Umbra Lunaris</i> in Terras projecta; vel Terra arida, vel deorsum vires exerens in radicibus, &c.	5. Probè noverit, ac veluti manu teneat Lunaris umbræ projectionem, & dimensiones.
6. <i>Qua-</i>		

(a) Vide Plinior. Symp. L. 1, q. 50.

6. Quadrus cum basi ornata.	6. Stabilis mōles Telluris.	6. Orbis quoque Terrarum
7. Typhon. Osiris ho- nis in Manubrio, ne pugno stringi possit dum editur sonus humana sed harvata forma.	7. Umbra Terrestris. semper a Sole a- veria, vel tenebris.	7. Umbram semper obvelatam tensbris.
8. Idem insistens clau- so Flori Loti.	8. Tempus nocturnum.	8. Nocturnis veluti pugno stringat.
9. Concussione Virgu- larum sit sonus.	9. Harmonia.	9. Sic enim percipiet Mundanam Ecli- psim Harmoniam in reditu lucis post umbram: simulque
10. Tota Sistri figura conformatu instar Tui cum enī.	10. E Cœlo salus, ac vita, redditusque in Cœlum.	10. Dicet post hujus mortalis vita tene- bras, ac vicissitu- dines salutem e Cœlo expectare, at- que in Cœlum re- dire. (a)



TY-

(a) Veterem locutionem Origenista-
quidem pravo sensu ad suam re-
volutionem, & Animarum Recidi-
serum detorserunt; sed S. Me-
thodius aliisque P.P. sicut descer-

dere e cœlo est habere originem
a Deo; ita redire ad Cœlum est ad
Deum ascendere. Vide Natal. Ale-
xandr. Hist. Eccl. Sec. IV, c. 6.
a. i. S. Geltrud. Vit. L. V, c. 3.

TYPOGRAPHUS LICTORI.

*Ne bac pagella vacaret, is qui editioni praendit mentis
Auctoris inhaerens in ultimis Praefationis verbis ex-
pressa, sequentes versus apponi jussit: tum quia ibi-
dem indicantur, tum quod ingenuos Adolescentes ad
Astronomica studia atticiunt, tum quia docent assur-
gere ex Harmonia Cœlesti ad contemplacionem & A-
morem Divinorum.*

FRANC. REDI Rime Son. XVII.

C'Etra del grande Iddio son l'aureo sfere,
Che si aggirano in Ciel con vario moto.
Ma di quelle armonie cotanto altore,
All' orecchio mortale il suono è ignoto.

Anzi all'alma ristretta in le severo
Ritorte dell'oblio nè meno è note:
Amor con sue dolcissime maniere
Tenta di sciorla, e non lo tenta a voto.

Amor la scioglie, la risveglia, e accende
Un dolce in lei connatural desio
Di chiaro udir ciò, che confuso intende:

Ond' ella poi lo strepitoso, e rio
Rumor de'sensi a racchetaro attende,
E cerca farsi più vicina a Dio.

LO STESSO SON. XXIII.

MUsico è Amore. Alle Celesti Sfere
Le Divine armonie gran Maestro insegnà;
E primiero Motore alberga, e regna
Tra le beate consonanze altere.

E se dal Cielo egli mai scende, e fero
Quaggiù coll'arco una bella alma, e degna,
In quell'alma felice imprime, e segna
Quelle armoniche sue dolci maniere.

E sì l'accende, e sì l'infiamma, ch' ella
Altro non ha, che un immortal desio
Di rifarsi più vaga, e ognor più bella;

Per tornar colassà donde partì
Ad ascoltar nella sua propria Stella
I concetti di Amore intorno a Dio.



www.lib.utexas.edu

INVESTIGATIONES ORDINIS ECLIPSIVM IN NATURA, IN PERIODIS, IN DOCTRINA.

INVESTIGATIO PRIMA.

ORDO ECLIPSIVM IN NATURA SUA,

Methodicè per immediatas Observations detectus,
& perpetuâ interpretatione explicatus.

C A P U T P R I M U M.

Precognoscenda ante Eclipseum inspectionem.

S. I. Varia Eclipseum nomina : earum distinctio a spuriis : illas existere juxta leges a Deo latae . Solem , & Fixas luce propriâ : Lunam & cæteros Planetas luce alienâ .

O B S E R V A T I O P R I M A.

Ordo existendi in Eclipseibus.



B omni hominum memoria , de quâ extant cœlestes observationes , quovis saeculo sapius contigit , etiam sereno Cœlo , ut Laminaria sensim , atque per partes lumen , quo fulgent , amittere viderentur [independenter a malulis , extraordinariâ halituum copiâ , nubibus , depressione infra horizontem , &c.] Nec multò post splendorem suum paulatim recuperare , ut videre est in Observationibus Sinitis , & Consensu Europe . Id autem rato ordine , & constanti Legi in Mundo peragi deprehensum est , siquidem ab Astro nomis multò ante certissimè prænunciabantur , quam eve-

A

virent;

*nirent; & in prateritis saeculis designari solet cōbaren-
ter ad Historie fidem obscurationis locus, quantitas, du-
ratio, &c. Casera, que solem spectant, tradentur in
sequentibus pracognitionibus.*

INTERPRETATIO PRIMA.

Dantur Luminarium, aliarumque Stellarum Eclipses, non casu, & fortuitò, sed juxta constantes, ac ratos Cœlestium Corporum motus, a Primâ Causâ in Mundi creatione ordinatos, & saltem usque ad finem Sæculorum duraturos: in Sole tamen, & Fixis sunt meræ occultationes nobis apparentes, in aliis veræ Luminis defectiones.

Eclipsis vox Græca a Latinis adoptata defectiōnem sonat, sive defectum: unde erat in votis Virgilio (a), *defectus Solis varios, Lunaque labores cognoscere*: quando enim Luminaria subeunt Eclipsem apparent instar ægri languescere, ac veluti *deliquium*, sive *laborem* pati; sed reverâ Sol, ac Stellæ fixæ, etiam quando nostro aspectui occultantur, nullam in se ipsis Luminis defectionem patiuntur, quia fulgent luce propriâ. Viceversâ, Luna (idem dicendum de Satellitibus Jovis, & Saturni) verè laborat, & patitur primarii saltem luminis detrimentum, quia illud a Sole mutuatur. Eosdem defectus Ægyptii vocabant *Typhosis tenebras, occultationes, vel excusiones*, de quibus Invest. III, §. IV, Secta Jonica *Umbras*. Schola Alexandrina: *irregularites*, sive *obscurationes*. Quod autem Planetarum Princeps fulgeat luce propriâ, demonstrabitur ex ea, quod

(a) *Virgilinus* & *Georgic.*

quod eodem tempore, quo Sol aliquibus obtagitur totus, aliis tantum dimidiis, aliis minus dimidio, aliis nulla ex parte deficit, ergo ejus obumbratio est tantum apparet, dum aliquod corpus opacum interpositum eripit nobis ejus aspectum: neque ullum fundatum suspicandi, quod aliunde lumen accipiat, cum potius constet esse (^a) fornacem ardoris, radios igneos emittere, & ab administrando lumine in toto systemate planetario dictum in sacris literis *Scemes*, quasi Mundi ministrum: unde forte manavit apud Occidentales Scriptores, quod ajunt (^b) hic lucem rebus ministrat. A Sole certè Luna primarium suum lumen mutatur, ut patet tum ex phasibus, ac diversâ quotidie per diversas constantes maculas sectione lucis, & umbræ; tum ex ipsis defectibus, qui eodem tempore in toto Telluris hemisphærio ejusdem ad sensum quantitatis, & durationis conspicuntur; quæ destruunt contrariam Berosi (^c) hypothesim. Videbimus præterea Lunam in Eclipsibus Solis totalibus minimè transparere, sed fieri tenebras horribiliores nocturnis; ergo non est diaphana, nec semidiaphana. Ex quibus infertur hæc

PRIMA PRÆCOGNITIO: *Sol ex naturâ suâ est Corpus Lucidum, Luna opacum; quod primarium saltem Luxmen a Sole mutatur.*

Quod Stellæ Fixæ Solem imitantur, ac nativâ luce splendeant, suadetur tum ex incredibili a sole distantiâ, ut sol ab iis spectatus instar Stellæ appareret: ergo haberent minorem lucem, quam nos per noctem; adeoque non possent tam vividum lumen in Terras reflectere: tum quia per eos annos, quibus sol apparuit maxime conspersus maculis, ac veluti stabili pallore obfuscatus, debuisset imminui lux Inerrantium; non est autem imminuta, ut constat ex historiâ: igitur naturali luce splendent. Cave a falsis probationi-

A 2 bus;

(a) Eccles. XLIII. Confer *Pinedam* in Job: Grammaticos in verbo οὐδείς ministrevit. Posset etiam deduci ex οὐδεὶς ibi & οὐκ ignis: quod idem probat. (b) Plinius Nat. Hist. II. 6. (c) Vide infra §. VII, 10.

bus; nam ex umbrâ Saturni nihil evincitur, quia hac deficit antequam perveniat ad Fixas. Multò minus ex Eclipse Solari, quia Luna e Fixis conspecta vix, ac ne vix quidem instar maculæ appareret. Quod cæteri planetæ sint opaci, sicut Luna, & Tellus, manifestum est similiter partim ex phasibus, ut in Venere, & Mercurio, partim ex eo, quod ambo in Solis disco visi sunt instar maculæ nigræ. Mars verò circa quadratos asperatus fit *αμφίκυρος* sive utrinque Gibbosus. Jupiter demum, & Saturnus ex mutuâ proprietatum satellitum obscuratione, qui adhuc extra corpus sui primarii constituti, hoc est antequam ingrediantur, sive postquam egressi sunt opticè, nigram umbram in illius apparentem Discum projiciunt, semper tamen in partem oppositam Soli. Diximus hujusmodi obscurations *ab exordio Mundi* naturaliter evenire, ut constat ex Historia, etiam independenter a maculis Solaribus, & a Terrestribus halitibus, nubibus, Vesuvii, aliorumque Ignivomorum montium cineribus, &c.: tum ad excludendas eclipses spurias, quæ ab illis memoratis causis naturaliter procedunt: tum ut præscindamus ab Eclipsebus prodigiosis, quæ etiam ab iisdem causis magnâ quantitate supra naturæ vires combinatis possent contingere præter omnem humani ingenii conjecturam, cui veluti fortuiti casus apparent. Proinde nihil turbat, quod prodigiosam Solis Eclipsem tempore mortis Christi Domini (^a) tribuat *Scheinerus* magnâ ex parte, ingenti macularum Solarium copiæ Divino Consilio tunc excitatæ, quamvis alii non minori probabilitate tribuant subtractioni Divini concursus, sine quo illuminatio non propagatur.

Dicebam præterea veras Eclipsees fieri non casu, & fortuitò, sed juxta constantes, & ratos corporum Cœlestium motus a Primâ Causâ ordinatos *ab initio usque ad finem Sacrorum*: cur enim isti potius diriguntur juxta seriem signorum, quam in aliam Mundi pars-

(a) *Scheiner. Rosa Ursina*, L. IV., par. 2, cap. 83.

ORDO NATURÆ. CAP. I.

8

partem? Neque possent certò in omnem statem edicî in ~~sic~~ obscuratioñis loco, quantitate, duratione: nam ~~calus~~ constantiam non servat, nec mediis utitur proportionatis, nec res ad perfectum exitum perducit. Quin ea ipsa, quæ non sine congruis mediis ex fortuitâ causarum combinatione resultant, ut Halones, Parhelii, Paraselenz, nec habent determinatam periodum, nec fixam durationem, nec certò enunciari possunt in omnem statem venturam, aut præteritam. Quis ergo tam hebes, ut ex hac Umbrarum, & Lunæ discordi concordiâ certâ lege, constanti varietate, miro ordine, atque pulchritudine Summum Legislatorem, ex Lyrâ Lyricinem ex opere Supremum Opificem, & Primam Causam non agnoscat? Ex illa autem constanti lege Naturæ tot sçculorum observatione confirmatâ deducitur Eclipses etiam ab initio Mundi extitisse, & alias usqæ ad finem humanarum generationum necessariò extituras, ut nūla sit vis naturalis, quæ talem Legem valeat infringere, nisi Deus per misericordum annuat.

§. II. Lunam propiorem Telluri, quād Solem: bunc majorem utrāque. Astronomorum diversæ sententiae non turbant Eclipsium calculationem.

II. PRÆCOGNITIO. Sol remotius & Luna propius circa Tellurem apparent constanti motu gyrate.

Hæc est una ex ratis legibus in ordine ad constantiam, & calculi certitudinem; idem esset si quis supponeret cum Copernico Tellurem revolvi circa Solem in eadem distantiâ, aut circa Lunam, ut ad hominem contra Copernicanos imaginabatur Balianus. Neque obstat apparens motuum inæqualitas, ut velocitas circa Perigeum, quia idipsum non fit sine certâ lege Astronomis cognitâ. Sicut etiam aliunde nota obliquitas Eclipticæ, a quâ Orbita Lunæ declinat fere gr. 5° 1' 30".


Quod

SCIENT. ECL. PARS III.


Quod verò Luna propior sit Terris demonstrat parallaxis longè major solari, ac cæterorum planetarum (*Vid. Fig. 41.* Tab. XVI. www.librool.com.cn). Proinde cùm in omni hypothesi differentia loci veri *V*, in quo videretur Luna ex centro Terræ *T*, & loci visi, sive apparentis *A*, in quo videtur ab oculo *O*; constituto in superficie Terrestri, sit longè major, quām Solis sequitur, ut Lunæ distantia a Tellure sit supra omnem fidem minor solari. In nostrâ methodo idem evincitur ex Eclipsibus, stabilità aliunde verâ illarum causâ, quod sola Luna ex omnibus planetis incidat in umbram Terræ, quamvis non sola interponatur aliquando inter Solem, ac Terras. Solis distantia zgrè invenitur per parallaxes, quæ *Prolemæo*, aliisque Veterum putabantur $2^{\circ} 51''$, aliquando ultra $3^{\circ} 4''$. *Keplerus* in Rudolphinis censuit variari inter $58''$, & $62''$ ex quibus prodirent distantiaz semidiametrorum Terræ minima 3327 , maxima 3438 : sed diligentiores observationes, & aptiora organa ostenderunt esse paucorum secundorum, de quibus zgrè judicatur per instrumenta. *Ricciolius*^(a) per Lunæ dichotomias demonstravit Solis a Terra distantiam non esse minorem 7000 Telluris semidiametris (quārum supereret nondum liquet etiam per Analogias. *Keill Lect. XXII* ex Marte Acronychio intulit Solis parallaxim non esse majorem secundis $12\frac{1}{2}$, distantiam Solis a Terra 17200 semidiam. Terrestr.; sed fatetur incertam, & expectandam Veneris transitum sub Sole an. 1761), in media autem distantia semidiam. Ter. 7300 , juxta Ricciolum, debetur pro parallaxi horizontali sec. $28\frac{1}{2}$. *Wendelinus* supposita Solis parallaxi $14''$ medianam ejus distantiam posuit sem. Ter. 14656 . Si horizontalis Solis parallaxis esset $10''$, ut censuit *Celeb. Joan. Dom. Cassinus*, distantia Solis a Terra foret circiter 22000 sem. Ter. si parallaxis esset $6''$, ut putavit *Cl. Philippus de la Hire*, distantia Solis a Terra evaderet 34000 sem. Ter.

(a) *Riccioli* demonstratio, & Calculus approbatus a *Tacquet L. III. Astron. n. 19.*

ECLIPS: TAB: XVI




www.libtool.com.cn



VIII h 7:58' 38''

Fig: 48



www.libtool.com.cn

QRDO NATURÆ , CAP. I.

7

Ter. Tempus restringendi non ad parvas mensuras Ptolemzi, Copernici, Tychonis, qui vix 1210 Ter. semidiametros in maximâ Solis distantâ numerabant; sed accedendo ad Veterum Sapientiores, qui cum Possidone tradiisse censemur sem. Ter. 1375 i in horizontali Solis parallaxi 4" non 1' 40" ut aliqui suspicati sunt. In distantiis, & parallaxibus Lunæ horizontalibus non multum inter se discrepant mensuræ, sive Veterum, sive Recentiorum; vide *Primam sequentem Tabellam.*

Paralax. (Horizont.) Distantia Lunæ a centro Terræ.

Ptolemæo in Syzygiis	Maxima 63 51	Perigea 55 50
Ricciolo Almag. Lib.	Minima 54 34	Apogea 64 10

IV, cap. 14 in Syzygiis, & Tacquet

L. III, n.^o 10

Iisdem in quadratis aspectibus

Philippe de la Hire
Tab. XVIII

Flamstedio in Tab. ab Hallejo correctis ad calcem prælect.

Wisthoni

Jacobo Cassino Tabul. XXI in Syzygiis

Max.	63 55	Perig.	53 45
Min.	53 30	Apog.	64 15
Max.	66 56	Perig.	51 20
Min.	51 32	Apog.	66 42
Max.	61 25	Perig.	55 $\frac{9}{100}$
Min.	54 5	Apog.	63 $\frac{16}{100}$

Max.	62 10
Min.	54 23
Max.	62 11
Min.	54 33

Certò ergo certius est Lunam inter corpora Cœlestia esse (^a) *infimam Cælo, citimam Terris.* Cognitâ distantâ Planetæ, ejusque semidiametro apparente, jam habetur triangulum, in quo notus est angulus ad oculum, sub quo videtur, notus alter angulus rectus ad centrum Disci corporis visi, datum unum latus, seu di-

(^a) *Cicero in Somnio Scipionis.*

distantia, jam eruitur per Trigonometriam diameter vera. Hoc artificio deprehensa est

www.libtool.com.cn
III. PRÆCOGNITIO: *Tellurem esse majorem Lunā: Solem nitrāque.*

Neque hujus veritatis certitudinem tollunt memoratæ Astronomorum sententiaz circa Solis distantiam, admodum diversæ; nam si admittatur distantia Hиреана, vera Solis diameter ad diametrum Terræ esset, ut 153 ad unum; in hypothesi Cassiniana foret ut 100 ad unum; in Wendelini sententia, ut 64 ad unum; in Ricciolii supputatione, ut 33, vel 34 ad unum. Ex distantia autem Ptolemæi, & Copernici eruitur diameter Solis ad diametrum Terræ, ut 5 ad 1: Cùm itaque Sphæræ, ut ex Archimedæ constat, sint in triplicata ratione suarum diametrorum, in hypothesi Cassinianâ Solis globus esset decies centenis millibus major Telluris globo; in hypothesi Ptolemaica non minor 125 vicibus, ergo hoc quoque certissimum, Solem esse majorem Tellure. Veram Telluris diametrum ad veram diametrum Lunæ esset ferè ut 100 ad 28, sive ut 1000 ad 275 ostendunt parallaxes. Juxta nostram methodum Terram esse majorem Lunā evincent Eclipses, ex quibus constabit umbram Lunæ nunquam tegere integrum Telluris hemisphærium, imò ad illam aliquando nec pervenire, cùm ex adverso umbra Terræ tegat non raro totam Lunam cum morâ non exigua, neque Luminarium diametri apparere possent sub angulo ad sensum æquali dimidii ferè gradū, nisi Sol in tantâ majore distantia constitutus esset longè major quam Luna.

§. III. Solem, Tellurem, & Lunam esse corpora sphaerica.
 Quantitas semidiametri Terrestris in se, & ex Luna
 visæ: Quomodo bac æqualis parallaxi Lunæ horizontali.

IV. PRÆCOGNITIO. Sol, Tellus, & Luna sunt corpora sphaerica saltem in sensu physico; undique enim visa terminant aspectum circulatum. Idipsum in Lunariibus manifestat intenta inspectio per Telescopia; ad evidentiam enim se prodit globi convexitas. Sed cur nudo oculo apparent instar Disci, ut loqui solemus, sive plani circularis? An quia oculus judicare nequit de minori distantia marginum respectu distantiarum ex directo centri? At Solis convexitatem videmus etiam telescopio trium palmorum vitris coloratis armato, quo parum augetur apparet diameter, sive parum imminuitur apparet distantia. Crediderim potius id oriri ex diversâ radiorum energiâ, quorum differentia reddatur sensibilis, si per Telescopii vitra colligantur; tunc enim in Sole sensibiliter apparet vis illorum, qui magis accedunt ad axem Coni visionis, cuius basis est in Sole, vertex in nostro oculo: in Lunâ autem, præter basim visionis, notandus circulus illuminationis, dividens segmentum illuminatum ab obscuro; radii enim a suo axe remotiores sunt minus vividi. Orbem Terra resonant passim Sacræ Literæ in hac globi significatione a tot sacerulis intellectæ: evincunt aquarum, & Marium æquilibrium, circumnavigatio secundum longitudinem; variata Poli altitudo pro ratione variatæ latitudinis, sive distantiarum ab æquatore; & in Lunæ deliquiis in quacumque Cœli parte contingant, observatur umbra Terræ in Discum Lunæ projecta, semper referre segmentum physicè circulare. An autem id sit verum in rigore Mathematico, adhuc sub judice lis est propter varias sententias de oviformi Telluris figurâ, sive ad polos depressâ, ut vult Newtonus; sive ad polos elevatâ, ut vult Cassinus: qualis-

cumque foret ea differentia, esset admodum exigua, ac
 propterea a plerisque non curatur in Eclipsibus (^a).
 In hypothesi Telluris sphæricæ, sicuti peripheria circu-
 li maximi continet 360 grad., sive 21600' minuta,
 hoc est milliaria Geographica; ita diameter Telluris
 continet ex iisdem Geographicis milliaribus 6875 $\frac{1}{33}$.
 In Telluris Eclipsi, sive in Astronomici Typi Construc-
 tione semidiameter apparetens Disci Terrestris, qualis
 videretur ex Lunâ, ponitur æqualis ferè parallaxi ho-
 rizontali Lunæ; nam in Fig. 41. Si Luna sit in hori-
 zonte sensibili AP , ejus locus verus, qualis videretur
 ex centro Terræ, esset V , locus apparetens spectatori
 ex O esset A : parallaxis, differentia angulorum Z, O, A ,
 & ZTV ; ergo cum primus angulus sit rectus, para-
 laxis horizontalis erit differentia a recto, idest in ca-
 su nostro angulus $VT\bar{H}$, sed angulo $VT\bar{H}$ æqualis
 est angulus OLT , utpote alternus inter duas paralle-
 las horizontis physici AP , & horizontis rationalis HR :
 atque sub hoc angulo spectaretur ex Lunâ semidiame-
 ter Terræ TO ; ergo semidiameter Terræ visa ex Lu-
 nâ videretur sub angulo æquali parallaxi Lunæ hori-
 zontali. Alia methodo idem demonstravit Tacquet (^b).
 & ita loquuntur etiam docti Recentiores (^c). Nihilo-
 minus dixi ferè propter subtilitatem eorum, qui con-
 siderant radios ut perpendicularares Disco. At unicus
 radius Solis centralis verè est perpendicularis Disco:
 nec satis sibi constant, quia *Keplerus* in Rudolphinis
 c. 31, præcepto 149, horizontali Lunæ parallaxi detrahi
 jubet *sesquiplum parallaxeos Solaris horizontalis*; in
 sportulâ vero, notâ 12.^a aufert dimidium; alii inte-
 gram parallaxim, quæ cum sit adeò exigua (non unius
 minuti, sed paucor. secundor.) in Typica Ecliptium
 Constructione nequit attendi, ut videbimus Investig.
 III, S. III.

S. IV.

(^a) V. Ordinem Doctrinæ Investig. | (^b) *Tacquet Astron.* L. IV, n. 36.
 III, §. III. | (^c) *Kaill. Astron.* Lect. XIII, p. 148.

§. IV. Tellurem, & Lunam projicere umbram Conoiden, qua
est una ex tribus umbrarum speciebus.

V. PRÆCOGNITIO. Tam *Tellus*, quam *Luna* pro-
jiciant umbram Conoiden. Ratio ex Opticis est clara,
quia si sphæra luminosa sphæra opacæ æqualis fuerit,
illuminat ejus dimidium: minoris plus dimidio: ma-
joris minus hemisphærio. In primo ergo casu umbra
Opacæ erat *Cylindroides* (4), quia refert figuram cylin-
dri sine termino; basis radiorum illuminationis est cir-
culus sphæræ opacæ maximus: radii extremi, seu mar-
ginales, supponuntur paralleli, quia præscinditur ab in-
flexione radiorum, & refractione. Si sphæra irradians
fuerit minor quam opaca, umbra istius erit *Calathoides*, in formam Calathi augens latitudinem, & lon-
gitudinem in infinitum; radii extremi divergentes, &
basis illuminationis citra hemisphærium. In systemate
Planetario nullus Planeta emittit umbram cylindroi-
den, aut Calathoiden, quia omnes sunt minores So-
le. Si sphæra luminosa fuerit major quam opaca,
umbra istius erit *Conoides* in formam coni, pro basi ha-
bentis circulum finitorem Lucis, & Umbræ, sive se-
ctionem, ut alii vocant, descriptam a radiorum conver-
gentium contactu paulo ultra hemisphærium, verticem
verò in eorumdem radiorum concursu; atqui Sol, ex
dictis, est corpus sphæricum lucidum majus opacis glo-
bis Telluris, & Lunæ; ergo umbra, quæ ab ipsis pro-
jicitur, est conoides. Umbram Lunæ vide in Fig. 34: V. Fig. 34.
Umbram Terræ in Fig. 40. Idem eruetur ex Eclipsum V. Fig. 40
observatione, in quibus diameter Solis aliquando ma-
jor Lunari subjecta; & Luna, ubi de Causis, osten-
detur ingredi umbrosum Terræ conum. Alia, quæ hic
præmitti possent opportuniū tradentur suis locis, præ-
sertim Cap. III, ubi de Umbra, & Atmosphæra Ter-
restri.

B 2

CA-

(4) Triplex hæc divisio est Cleome-
dis, Lib. 2; Plinii N. H. lib. II, | c. 12; Bede de Element. Philosoph.
Lib. II, pag. 329.

C A P U T II.

www.libtool.com.cn

*Ordo Causarum Intrinsecarum, & unde
sint Eclipses.*

S. V. *Eclipsum causa Materialis, & Formalis: Notatus de-
fectus in communi earum definitione.*

O B S E R V A T I O II.

A nimadversum est SOLEM non deficere, nisi cum LUNA est circa apparentem cum ipso conjunctionem. Quo die alicubi totus Sol deficiebat [ut Gorremburgi in Svecia a. 1733, 13 Maij [2 Julian.] ubi D. Birger Vassenuis Professor Regius ^(a) in mediâ totali Eclipse cum morâ vidit Luna suppositæ maculas] aliis obscurari visus dorante, aliis medietate, aliis nulla ex parte, sed immunis ab omni defectu. LUNA viceversa deprehensa est non pati deliquium, nisi cum Orbe pleno opponitur Soli: cumdem defectum, sive ex toto sit, sive ex parte ^(b) eodem modo, eodemque tempore absoluto apparetur univerbis regionibus, licet invicem remotissimis, in quibus idem Luminare conspicitur. Ceterum de phasum diversitate, loco, & tempore dicetur infra: hic enim consideramus habitudinem Solis, Luna, & Telluris in Eclipsibus.

I N T E R P R E T A T I O II.

In Solari defectu Sol ipse non privaturo suo lumine, sed aliqua portio Telluris, ac vicinæ Regiones sublunares, cæteroquin illi expositæ, fraudantur ejus asperitu;

(a) Vide Transactiones Anglic. n. 429. (b) Minimam exceptionem vide §. XX, 5.

Etū; unde est Eclipsis vera Terræ, tantum apparenſ Solis, & conſiſtit in prædicta privatione. Oritur autem ex eo, quod incidat ſpectator in umbram, ſeu penumbram Lunæ, dum hæc interponitur inter oculum, & Solem, qui non deſinit alias regiones eodem tempore illuſtrare. Viceverſa, in Lunari deliquio Luna verè priuatur primario, & directo Solis Lumine, in qua privatione conſiſtit ejus Eclipsis. Oritur autem ex eo, quod incidat in umbram Terræ, vel potius atmosphæræ Terreſtris; ex quibus facile eſt errores cirea Eclipsium cauſas convellere.

In Primâ Parte aſſignatur ſubjectum, ſive cauſa materialis, quæ ſpoliatur primario, & directo Solis lumine. Hæc autem in defectu ſolari non eſt ſol ipſe, alioquin eodem tempore, eodemque modo ſuis radiis ſpoliatuſ appareret universiſ, a quibus conſpicitur, quod eſt contra obſervationem. Contrariā de cauſâ ex eo, quod Luna appareat toti nocturno hemiſphæro eodem modo obſcurata, ostendit illam verè orbari primario lumine directo, quod a Sole mutuatur; ergo in aliquibus pleniluniis reipſa Luna patitur illam defectiōnem, ſeu privationem; & in aliquibus noviluniis Sol quidem ad apparentiam, revera Tellus eſt, quæ tunc patitur Ecliptim, & vicina regio ſublunarif; quam veſitatem Astronomicarum Constructionum apud Recen- tiores fundamentalem videbimus (⁴) Antiquorum Sa- pientibus non ignotam.

Se-

(a) Vide Investig. III. §. IV.

*Secunda Pars indicat causam formalem. Est igitur Solis Eclipsis privatio Luminis Solaris in horizonte Terrestri, ceteroquin Soli exposito, & in vicinâ regione sublunari. Communiter Auctores sistunt in illis verbis, quod sit privatio Luminis Solaris in horizonte Terrestri, & vicinâ regione sublunari: at hoc est genericum attributum nocti commune, idcirco ad differentiam addidi illa verba *in horizonte Soli exposito*, nec plura adjeci ad complectendam etiam prodigiosam Eclipsim tempore mortis Christi Domini (prodigium enim nec aufert rei veritatem, neque tollit communem denominationem) etiamsi ponatur fuisse universalis toti diurno hemisphærio, cui tegendo impar est Luna, ut pote longè minor: unde vel per subtractionem radiorum, Divinique concursus, vel per multas Solis maculas Divino consilio tunc erumpentes, vel alia simili ratione explicatur. *Lunar is defectus* est vera primaria, & directi Luminis Solaris privatio in superficie Lunæ, vicinoque Æthere.*

§. VI! *Eclipsum causa efficiens immediata, & corporea. Paradoxum Kepleri: Lunam non obscurari ab umbrâ Terræ.*

Tertia Pars detegit Veram Causam effectricem illarum privationum, si privatio, quæ nihil est, dici potest habere causam efficientem; sed ita loqui solemus ad significandum fundamentum defectionis immediatè impediens propagari radios Solis directos. Tale fundamentum in defectibus Solaribus nihil est aliud, nisi opacum Lunæ corpus interceptum Solem inter ac Terras, sive oculum spectatoris Terrestris; & in Defectibus Lunaribus nihil est aliud, quam opacum Telluris, sive semidiaphanum Terrestris Atmosphæræ corpus Solem inter, & Lunam plenam interpositum; ergo habemus causam, a qua oriuntur prædictæ Solaris Luminis privationes, seu defectiones; nam quod aliquando in conjunctionibus Lunæ cum Sole spectator

Ter-

www.libtool.com.cn

*Mac Plato in directum summis
ex Observat. I. Franc. Blanchini*

*PLENILUNIUM NOV
in suâ naturâ
collatis Tabulis S.
cum cœle*

www.libtool.com.cn

*Mac Aristarchi
ex Eodem*

17

1. Grimaldus 21. Tychos sup Longomont
sub Ricciolo 22. Eudoxus supra
2. Galileus Calippum
20. Pitatus Taruntius
3. Meton. & Profatius. 4. Tress. Reges Magi
Regio Lunaris circa mac. Platonis
ex Observat. ejusdem Blanchini



Aristippus vel Calippus. Riccioli
Blanchino intraminate. Scala parti.

Ferdin. Sorrianus delin:

Variantur ex motu anno

Terrestris intercipi possit in umbrâ, aut penumbrâ **Luna**, ut & **Luna** in aliquibus pleniluniis ingredi possit umbrosum **Terrestris Atmosphæræ** conum, constabit ex **Luna** ad nos propinquitate. Quod autem de facto rati tempore cadat, demonstratur ab Astronomico Calculo, imò & sensuum testimonio ex memoratâ observatione **D. Birgeri**, dignoscentis Lunam suppositam ex maculis, cuius rationem reddemus, ubi de Lumine secundario. Quare cùm teneamus causam certam, & manifestam umbrarum, seu defectionum in naturalibus Eclipsiis, furor esset querere aliam ignotam vel ficticiam, vel etiam naturaliter impossibilem. Neque huic physicæ & Astronomicæ Demonstrationi adversatur, quod aliquando Luna visa sit obscurata, Sole supra horizontem constituto; id enim dicemus non tollere veram interpositionem Telluris, sed oriri a refractionibus, quæ hinc inde ad apparentiam attollunt utrumque Luminare supra horizontem.

Atque hic locum habet (^a) **Kepleri** paradoxum, Lunam non obscurari ab *smbra mera bVe* (V. Fig. 42), V. Fig. 42,
cujus altitudo *TV* ferè 43 semid. Terrestr., ad quam depressionem Luna nunquam descendit. Igitur obscuratur ab umbrâ, seu penumbrâ Atmosphæræ, radiis Solis refractis nonnihil illuminatæ; unde mirum non est, quod in medio defectu Luna *L*, ab iisdem radiis refractis illuminata, reddatur conspicua etiam inter *M*, & *I* circa Perigeum. Hzc autem, & an Luna circa Apogenum *A* ingrediatur aliquando conum inversum *OAP*, exponentur in sequentibus.

§. VII. Varii errores circa veram Eclipsum causam.

Non omittenda superioris doctrinæ *Corollaria*. Cognitâ enim verâ Eclipsum causâ, quis non gratias agat Deo, quod ipsum a vanâ formidine, & a crassis erroribus, quibus laborarunt non pauci, etiam eorum, qui

(a) *Keplerus Astron. Opt.* p. 263.

qui sapientes habebantur, liberaverit. 1.^o *Poetarum* quasi
magicis incantationibus posset e Cœlo Luna deduci, &
Sol obscurari. 2.^o *Vulgi Hieroglyphicorum* ignoti,
quasi Draco nigris alis expansis eadem luminaria ag-
grederetur. 3.^o *Sinenium* illorum, qui putarunt ma-
los animos Principum, moresque pravos etiam in pro-
ximè præteritum tempus, veluti per anticipationem,
esse causas Eclipsum (^a). 4.^o *Barbarorum* (^b), qui fabu-
labantur Lunam tempore sui deliquii a canibus mor-
deri, unde effundat sanguinem, quo rubescit, atque
obscuratur, & ideo, quasi opem laturi, conjiciunt te-
lorum sylvam in Cœlum. Huc Mahometani Arabes
referendi, qui Lunam tunc *in manicam Mabometis de-*
labi (quasi verò non habeamus Eclipses ante Mahome-
ten) aut *a Dracone Cœlesti deglutiri* censere, teste *Ric-*
cilio Almag. L. V, cap. 1. Mitto alios qui collo te-
nus immeguntur aquis, &c. 5.^o Eorum præ ceteris,
qui aberrarunt in explicando Solis defectu, ut *Anaxi-*
mander (^d) dicens fieri obturato foramine, per quod
ignis expirat. 6.^o Voluit *Heraclitus* inversione corpo-
ris Solis, quod scaphæ simile imaginabatur, ut cavam
partem sursum, convexam deorsum nobis obverteret.
7.^o *Xenophanes* re ipsa extingui hunc Solem putabat,
deinde aliud rursus enasci: esse autem multos Soles, &
Lunas per varios Terrarum tractus, itaut quando aliquis
eorum in regionem inhabitatam deveniret, deliquum
pateretur. 8.^o Aliqui invisam nubium condensationem
causabantur, ut iis Sol obduceretur: sed si pallor So-
lis oriatur, aut ex ejus maculis, aut ex Terrestribus
halitibus, aliisque corpusculis intermediis, sunt illæ quæ
dicuntur *Eclipses Spuria*, de quibus nulla ratio habe-
tur in Astronomiâ, cùm potius spectent ad Physicos,
vel ad Historicos, qui memorant cedem Julii Cæsaris
a Sole funeratam (^c) totius penè anni pallore continuo.

Con-

(a) *P. Sauciet* Tom. II. Observat.

& Acta Erudit. Lips. 1732. p. 373.

(b) *Lud. Muratori* Christianissimo nel

Parag. c. 5.

(c) *Plutarch.* de placitis Philos. II. 24.

(d) *Plinius* Lib. II. c. 30, id refe-

rens inter prodigiosos, & longior-
res Solis defectus.

Concidunt pariter opinionum portenta circa Lunæ deficitum, v. g. obscurato absidis ore, ut volebat *Anaximander* (^a), qui est error in diverso corpore cohærentis tertio, paulò ante memorato ejusdem auctoris; & si Ricciolus loco citato hunc tribuat Anaximeni. 10.^o *Berosus* nunquam oculos ad Lunam sustulisse videtur, cum ejus defectus imaginabatur fieri per suam fictitiam vertiginem (^b) obversa nobis parte ignis experte: potuisse enim cernere saltem grandiores maculas, v. g. Mare Crisium successivè illuminari post Novilunium, in plenilunio adhuc vicinum limbo occidentali, post plenilunium amittere lumen in eodem ferè situ, & multò magis in deliquio paulatim obscurari, & paulò post lumen recuperare per partes, nec unquam ascendere ad hemisphærium inconspicuum, aut ex illo descendere, ita ut Luna semper eamdem faciem Terris obvertat, & levem tantum oscillationem patiatur: proinde non est globus naturâ suâ lucidus ex alterâ parte, ex alterâ opacus, nec phases efficit alterutrius conversio- ne. 11.^o *Heraclii* Scaphæ Lunaris inversione, ut supra dixerat de corpore Solari. 12.^o Quorundam Pythagoreorum, qui dicebant luminis obscurationem causari ab aliâ Terra nostrâ appositâ, quam vocabant *εντοπίῳ*. 13.^o Eorum qui dicebant fieri ex ignis consumptione, qui alias paulatim, & ordinatè soleret accendi usque ad Plenilunium, indeque pari proportione extingui usque ad Novilunium. Postremò subdimus extra ordinem sententiam Aristarchi Samii, qui benignius explicari debet, cùm reverâ nihil aliud docuerit, quām hypothēsim Telluris motu cum Lunâ circa Solem, ut Eclipses fiant utriusque conversionibus in eo sensu, in quo adhuc viget apud Copernicanos; sed hoc apud Plutar- chum non satis distinctè exponitur, & cum erroribus circa Solares defectus intermiscentur. Fabulas vide Investig. III, S. IV, & XXXIII.

C

C A P.

(a) *Plutarch.* ibid. cap. 29, & in La- | editione Aldi habetur *Anaximenes*.
tinæ versione Xylander sed in Græca | (b) Idem loc. cit.

C A P U T III.

www.libtpol.com.cn

*Ulterior præcedentis Vera Causæ Expositio.
Ordo Finium, & Causæ Exemplaris
indicatus.*

§. VIII. *Umbra Terræ amplior, & longior, quando Sol
magis distat; arctior, & brevior, quando Sol est propior.
Quæ sit Orbita Lunæ Excentricitas, & apparentes
Luminarium diametri.*

AD pleniū intelligendam veram Eclipſum causam in præcedentibus redditam, & ad præformandam multiplicem earum varietatem, de quæ in sequentibus, utile erit hic tria stabilire. 1.^{um} Sole remotiore tam umbra Telluris, quam Lunæ (quandoquidem per V.^{um} Præcognitionem sunt sphæræ opacæ) est amplior, & longior; Sole propiore est brevior, & angustior. Quod Sol intra eundem Mensim sit remotior a Lunâ in oppositione, vicinior in conjunctione, ceteris paribus patet ex terminis; nam in primo casu distantia augetur totâ diametro orbitæ Lunæ. Quod autem aliquando sit Perigæus, sive vicinior Terris circa gr. 8. Capricorni, hoc est sub finem Decembri, constat ex aucta apparenti diametro, & Apogæus, seu remotior a Terris, circa 8. gr. Cancri sub finem Junii, quando imminuta appareat ejus diameter; quæ enim remotiora fiunt, videntur sub minori angulo. Si accedant, videntur sub majori, ut restatur experientia, sic in Fig. 40. Si ab extremis punctis Solaris diametri intelligentur ductæ lineæ usque ad oculum in puncto O, diameter Solis in distantia mediæ D S M, videbitur per angulum D O M in distantia apogæi & per angulum interiorem minorem, in distantia perigea d p, apparebit sub angulo majori d O p. Atqui si videatur Sol sub majori angulo, illuminabit majus segmentum sphæræ ap-

V. TAB.
XVI, Fig.
40.

pæ,

pacz minoris, & radii convergentes concurrent in vertice propiore; ergo tunc evadet umbra conus angustior, & brevior. Contrariâ de causâ, quando Sol videretur sub minori angulo, aliquid minus illuminabit quā antea, & radii concurrent in vertice remotiore; ergo, &c. Circulus illuminationis ultra hemisphærium Telluris, sive circulum ejus maximum, si radij non refringerentur, distaret paulò minus, quā arcus, sub quo apparet Solis semidiameter, v. g. 16° 20' Sole Perigeo; 15° 40' Sole Apogeo, hoc est in primo casu ultra 16 Millaria Gographica, in 2.º ultra 15. Diameter Solis in distantia mediâ sit $D S M$ erunt radii irrefracti $D T$, & $M T$, tangentes Terram in $b z$, basis illuminationis erit $b z v$, cuius distantiam a circulo maximo $s T m$ metuantur hinc inde arcus $a b$, & $m z$. Conus umbrosus erit $b T v$ (Lucid. Umbrosus $D T M$) longior & amplior Sole Apogeo, brevior & angustior Sole Perigeo. Semiangulus Coni in primo casu mediz distantia $s T b$, altitudo in rigore $s T$, sed sumi solet ex centro Terræ $T T$. In secundo casu $b Z t$, altitudo $s Z$. In tertio casu semiangulus per radios irrefractos erit $d x s$, vertex coni in x , altitudo umbrae $s x$. Similiter videre est in Lunâ in Fig. 34. Diametri, quas paulò post exhibebimus, nisi aliud moneatur, sunt horizontales, quia illis utimur ad prædicendas Eclipses, nec desunt in Tabulis Astronomicis incrementa diametri Lunaris ad varias ejus elevationes supra horizontem. Ratio dissidii inter Astronomos circa quantitatem apparentis diametri petitur ex rei difficultate, de quā ubi de modo capiendi Luminarium diametros; unde etiam hic contentos esse oportet humanâ diligentia. Habitâ autem differentia inter maximam, & minimam apparentem diametrum Lunaris, infertur quanta sit eccentricitas ejus orbitæ, in eâ minimum ratione, in qua minuitur apparens diameter, sic in Syzygiis positâ Lunari diametro maxima 33° 40',

V. TAB.
XV, Fig.
34.

minima 29' 30", & resoluto utroque arcu, quem subtendunt in sua minuta secunda

www.libtool.com.cn	pro distantia apogea resultant partes	2018
	pro distantia perigea	1770
Differentia, seu Excentricitas tota qualis est in hypothesi Elliptica distantia duorum focorum (nam distantia alterius fo- ci a centro orbitæ vocatur Excentricitas simplex)		248
Aggregatura distantiarum perigearum, & apogearum partium		3788
Dimidium, seu distantia media		1894
In Sole positâ distantia mediâ partium		10000
Cl. Caffina Juniori distantia apogea		10169
distantia perigea		9831
Excentricitas dupla, seu distantia focorum		338
Nobis in Apog.		30166
in Perig.		9833
Excentricitas dupla, seu distantia focorum		333

Tabelle II.

Apparentes Diametri Solis	& Lunæ
minima) media) maxima)	minima) maxima
Alfrædo, Arebimedi, Sofigeni. 30"	" " "
Prolemae Lib: V, Almag. c. r. &c. 31. 20" 31. 18" 33. 20" in Syzygiis 31. 20 35. 20	" " "
	in Quadrat. 42. 8 55. 0
Tychonis Progymn. I, c. 1, &c. 30. 0 31. 0 32. 0 in Conjun. 25. 36 28. 48	
Keplero in Tab. Rudolphini. psg. 92, & 98. 30. 0 30. 30 31. 4 in Oppos. 32. 0 36. 0	
Wendelino in Atlanticis 30. 0 30. 30 31. 4 in Syzyg. 30. 0 32. 44	
Riccioli Astronom. Reform. Tab. XXIX. Confer ibid. Lib. I, c. 12; & Almag. Lib. III, c. 10. 29. 30 30. 0 30. 33 in Syzygiis 29. 30 35. 18	
	in Vertice 29. 30 35. 18
	31. 0 31. 40 32. 4 in Syzygiis 29. 36 32. 24
	30.

Apparentes Diametri Solis

& Luna

minima) media) maxima)

minima) maxima

<i>Jo. Dom. Caffino</i> in suis Astro-					
nomia Elementis, pag. 21. 31. 40			32. 46	in Luna convenit cum filio	
<i>Philippo de la Hire</i> Tab. 14. & 18. 31. 38	32. 10	32. 43	absolutè	29. 25	33. 15
<i>Flamstedio</i> correcto ab <i>Hallejo</i>					
in Tab. ad Calcem Wistho-	15. 50	(semid.) 16. 23 $\frac{1}{2}$ absolutè	14. 45	16. 52	
ni, nempe	31. 40	(Diam.) 32. 47	29. 30	33. 44	
<i>Jacobo Caffino</i> Tab. VII. & XXI.	15. 48	(semid.) 16. 20	14. 45	16. 49	
hoc est	31. 36	(Diam.) 32. 40	in Syzygiis	29. 30	33. 38

§. IX. Coni umbrosi Terrestris dimensiones. Proportio vero diametri Luminarium, & Telluris. Cur umbra Terrestris non pertingat ad alios Planetas; umbra Lunæ aliquando non attingat Tellurem.

2.^d Conus umbra ficta est is, qui describeretur a radiis Solis irrefractis, qualis hactenus consideravimus. In Opticis traditur hic canon ad inveniendam ejus dimensionem; ut differentia semidiametrorum sphæræ lucidæ majoris, & opacæ minoris ad distantiam centerorum utriusque Globi, ita se habet semidiameter sphæræ opacæ ad distantiam verticis coni umbrosi: in re nostra tam vera Solis diameter, quam vera ejus distantia ignoratur, adeoque etiam latet quænam sit vera exacta proportio diametri Terrestris ad diametrum Solarum. Nihilominus etiam hic Astronomorum dissidia nihil turbant; nam in hypothesi Hirzana, quod semidiameter Solis ad semidiametrum Terræ sit ut 153 ad 1 distantia minima inveniebatur 34996: longitudo coni umbrosi Terrestris foret semidiametrorum 230 $\frac{1}{2}$ fere (^a). Ricciolus in suâ hypothesi, quod Solis semidiameter ad semidiametrum Terræ sit ut 34 ad 1, & distantia ab ejus apogeo 7600 semidiametrorum Terrestrium deduxit semiangulum coni umbrosi ficti esse min. 16' 8"; ejus verò axem semidiametrorum Terrestrium 213: quod a Tacqueso (^b) probatur, qui notavit nulum

(a) *Wolfius Elem. Astron.* a. 843. (b) *Tacquet Astron.* L. IV. n. XIV.

lum Astronomorum admisisse ejusdem coni altitudinem minorem 213, aut majorem 282 semidiam. Terrestr. semiangulum verò ejusdem coni esse paulò minorem semidiametro Solis apparente. Keill^(c), quando Sol a Terrà maximè distat, ponit semidiametrum Solis, & semiangulum Coni 15° 50": altitudinem umbræ Telluris 217 semidiam. Terrestr. In Lunâ res explorator, quia magis innotescit ejus distantia, ac proportio inter veras diametros ipsius, & Telluris ferè ut 28 ad 100: patebit ad sensum in Eclipsibus Solis totalibus sine morâ, semiangulum coni umbrosi Lunaris esse ferè a qualem semidiametro Solis apparenti in oculo spectatoris, ubi terminatur axis umbræ, ut in Fig. 34 LOC.

V. Fig. 34,
TAB. XV.

In Eclipsibus Solis totalibus cum morâ angulum umbræ Lunaris esse paulò majorem eo, sub quo videtur diameter Solis apparens; ut in eadem Fig. 1 Op: axem umbræ paulò majorem distantiam Lunari. In Eclipsibus Solis annularibus angulum coni umbrosi esse a O mi- norem eo, sub quo videtur DM diameter Solis appa-rens: axem umbræ Lunaris propter brevitatem nona pervenire ad Terras ad oculum spectatoris in O, sed terminari in x. Ricciolus^(b) in suis calculis axem umbræ Lunaris minimum in conjunctione cum Sole Apo-geo ad gr. 0, sive initio primi signi Anomaliz, repe-rit semidiametrorum Terrestrium 59 $\frac{1}{2}$; semiangulum coni umbræ Lunaris 15° 30". In gr. 180 Anomaliz in conjunctione cum Sole perigeo, axem umbræ semidia-metror. Terrestrium 53 $\frac{1}{2}$, semiangulum Coni umbrosi 16° 40", quæ non multum ab ludunt a terminis, intra quos versantur varix Auditorum sententiz, quas vide, si placet, apud eumdem. Hinc manifestum est primò, umbram Terræ non posse pervenire ad alios planetas distinctos a Lunâ, utpote longè remotiores 231 semi-diam. Terrestribus. 2.º Lunam circa nodos ingredi posse umbram Terræ. 3.º Spectatorem terrestrem ali-quan-

(a) Keill Introduct. ad Astronom. | (b) Ricciolus Almagesti Lib. V, Læt. XII, pag. 135. | cap. 9.

quando intra umbram Lunarem intercipi. 4.^o Umbram Lunæ aliquando ne ad superficiem quidem Telluris pervenire, ut videbitur in Eclipsibus Solis annularibus. Quæ omnia præcedentem Expositionem confirmant.

S. X. Conus Atmosphæra Terrestris. Penumbra duplex. Vis Refractionis, ejusque quantitas. Umbræ Terrestris semidiameter in loco ubi secatur a Lund. Motum Cælestium causa indicata.

3.^o **Conus Atmosphæra Terrestris** est is, qui umbram simul, & penumbram complectitur. *Umbram me-ram* dicimus privationem omnis luminis Solaris directi, refracti, inflexi. *Penumbra* aliquando sumitur pro partiali privatione luminis primarii, respectu ejus loci, in quo Solis aspectus partialiter subducitur (hanc aliqui *Umbraginem* vocant): aliâs vero sumitur pro privatione primarii luminis directi, sed tenebris dilutis a radiis solis refractis, vel reflexis. Radiorum inflexionem ad viciniam corporum detexit P. Grimaldus Lib. de Lumine, approbante Newtono in Opticis, estò alii *Attractionem*, alii *diffractionem* lucis appellant. Refractione in atmosphæra Terrestri non erat antiquis ignota, præsertim Græcis (nam alii Arabas posteriorum temporum produxerunt) ut videre est apud *Sextum Empyricum* (¹); multiplex etiam experientia docuit radium luminis per medium ejusdem rationis rectè propagari; sed quando obliquè transit a medio-rariori ad densius refringi versus perpendicularē: viceversa quando obliquè transit a medio densiore ad rarius refringi recedendo a perpendiculari. Cum ergo radius lucis ab Æthereis campis pervadit Terrestris aeris regiones plenas vaporibus, & exhalationibus (nam de Lunâ adhuc sub Judice lis est, an habeat atmospharam) necesse est in obliquo sive ingressu, sive impressione refringi versus illam semidiametrum, cuius est

(a) *Sextus Empyricus contra Astrologos*, cap. 81, edit Fabricii. Cleomedes l. 2, &c.

V. TAB.
XVI, Fig.
42.

est quasi tangens; & in egressu similiter refringi versus axem coni umbrosi propter contrarias directio-
nes semidiametrorum. Sit enim in *Fig. 42* cTm cir-
culus maximus Telluris, cT ejus semidiameter; BT
semidiameter atmosphæræ. Radii procedentes ab ex-
tremo Solis limbo Rr , Ss , intimi quidem tangentes
Terram in $b\epsilon$, ubi infringuntur, seu refringuntur ver-
sus axem TZ , ac tendunt in H & K ; radii extremi
tangentes supremam partem Atmosphæræ minus refrin-
guntur propter minorem densitatem, & tendunt alter
ex B in M , alter ex B in N , *spatium penumbrae* quod
punctis notatur. *Umbra mera conus bVe*, cuius axis
 sV , sive altitudo est 43 semidiam. Terrestrium, ut o-
ffendit *Tacquet* (^a), & eruitur Trigonometricè ex notis
elementis paulò ante insinuatis; sed *Ricciolus* (^b) assumit
tantùm 26, concedens tamen variabilem: præterea post
Keplerum supponit remanere conum umbrosum inver-
sum OAP (de hoc erit aliqua difficultas), cuius basis
 OP distat a centro Terræ 73 semidiam. Terrestr. estd
hanc quoque variabilem ponat, propter refractionum
varietatem. Refractio siderum horizontalis, et si ali-
quam patitur variationem, tamen *Newtonio* in aere
magis vaporoso est $35^{\circ} 45''$, *Hirao* 32° ; utrique *Cassini*
 $32^{\circ} 20''$ (ejus decrementum ad singulos gradus al-
titudinis habetur passim in Tabulis). Hæc addita dia-
metro Solis apparenti dabit arcum $c b$, & ex altera
parte $m e 48^{\circ} 40''$ Sole perigeo, quo basis illuminatio-
nis distat ultra hemisphærium a circulo maximo. Se-
miangulus coni atmosphæræ TZb paulò minor est se-
miangulo coni ficti TTB , nempe quantò minus est
residuum semidiametri solaris, si ab hac subtraxeris
totam semidiametrum atmosphæræ, quām si detraxe-
ris semidiametrum solius Terræ. Differentia semiangulo-
rum coni ficti, & coni atmosphæræ inito calculo
invenitur minor uno minuto secundo, adeoque insen-
sibi-

(a) *Tacquet Astron. Lib. IV*, num. XVI. | (b) *Ricciol. Almag. Lib. V*, cap. 5, p. 305.

scilicet. Si queratur altitudo coni atmosphæræ T_Z supra altitudinem coni umbræ fictæ T_T, habebitur multiplicando ~~excessum~~ⁱⁿ sive altitudinem atmosphæræ supra semidiametrum Terrestrem, per numeros in axe coni ficti inventos; sic in hypothesi Ricciolii, quia altitudo atmosphæræ excedit semidiametrum Terræ milliaribus Italicis Bononiensibus 25, quorum semidiameter Terrestris continet 4139; Sole perigeo, quando axis coni ficti erat semid. Terrestr. 213; si hic numerus multiplicetur per 25, dabit millaria 4899, sive unam Telluris semidiametrum, & millaria 760 superaddita; & quia Sole perigeo axis coni umbræ fictæ erat semid. Terrestr. 231, hoc numero multiplicato per 25, prodibunt millaria 5775, sive una Telluris semidiameter, & 876 millaria superaddenda. In hypothesi majoris altitudinis atmosphæræ erit major altitudo coni penumbra, sed dilutior, & parum sensibilis. Majori utilitate queritur quanta sit *Amplitudo nobis apparens umbra Terrestris in loco transitus Lunae* pro dato tempore. Celebris est Kepleri regula inter plures modos hoc problema resolvendi: conjiciuntur in unam summam parallaxes horizontales Solis, & Lunæ convenientes dato tempori: tum ab eâ summâ auferatur semidiameter apparens Solis, residuum erit semidiameter apparens umbræ Terrestris fictæ in loco transitus Lunæ, quae semidiameter umbræ Terrestris Atmosphæræ non excedit 17", si credimus Wendelino in Idea Tabularum Atlanticarum. Hirax extendit ad integrum minutum primum, quia putavit altitudinem atmosphæræ elevari ad 45 millaria supra Telluris superficiem; sed Eq. Isaac Newtonus ^(a) excessum semidiam. atmosphæræ supra semidiam. umbræ non elevat ultra 30", vel 40", & Cl. Jac. Cassinus ^(b) retraxit ad 20"; Tacquet ^(c) invenit ex dato canone semidiame-

D
trum

(a) *Newton. Lib. III. Princip. in Scholio propos. XXXV.*

(b) *Jac. Cassini c. 7 explicat. suar. Tabb. (c) Tacquet Astron. L. IV, n. XIX.*

trum umbræ, seu penumbræ, & atmosphæræ Terrestris
in loco transitus Lunæ.

www.libtool.com.cn

	Sole Apogeo.	Sole Perigeo.
Luna Apogea	38° 32"	Luna Apogea 37° 26"
Luna Perigea	48° 57"	Luna Perigea 47° 51"

Quæ non multum differunt a numeris, qui deducuntur ex Tab. XXX Cassianâ, cui aggregatum minimum ex semidiametris Lunæ, & umbræ Terrestris est 53° 0": maximum 64° 0"; ex quo infertur minimam umbræ Terrestris semidiametrum in loco, ubi secatur a Luna in Syzygiis esse 38° 25", maximam 47° 11". Mitto inquirere in *Causas motuum cœlestium*, quæ peculiarem merentur investigationem. *Salomon* ^(a) a Deo edocitus stellarum dispositiones, & *Mercurius* ^(b) cum suis Aegyptiis tribuebant spiritui corporeo, quo cuncta carentur, aluntur, vivificantur. Etiam in Terris impetus globi e tormento bellico explosi unde est (si causa secunda, & immediata deposititur) nisi ab illo spiritu, quo initio agitatæ particulæ pulveris pyrii obstantem globum ad motum projectionis impulerunt?

S. XI. Etiam Causam Exemplarem, & Finalem ad physicam considerationem pertinere. Finis rei in Eclipsibus. Usus earum in Astronomia, Physica, Geographia, Chronologia, &c.

OBSERVATIO TERTIA.

Si quando Luminaria incident in Eclipsim vix efficiunt oculos in Cælum non attollat tanquam ad insutatum spectaculum; sed variis affectibus: ignari quidem attonti non sine pavore, & formidine: Sapientes vero ad illam convertendam in proprios usus in omni ferè facultata-

(a) Ecclesiaste I, 6. Confer Augustin. de Genesi ad Liter. Imperf. tis, Papilionis, &c. in sensu physico, & Astronomico.

(b) Thebanus in hieroglyphico serpen-

sæcæ, scientiâ, vitaque professione, præsertim Astronomiæ, Physici, Geographi, Chronologi; nec defunt, qui inde affurgant ad contemplandum Deum, Solem invisibilem, apud quem non est transmutatio (^a), nec vicissitudinis obumbratio.

INTERPRETATIO TERTIA.

Finis rei in Eclipsibus est, ut sint corporum, & motuum Cœlestium notæ, ac nexus, temporumque characteres. Finis Ordinis, respectu humani generis, ut sint symbola Anagogica, Allegorica, Tropologica, &c. variisque mortalium usibus deserviant. Finis Ultimus ad manifestandum perennem Divinæ pulchritudinis immutabilitatem, Gloriæque æternitatem, quod Exemplar Sol directè, Luna a contrario significant.

Ad Primam Causam Effectricem pertinet *Causa Exemplaris*, quam ab Ægyptiis edocitus *Plato*, ceteris causis adjecit; qui enim casu, aut cæco modo non operatur, agit ex ideâ mente præconceptâ ordinando in suum finem. Finis quoque ab *Aristotele* (^c) dicitur inter physicas, seu naturales causas obtinere Primum, sive Princeps causarum, quodd sit motus, sive operationis prima origo, cuius gratiâ cetera fiunt: quare non sunt omittendæ, aut negligendæ præsertim ab Astronomiâ Physicâ, quamvis breviter expedient, cum earum considerationem ex professo sibi vin-

D 2 di-

(a) *Jacobi I*, 17.

(b) *Aristotech I*, de partibus Anima. | lium textu 7. Confer D. Thomam 1 par. quest. 44.

dicent Physica Generalis, aliquæ facultates. Probatur prima pars. *Finis rei*, sive *Operis* dicitur id, ad quod ex naturâ suâ aptum est, & immediate ordinatum, sicut oculus ad videndum: Atqui stellarum defectus ex naturâ suâ apti sunt, & ordinati, ut sint corporum, ac motuum cœlestium notarum temporumque characteres; igitur hic dicendus est finis rei. Hoc enim indicat sacra Auctoritas, & generalis illa Dei vox condentis astris, ut sint *in signa & tempora*^(a). Consonat profana Auctoritas, quæ clamat cum Seneca^(b): *Natura Astris sibi, & pulchritudinis sua conscientia, spectatores nos rancis rerum spectaculis genuit, perditura fructum operis sui, si tam magna, tam pulchra non admiremur: eos verò, qui aut videndi satietate fessi, aut ingenitæ nobilitatis oblii, Terram proni respiciunt, extraordinariis hisce ostentis velut a somno excitat, & jubet creder ad sidera tollere vultus.* Neque solùm ratio directa, sed etiam reflexa consentit, quia cum Astra, eorumque motus sint proprium *Astronomia* objectum, quis non videt talium motuum nexus, notasque cœlestium corporum immediate intrinsecè ad *Astronomiam* considerationem pertinere, etiamq; actu nemo sit, qui considereret? Nonne ex Eclipsibus Diametrum^(c), magnitudinem, aliasque proprietates Luminarium diagnoscimus? Nonne hoc veluti nodo motus, revolutionesque eorumdem coanequantur, & computantur? Quid opus est ad causas ignotas configere, aut ad similitudinem Opaci corporis recurrere, cuius est alterius aspectum subducere, umbram projicere, umbrâque ardores temperare, & si vis, mutuâ vicini corporis attractione illius actionem variare?^(d) Affines facultates sunt *Physica*, quæ ex defectibus didicit Solem luce propriâ fulgere, Lunam lumine a Sole mutuato;

hanc

(a) Genesis I, 14.

(b) Seneca de Vita Beatâ c. 32.

(c) Vide infra §. XVI, ubi de Tycho.

(d) Eclipsibus res Mundū alterari cō-

tra controverſiam censet Petrus Appianus, enunc. 22 *Astronomici*; Nec desunt qui putant partus accelerari.

hanc obscurari cùm incidit in umbram Terræ, Solem
 deficere propter interpositionem Lunæ, Tellure me-
 dium locum inter illa duo corpora tunc occupante;
 quarum veritatum utilitas melius dignoscitur ex timo-
 re panico, quo correpti sunt ignari non solum vulgi,
 sed etiam capite coronato. Testem produco Arche-
 laum Macedonum Regem, solitum ^(a) quo die solis defe-
 ctio fuit, Regiam claudere, & Filium, quod in lutto,
 ac rebus adverbis moris est, tondere. Geographia suo-
 rum locorum Terrestrium longitudines ignoraret, nisi
 ad illas inveniendas adhibuisset Lunares Eclipses, Jo-
 visque satellitum, & aliquando solares, sed majori cum
 cautione. Chronologia tota nutaret, nisi in mediis
 etiam Barbarorum Seculorum tenebris accensa, hac fa-
 ce illuminaretur. Ad hanc normam, hoc est ex Ecli-
 plium inspectione, Astronomicarum Tabularum Condi-
 tores ponere student motuum Cœlestium rationem in
 Terris, fuosque exigere numeros consueverunt. Hinc
 Geometræ Schematismos Eclipticos, Optici suos Ty-
 pos delinearunt. Hinc Harmonica nostra Veteres Pe-
 riodos illustrare, novas adinvenire didicit. Quid plu-
 ra? quando Scholarum Principes dum artem cogitan-
 di, & modum sciendi tradunt, petito ab Eclipsibus
 exemplo, demonstrativi regressus utilitatem ostende-
 runt „ per quem, scilicet postquam per effectum pro-
 „ bavimus causam, demonstratione a posteriori, quæ
 „ vocatur demonstratio quia, regredimur ad proban-
 „ dum effectum per causam, demonstratione a priori
 „ propter quid... Primus casus est cùm aliquis per ef-
 „ fectum demonstrat causam non per se notam, ex.
 „ gr. Eclipsum (quam intueatur, tunc enim effectus est
 „ nosior oculorum testimonio, dum sereno Cœlo deficit
 „ Luna in oppositione) interpositionem Terræ: deinde
 „ querit causam talis interpositionis, & invenit illam
 „ esse motum circularem Cœli per se notum, & per
 „ talem motum demonstrat interpositionem Terræ; de-
 „ inde

) Seneca de Beneficiis L. V. c. 6.

„ inde per interpositionem demonstrat Eclipsem „. Ita mentem Aristotelis (^a), & D. Thome, a quibus idem exemplum profertur, Sylvester Maurus declaravit, quod notandum, propter dicta in præcedentibus. Notum est universis non omnem usum ostendere proprium rei finem; sed nemo pariter jure inficiari potest, memoriatas Facultates attingere per allata exempla, alias proprius, alias remotius, &, quasi objectum objecti sui, finem rei; ed quodd Eclipses ex naturâ suâ propriè per se sunt in signa, & tempora, atque in characteres corporum, motuumque Cœlestium. Quamquam verò Finis Ordinis Eclipsum, Finis Ultimus, & Causa Exemplaris, ad Causam Physicam spectare a nobis probetur; tamen quia non minori cum proprietate ad ejusdem doctrinæ usum pertinere videbantur, ne idem sit repetendum, transtulimus ad Caput Ult. Ill.^z Investig. Quod si superioribus potius conjunctum quispiam malit, potest per se adire, & quodammodo huic loco redditum intelligere.

C A P U T IV.

Ordo secundarii Luminis, & colorum in Eclipsibus.

§. XII.

OBSERVATIONES QUARTÆ.

1. *S*iquando ingens SOLARIS defectio contigit circa meridiem, apparuerunt in parte Solis non obscurata, praesertim circa lineam sectionis, varii colores. 2. Hi colores visi sunt vividiores, & ed magis saturati, quod Æther erat purior. 3. Quando Sol totus obtegi visus inter tenebras, nocturnis ceteroquin borribiles, aliquod sui vestigium relinquens quasi coronam radios.

(a) Aristoteles 2 Posteri. c. V, textu 8. | Sylvester Maurus, Logice quest. 68. D. Thomas Commentario illius.

diorum in Æthere circumstante; aliquando, ut an. 1715
in Augliâ, apparuit, veluti circellus luminosus in limbo
Luna obrenebrantis. Lunam ipsam vidit olim Keplerus
in Eclipsi Solis totali velut nigrum nubem. Scheinerus
an. 1612, die 29 Maij vidit portionem Luna, quæ So-
lem tegebat in aequaliter albicantem. Ricciolus (a) 1630,
d. 10 Junii colore ferè inter nigrum, & puniceum. 4.^o
Circa LUNARES defectus notatum est Lunam, postquam
sota immersa est in umbram (nam ante totalem immer-
sionem pars obscurata sapius ex oculis evanuit) prodere
lumen quoddam secundarium, ac remissum, ut in ipso
medio totali defectu sit conspicua, sed fusca instar ferri
atro rubore cendentis. 5.^o Aliquibus tamen nullum sui
indicium in Cœlo reliquisse; unde in medio deliquio eva-
nescere visa (b) Keplero 3 Maij 1583; Tychoni 28 No-
vembris 1588; Wendelino 15 Junii 1520; Hevelio, &c.
Potissimum vero Bononia 14 April. 1642 sereno Cœlo, &
micantibus circumquaque stellulis, penitus subducta est aspe-
ctui Ricciolii (c), & Sociorum. Parisis Furnerii, Gassen-
di, & Bullialdi: Prage PP. Moreti, & Wolfangi:
Pisis D. Rainerii, &c. Nibilominus in medio defectu
ejusdem diei 14 April. 1642 videre non desierunt Vene-
tiis Nobilis Julius Justinianus: Viennæ DD. Bonvici-
nus, & Pieronus. Similiter an. 1703 (d) d. 23 Decem-
bris, Luna, quæ in totali obscuratione Montepessulano
evanuit sereno Cœlo; Arelate furva, & fusca conspi-
ciebatur: Avenione clare rubicunda cum quadam specie
corona lucida parallela ipsi circumferentia Lunari. 6.^o
Colores, qui subinde se obtulerunt fuere subalbidus, seu
pallidus, cinereus, subviridis, rubeus, fuscus, subni-
ger: bac autem colorum varietas ac veluti lucis & um-
bra concertatio apparuit magis sensibilis circa initia im-
mersionis, & in majori supra horizontem altitudine. 7.^o

Um-

(a) Ricciol. Almag. L. IV, c. 6 in Scholio.

(b) Keplerus Astron. Optic. pag. 227. Wendelinus Praefat. ad Eclips. sui temporis.

Hevelius Selenographia, cap. 6.

(c) Ricciol. loc. cit. & L. V, c. 5, pag. 326.

(d) Histoir., & Memoir. Reg. Sc. Acad. Paris. an. 1704, pag. 19.

Umbram esse densorem plerumque circa medium Eclipsis, quām circa initium, & finem; item quād major fuerit Luna diameter, non semper tamen, quia non nunquam visa est Luna minus nigrescere in medio defēcta, quām antea, vel postea. 8.º Nos vidi mus non semel adeò dilutam, ut Lunares maculae majores, v. gr. Mare Crisium intra illam non agre discernerentur. Consonant Observationes Pekinenses Mensis Maji 1733.

INTERPRETATIO QUARTA.

S. XIII. *Unde est Lumen secundarium in Lunā colorumque varietas. Ratio praecedentium Phænomenorum.*

Lumen secundarium, quo aliquando Luna conspicua redditur in Eclipsibus Solaribus, oritur ex radiis Solis a Tellure reflexis. Lumen verò ferrugineum, quo in suis deliquiis inficitur, nascitur ex radiis in Atmosphæra Terrestri refractis, & in corpore Lunari reflexis in confinio Lucis, & Umbræ, unde prodit colorum varietas.

Probatur *prima pars*. Nam sicuti lumen secundarium, quo Lunæ portio directè non illustrata subalbitat ante primum, & post ultimum quadratum aspetum, mutuatur a radiis Solaribus in Globo Terraquo reflexis, juxta communem Astronomorum sententiam, & ed magis post ultimum quadratum, quia majores Terrarum tractus nobis ad Orientem plures radios reflectunt, minus ante primum tetragonum, quia majores tractus Oceani Occidentalis minus luminis reflectunt; ita idem dicendum in Eclipsibus Solis; non enim Luna obumbrat totum hemisphærium diurnum;

ergo

ergo relinquit locum reflexioni multorum radiorum, aliquando pauciorum, aliquando plurium, quod sit in loco ~~magis apto ad~~ ^{convenientem} illos in oculum spectatoris reflectendos. Non semper autem videri debuit, quia sensibiles radii reflexi, vel apti non erant, ut pervenirent ad spectatorem, vel aliunde impediabantur.

Probatur secunda Pars indicata ab Apollonide (^a): certum enim est ex supradiotis [§. IX.], Lunam plenam aliquando cadere in conum Atmosphæræ Terrestris: nota est etiam vis refractionis non solum ad deviandos radios a recto tramite, sed etiam ad varios colores sive inducendos, sive dividendos, ut constat ex prisme chrystallino, aliisque experimentis; ergo quando Luna in oppositione non illustratur a radiis directis, multos excipere potest in Atmosphæra Terrestris refractos. In refractione autem præterquamquod multi amittuntur in corpusculis aereis atid reflectentibus, minuitur vis actionis, & energia. Igitur videri debet lumine remisso. In primo casu *Novilunii* Ecliptici post reflexionem in Terra, & refractionem in egressu ab Atmosphæra Terrestris intervenit alia reflexio in corpore Lunari, & alia refractione in ingressu Atmosphæræ Terrestris. Hzc tamen licet non parum conducant, non videntur sufficere ad reddendam rationem, cur tam vividi solis colores croceus, rubeus, &c. præsertim si Lunæ negetur Atmosphæra sensibilis, idcirco adjeci radiorum inflexionem factam circa confinia sectionis dividentis partem Solis obtentam ab alia visibili, quam inflexionem, unâ cum imminutâ radiorum energiâ, existimo ultimam causam cur apparet Lunæ diameter, dum Soli subjicitur, videatur decurtari. Eadem de causâ si prædicto prisme aspiciatur planum parietis, in quod umbræ imbricum prominentium interruptæ projiciantur, in confinia lucis, & umbræ prodibunt varii colores, qui non prodeunt ex reliquo piano æquabiliter illuminato. In magnâ

E

au-

(a) *Apollonides apud Plutarchum Libro de facie in Orbe Lunæ.*

autem distantiâ, in quâ est Sol, in exiguo angulo, sub quo videtur; & continuâ obscurz particulz additione, vel subtractione intervenit fallacia oculi transserentis ad reliquam portionem lucidam colores, quos vedit in lucis, umbræque confinio. In secundo casu, idest *Plenilunii* Ecliptici post refractionem in ingressu, & egressu ab Atmosphærâ Terrestri, sequitur reflexio in corpore Lunari, & refractio in novo ingressu Atmosphæræ Terrestris. Nihilominus color ferrugineus est magis uniformis, & constans, durante totali Lunæ obscuratione, quia tunc deficit illa inflexio, quæ ante fiebat in congressu Lucis, & umbræ. Ex quibus redditur ratio superiorum Phænomenorum; ac 1.^o Lunarium defectio debuit esse magis sensibilis, quod cæteris paribus contigit in majori supra Horizontem altitudine: tunc enim oculus imbutus specie lucida, & validiori luminis impressione magis turbatur; dum illi Lux clara repente subtrahitur, unde apparent tenebræ horribiliores nocturnis; tenebræ enim noctis longiori crepusculi motâ, & decremente sensim adventant. 2.^o Colores varij debent esse vividiores circa Meridiem sereno Cælo, quam per raras nubes; aut crassos halitus prope Ortum vel Occasum, quia tunc eorum energia minus impeditur a corpusculis, quæ immagnâ copiâ addunt obscuritatem. 3.^o Sol debuit aliquando sui vestigium relinquere in Æthere circumstante, vel saltem in propriâ atmosphærâ, quæ illum comitatur, sive in materiâ inflammata juxta Keplerum, seu luminosâ juxta Cassinum Seniorem. Hinc potuit aliquando in Eclipsi, cæteroquin non annulari, videri quædam corona radiorum circa interpositæ Lunæ lumen ex eorum inflexione (si desit refractio ex Lunæ atmosphærâ adhuc positâ in controversiâ): nec semper debuit apparere in Eclipsibus Solis totalibus, quando non occurrabant eisdem circumstantiæ, sive propter minorem proportionem diametrorum apparentium, sive quia spectator, licet etiam tunc prope axem

axem coni umbrosi, longius tamen distabat ab ejus vertice, adeoque etiam ab exteriore ambitu. 4.^o Lumen secundarium (amissâ energiâ per tot refractio-nes, & reflexiones) debet esse remissius, ac proinde quandiu aliqua pars Lunæ radiis directis illustratur, vix poterit videri, quando major illius energia obruit minorem. Viceversa sublato lumine primario, secundarium, quamvis tenue, facit sensibilem impressionem in oculo, ac proinde in majoribus tenebris, seu circa medium Eclipsis solet magis elucere. 5.^o Potuit nonnunquam aliqua nubes, aut alia corpuscula sublimiore ab oculo minus animadversa se interponere, quæ vel magis fuscum redderent Eclipsim, vel etiam aspectui totaliter Lunam aliquibus subtraherent, dum aliis in altero loco, & aëre puriore non subtrahebatur. 6.^o Diversi vapores, & halitus interpositi potuerunt eodem tempore diversis in regionibus diversos colores exhibere, aut speciem coronæ, ut dici solet de halo-bus. 7.^o Potuit Luna aliquando minus nigrescere in medio defectu, quam ante medium, vel postea, sive ad apparentiam ex predictâ ratione ex fortuitâ incon-sistantium vaporum variatione, sive etiam per se, quod vel in principio, vel in fine esset vicinior axi umbræ, seu penumbræ, vel quod eo in loco coeunt utrinque plures radii refracti, ut in I in Fig. 42. Nam ceteris Vide TAB. paribus tenebris debent esse densiores, quod Luna ap- XVI. Fig. paret sub majori diametro, quia tunc secat conum, 42. penumbræ, ubi est amplior, & crassior. 8.^o In tota-libus tenebris potuerunt aliquando videri maculæ Lu-nares etiam mediocres, quia Luna secabat conum penumbræ, ubi est angustior, aut remotior ab axe in umbragine, vel certè in loco, ubi plures radii refracti coibant. Si vero videantur Lunares maculæ in Ecli-psibus Solis, dictum est contingere ex reflexione ra-diorum Solarium in reliqua parte Telluris illuminatâ.

S. XIV. Reſiſtuntur contraria hypothefes; num Luna alia quando incurrat in conum umbroſum inverſum, & ita circo aspectus omninoſ subducatur.

Cavendum etiam hic a falsoſ cauſis, vel certe minus exploratis ſecundarii luminis, & colorum, qui ap- parent in Eclipſibus: 1.^o enim hinc non probatur Lunam habere lucem innatam, ut ſenſit (^a) Pharnaces, quz eò magis ſenſibilis redderetur, qud profundius imme- gitur cono umbrz, quod eft contra obſervationes. 2.^o Neque ſequitur Lunam retinere Solarem lucem, imbibitam, ut dicitur de lapide Bononiensi, quo ful- ciebatur contraria opinio Fortunii Liceti (^b), alioquin lucem illam totam penè deperditam, quomodo poſt medium ejusdem Eclipſis recuperaret, & augeret? 3.^o Nec opus eft cum Tycho ſecundarium Lunz lu- men mutuari a Venere (^c), aut cum Longomontano a Stellis fixis. Venus enim ſubinde latet ultra Solem, circa ſuperiorem cum illo conjuſtione. Fixarum vero ſplendor tam tenuis eft, ut poſt reſlexionem in Luna non poſſit tam varios, & ſaturos colores inducere. 4.^o Non ex atmosphera Lunari, quz, ſi detur, non eft admodum ſenſibilis (^d); & quando eſſet cras- fier instar noſtrz, non extenderetur ad Solis profunditatem ultra 18. gradus. Igitur circa medium diſcum in totali Lunz defectu non poſſet videri. 5.^o Cum ex reperitis ſuperiori, & noſtro ſæculo obſervationibus habeamus Lunam laborantem eo tempore, quo aliqui- bus proſtus aſpectui ſeſe subduixerat, aliis in alia re- gione conſpectam, nondum ſatis probatum eft per ſe, praſcindendo a corpusculis intermediis, aliquando ita

ab

(a) Pharnaces apud Plutarch. de fa-
cie in orbe Lunaz.

(b) Licetus. Tractat. de luce Lune
ſubobſcura.

(c) Tycho, & Progymnafium. Longo-
mont. L. 1, Alſtron. Danica, ubi

loquuntur de lumine ſecundarie
ante primum, & poſt ultimum
quadratum aſpectum.

(d) V. Kepler. in Difſert. cum Nunc-
ſider. Galilai pag. 15, Bettini. Ar-
piac. VIII, p. 6.

ab oculis evanescere, ut nullum sui indicium in Cœlo relinquat. 6.^o Si autem id prius non evincatur, quomodo constabit quod volebat *Keplerus* (^a), tunc Lunam incurrere in conum inversum *O, A, P*, (v. *Fig. 42.*) umbræ meræ ultra extremos radios refractos? Nam si ideo Pragæ, Bononiæ, & Parisiis Luna non videbatur, quia erat in merâ umbrâ coni inversi, cum hæc causa esset communis aliis Regionibus, nec Venetiis nec Viennæ conspici debuisset, ubi tamen conspecta est. Non igitur illa erat causa cur alicubi delitesceret. Præterea nonnulli dubitant an detur in rerum naturâ conus ille inversus umbræ meræ Terrestris; & quando daretur, non esset adeò Terris admovendus; refractio enim in atmosphærâ Terrestri non est unica, sed non tot quin plures in variâ altitudine, ut difficile sit nullos radios refractos circa axem coni ad locum transitus Lunæ etiam Apogez pervenire. 7.^o Multò minus quis sibi persuadere potest conum illum adeò Terris appropinquare, ut cumdem ingredi possit Luna etiam Perigea, quod olim placuit *Ricciolo* (^b); imò illius mucro Terram respiciens nonnisi 43 semidiametris a Terræ centro aliquando distet, ut censet idem *Auctor* (^c), concedens tamen per refractiones adeò variari, ut radii refracti supra 70 semidiametros a Telluris centro nonnumquam ascendant. 8.^o Quod Luna visa aliquando fuerit in Solaribus defectibus non probat esse semiopacam, quæ erat hypothesis quorumdam Veterum, indicata a *Germanico Casare* in *Arateis*, & postea *Vitellionis* (^d), aliorumque Opticorum: alioquin etiam a nobis Borealibus extra situs a pros ad reflexionem in oculos spectatorum videri deberet sereno Cœlo in Eclipsibus Solis totalibus; adeò que etiam quando hæc contingunt circa Solis occasum, & quando Luminaria imminent supra mare Pacificum circa initia Capricorni, quod non contingit. 9.^o Non ser-

(a) *Keplerus*, Astron. Opt. c. 7.

(b) *Ricciol. L.V*, Almag. c. 5, prop. 3.

(c) Idem ibid. problem. 4, pag. 305.

(d) *Vitellio*, 4 Opticot. Theor. 77.

servatur ordo colorum traditus ab Apollonide (^a), ut quando contingit Lunæ deliquium primo noctis quadrante esset instar ardentis prunæ, circa medium noctem puniceus, & igneus, in tertiatæ vigiliæ rubeus, sub auroram cæruleus, ac truculentus. 10.^o Experiens neque concordat cum Appiano (^b), neque cum Tabulâ editâ a D. Reinerio de Eclipsum coloribus, quam vide apud Ricciolum L. V, Almag. c. 5.^o Ratio ulterior est atmosphæræ Terrestris inconstantia, ex quâ plurimum variantur. Si alicubi queritur naturalis colorum ordo, is innotescit ex refractione in prisma vitreo: proportionem inter colores, & sonos vide apud Cl. Mairan in Commentar. R. Sc. Ac. Paris. 1737.

CAPUT V.

*Ordo specierum, Phasium, & Quantitatis
Objurationis in Eclipsibus.*

§. XV.

OBSERVATIONES QUINTÆ.

Negari jam non potest SOLEM totum a Luna occultum; viginti enim exempla ante Tychonis etatem ex antiquâ historiâ collegit Ricciolus (^c). Tycho ipse antequam obiret (^d) miratus est multos cum horrore, Clavio teste, in Lusitanâ an. 1560 vidisse Solē totaliter deficere d. 21 Augusti; sic anno 1652 in solali ejus defectione, observata a Clariss. Viris Robervallo, Bullialdo, Gassendo (^e), apparente Luna diameter ad di-

(^a) *Apollonides* apud Plutarchum Lib. de facie in Orbe Lunæ.(^b) *Appianus Astronomici Enunc.* 27.(^c) *Ricciol. Almag.* L. V, c. 20.(^d) *V. Keplerum Astronomie Optio-*en c. 8. *Clav. in Sphaeram cap. 4.*(^e) *V. Hanelium Abrem Phys.* c. 4.

diametrum Solis erat ut 102, vel 103 ad 101. Memorable est alia totalis Eclipsis an. 1699, d. 23 Sept. quando Stralsunda (a) in Pomeraniâ ultra 55 graduum latitudinis Borealis (nam in Zona torrida id valde frequens) viderunt Stellas per diem tanquam in nocte. Quamvis verò dubitandi occasionem abstulere nova exempla in nostro seculo: quippe an. 1706, die 12 Maji in Gallia Meridionali fuit Solis obscuratio totalis (ut an. 1715, 3 Maji in Daniâ, & Angliâ meridionali) (b). Item anno 1724, d. 22 Maji, & quidem cum morâ (ali quando enim visa sunt totales sine morâ), qua Are late non solam fuit cum morâ, sed etiam fuit centralis: & bac fuit prima totalis, qua visa fit Parisis post Astronomica specula erectionem. Consentient observationes Sinica; Macai enim anno 1742, die 3 Junii viderunt totalem Solis defectum: 2.^o Ali quando non fuit totalis, quamvis centra utriusque Luminaris optice coirent, sed annularis relitto annulo Lacido in limbo Solis aquabili ter extenso, ut in BB (V. Tab. II), qualem vidit Clavius (c). 3.^o Hic annulus aliquando fuit in aequalis inter duos circulos non concentricos, ut CC (V. eamd. II Tab.) qualem vidit P. Simonelli in Sinis 1731, d. 19 Decembr. 4.^o Quando summa obscuratio visa portionem tantam circumferentia, & area Luminaris occupavit, pars obscurata aliquando respiciebat Boream, ut in DD. 5.^o Ali quando Austrum, ut in EE. 6.^o Nonnunquam Occasum, aut Ortum (cornua initio respiciunt Occasum, in fine ortum in mediâ Eclipsi partiali sunt parallela via Lunari) quando portio lucida erat, vel instar Luna, ut in FF, vel instar falcis in dexterâ, ut in GG. Singularem speciem nobis Florentia exhibuit Solaris defectus 22 Maji an. 1724, in quo summa pars fuit Lunata, seu Corniculata, & gracilior ultimâ Lunae pars: paulò

V. TAB. II.
Fig. BB.

(a) Histor. R. Sc. Acad. Paris. 1699, pag. 135, edition. Batav.

(b) Caffini Jun. in Memor. R. Sc. Ac. Paris. ejusdem anni.

(c) Clavius in Sphaeram Sacroboschii cap. 4, ut olim Sofigenes apud Proelium in hypotyposi Astr. c. 3.

paulò post succedit contraria phasis falcata aliquando latior. 7.^o Ad summam obscurationem pervenitur sensim: paulò ante apparentem contactum umbrae, seu corporis obumbrantis, incipit Solis limbis extraordinario tremore concutiri, ex eâ parte, quā futurum est defectio initium. 8.^o eadem defectio semper praefert segmentum circulare: crescoit per gradus, donec paululum constat, tum incipit decrescere, quasi per transitum in partem oppositam ingressu, ut Sol lucem recuperet eo ordine, quo visus erat amittere. Similia contingunt in defectu Lunari, in quo pariter segmentum umbrae semper est circulare, terminatum tamen area majoris circuli, ita pars Lunae immunis ab umbrâ sit cava, & falcata versus umbram. Totalem centralem cum mora notatum babes

TAB. XI, in Tab. XI, Fig. XXIX in a a. Totalem sine mora ibid. Fig. XXIX, in b b. Partialem Borealem in c c. Partialem Australiem in Fig. 29. Nunquam tamen visus est defectus annularis in Lunâ. Cornua in deliquio Lunae respiciunt Orcum initio, in fine Occasum; viceversâ ac in Solaris defectu.

§. XVI. Exponuntur Species Eclipsum utriusque Luminaris, & phasium Solacium phænomena. Qualis visu fuisset Tellus tempore Diluvii. Quantitas annuli lucidi.

INTERPRETATIO QUINTA.

Dantur octo memoratae species Eclipsum. 1.^o Totales sine mora. 2.^o Totales cum mora, sed non centrales. 3.^o Totales centrales, quae in Sole aliquando possunt esse sine mora. 4.^o Partiales Boreales. 5.^o Partiales Australes. 6.^o Partiales ad Oratum, vel ad Occasum, quando videri solent Lunaria, vel falcata. 7.^o In Sole (non in

in Luna) annulares centrales. 8.º Et annulares non centrales. Ordo phasium, ut & segmentum circulare in Solari quidem defectu provenit a progressu globi Lunaris interpositi; in deliquio verò Lunae oritur ab ejus transitu per circularem umbrae Terrestris sectionem. Diameter autem Luminaris obumbrati, divisa in digitos, & minuta, dabit phasium quantitatem.

Visum est in superioribus, Stellarum defectus alios esse veros, seu legitimos ex ratis Astronomiz legibus: alios spurious ex inconstantiâ physicâ materiz fluidae intermediae, vel etiam in ipsis corporibus obfuscatis, qualis visa fuisset Tellus tempore Universalis Diluvii, si quis eam spectasset ex Lunâ, qualis non semel Sol apparuit, cum nimiâ suarum macularum multitudine, ac magnitudine expollesceret. Legitimos alios esse per apparentem occultationem, ut in Sole, & Fixis: alios per luminis primarii detrimentum, ut in Lunâ, & aliquando in Jovis Satellitibus. Partiale dicimus, quando aliqua Luminaris portio obfuscatur: Totalem, quando totum obtenebratur. Quis verò non miretur Tychonem, & in Astronomiâ peritissimum, & in observationibus exercitatissimum, negasse dari Eclipses Solis totales? Putabat scilicet juxta sua principia apparentem Solis diametrum semper esse majorem Lunari, vel saltem vi suae lucis extenuare Lunae margines: at hujus Quintæ Observationis exempla, tot evidentibus testimoniosis fulta, rem collocant extra omnem prudenteris viri dubitationem; & observationes secundae Partis hujus Operis saepius notant diametrum Lunae sensibiliter majorem Solari, ut nec per inflexionem, nec per majorum radiorum energiam Sol conspiciri posset. Nec

propterea insultandum viro de Astronomia optimè merito; sed potius ex ejus ad hunc scopulum allisone, descendum, nec sibi, nec unius tantum summi caeteroquin viri judicio fidere, verum ex omnibus profere. Inter Solares totales aliae sunt *cum brevi mord*, quando diameter Solis apparet ad sensum minor Lunari. Aliae *sine morā*, & quasi subitaneae, quando diametri Luminarium in conjunctionibus etiam centralibus apparent ferè aequales. In oppositionibus tunc erunt sine morā, quando in summo suo deliquio Lunae diameter attingat praecisē umbrae Terrestris confrnia, alioquin immoraretur in illâ: aliis verbis: cum vera latitudo Lunae, ejusque semidiameter simul sumptae aequantur praecisē semidiametro umbrae: quod alii dicunt cum latitudo Lunæ exquatur excessui semidiametri umbrae supra semidiametrum Lunæ, ut videre est in citata Figura XXIX b b. Secundò si diameter Lunae appareat minor Solari, & ad oculum coeant Luminarium centra, axis coni umbrosi non pervenit ad Terram: unde qui sunt ex directo illius axis videbunt Eclipsem annularem centralem, sine ulla necessitate recurrenti cum Bestino Apiar. VIII, Prog. II, Propos. X, ad refractiones, quae hic locum non habent. Quia vero quantitas annuli lucidi aequabilis petitur ab excessu apparentis semidiametri Solis supra semidiametrum Lunae; hinc maxima lucidi annuli, & aequabilis latitudo (^a) est circiter min. 1°, 35". 3.º Si diameter Lunae appareat minor Solari, & Luminarium centra non conspirent in eadem linea visuali, videbitur Eclipse annularis non centralis cum annulo lucido ampliore ex una parte, exiliore ab aliâ, ut aliquando contingat circumferentiam in puncto: maxima lucidi annuli, & inaequalis latitudo Ricciolo est 2°, 54": ex datis (^a) a Cassino 3°, 10". 4.º In summâ phasî pars obscurata

(a) semid. 16°. 20". Sol Perig. 32°. 40". diam.
semid. 14°. 45". Luna Apog. 29°. 30". diam.

rata Solis vergit ad Boream. 5.^o Pars Solis deficiens verget in Austrum, quando spectatori visa Lunae latitudo apparet ad Austrum. 6.^o Summa phasis *Lunata* facile nobis Borealibus videbitur, quando occidat Sol deficiens in signis aëstivis: *falcata*, cùm pariter in signis aëstivis oriatur Sol jam deficiens. In defectu an. 1724, Mense Maji *Lunata lucida* mutari debuit in contrarium falcem, quia Luna cùm esset ad Nodum Descendentem a latitudine Boreali, transibat ad Australem, adeoque post summam obscurationem detegi primum debuit Florentiae pars Solis versus Eurum, vel Boream. Caeterum videri poterunt similes phases etiam procul ab Horizonte, praesertim in sphaerâ obliquâ sub initium, vel in fine Eclipsis, non expectatâ summâ obscuratione: neque exigendum, ut respiciat ortum, vel occasum Äquinoctiale; sufficit enim si Cornua, vel pars obscurata vergat ad aëstivum, vel hyemalem, sive ortum, sive occasum. 7.^o Paulò antequam Luna Solem opticè contingat, incipit hic ex eadem parte tremore perturbato concurti, sive quia vicinum Lunæ corpus opacum vetat indidem radiorum diffusionem tam copiosam, ut antea, sive quodd illos dicatur attrahere ex parte superiori per inflexionem; qui perturbatus tremor non facile apparet in F'xis, quando proximè occultandæ sunt a Lunâ, ed quod habeant apparentem diametrum, & fulgorem longè minorem, ut si deficiat aliquis gradus energiz, vix reddatur sensibilis. 8.^o *Linea Sectionis* dividens partem claram ab obscurâ debet esse semper ad sensum circularis, quia Luna interjecta est globus opacus: superficies autem globi, ejusque projectio recta circulo terminatur. Proinde quod magis crescit interpositio, crescer & obscuratio. Haec minuetur illâ recedente.

§. XVII. Exponuntur phasium Lunarium p̄hænomena. Quantitas phasis unde desumatur. Quid differat digitus Europeus a Sinico. Multiplex modus determinandi quantitatem futurae phasis in Eclipsibus indicates. Digitos in una Eclipse non esse aequales digitis in alia: quo sensu una possit esse major 12 digitis, & Lunaris pertinere ad digitos 22 $\frac{1}{4}$.

Similis est ratio phasium Lunarium cum multiplici sequenti discrimine. 1.^o Pallor ante initium veræ Eclipsis oritur ex eo, quod obscuratur ab umbragine, & penumbrâ Terrestris atmosphæræ, non enim statim amittit directum totius Solis aspectum, sed per partes. 2.^o Erit deliquum centrale, quando medium Eclipsis est in nodis sine ulla latitudine; omne autem deliquum centrale in Lunâ semper est totale, & cum mora, propter excessum semidiametri umbræ. 3.^o Si non sit centrale, adhuc erit totale, & cum mora, quamdiu vera Lunæ latitudo minor est excessu semidiametri umbræ supra semidiametrum Lunæ. 4.^o In Deliquio partiali ideo non tota Lunæ facies obscuratur, quia visa Lunæ latitudo major est excessu semidiametri umbræ supra semidiametrum Lunæ; ideo pars ejus obscuratur, quia latitudo vera minor est aggregato semidiametri umbræ, & Lunæ. 5.^o In summa obscuratione partiali, quando non tota Luna immergitur umbræ, pars Lunæ obscurata vergit ad Boream; quando vera Lunæ latitudo est Australis, tunc enim pars Meridianalis globi Lunaris remanet illustrata, quia extra umbram Terrestrem in distantia majori, quam sit umbræ semidiameter: & apparet sub forma *Navicula*, ut repræsentatur in Fig. XXIX, &c. 6.^o Viceversa, quando vera latitudo est Borealis, ut in Fig. 29. Lunæ pars, extra umbram illustrata, est Borealis in *star scapæ* (a) vel *stule inversa*: reliqua portio obscu-

Vide Fig.
XXIX, &c.
& Fig. 29,
TAB. XI.

12-

(a) *Scapam inversam imaginabatur Veteres sup. cit. §. VII.
Sicutum Dantes illo versiculo purgat.*

C. XVIII, ubi ait de Luna:
*Fatta com' un secchione, che
int' orda.*

rata etiam si major hemisphærio, respectu alterius dicitur Australis. 7º Non dantur Lunæ defectus annulares, quia diameter umbræ Terrestris semper est longè major Lunari. 8º *Linea Sectionis* dividentis partem illustratam ab obscuratâ ideo præfert circumferentiam majoris circuli, quia semidiameter penumbræ Terrestris est longe major semidiametro Lunari; sectio verò coni penumbræ Terrestris, licet non nihil obliqua, tamen quia in Lunæ Discum projicitur, & appetit parallela basi, debet videri circulus, & per hæc patet *Secunda pars.*

Probatur *Tertia.* Ad dimetiendam Eclipsis quantitatem dividitur diameter Luminaris obumbrati. Hæc divisio fieri poterat in tot partes, quot quis vellet. In Europâ, ubi amamus senarium, ejusque multiplices, propter facilem divisionem in partes aliquotas, placuit partiri in 12 partes æquales, quæ vocantur *Digiæ Ecliptici*; quilibet digitus in 60 particulas minores, seu minuta prima. Quodlibet primum in 60' minuta secunda, &c. Non desunt tamen, qui singulos digitos dividunt in duodecim lineas, singulas lineas in decem lineolas, quarum 1440 occupant totam diametrum. Astronomis Sinensibus placuit partiri per decadem: unde apud illos diameter planetæ deficientis dividitur in 10 partes æquales, adeoque digitus Eclipsibus Sinensis est $\frac{1}{6}$ diametri predictæ. Singulos deinde digitos partiuntur in 60 minuta, & quodlibet minutum primum in 60' secunda. Hinc in Sinicarum observationum collatione notandum, quâ methodo sint peractæ: Si enim Sinico more sint habitæ, facienda erit reductio per regulam auream: ut enim 10 digitii Sinici ad 12 ex nostris, ita 5 digitii Sinici, eorumque phasis dabit 6 ex nostris, sive semidiametrum. Ubi advertendum 1º: canonem ad determinandam phasis quantitatem esse ex dictis, si fiat ut tota diameter ad 12 dig., ita ejus portio obscurata nota ex observatione ad quartum terminum proportionalem. 2º Per eamdem

dem regulam auream constructas esse tam demonstratiōes Geometricas, atque operationes Trigonometricas, quā Tabulas Astronomicas (4), quā multiplici
www.Vitruvius.org methodo ostenditur quot digitorum futura sit Eclipsi: habitā ratione vel apparentis inclinationis Orbitæ Lunaris cum circulo latitudinis, vel finuum angularum, vel scrupulorum incidentiꝝ, de quibus infra, vel differentiꝝ inter semidiametros umbrarū, & Lunæ, istiusque latitudinem; quz ultima methodus reliquis brevior & facilior, ut in Invest. III exponetur, 3.^o Quia apparentes Planetarum diametri aliquando sunt majores, ut in Perigeo; aliquando minores, ut in Apogeo; idcirco stante eodem numero digitorum variatur quantitas abſoluta, illis respondens in arcu circuli verticalis, vel alterius, quem pro mensura constanti quis vellēt assumere. 4.^o Proinde digitus in una Eclipsi non est æqualis dīgito in alia; nīl forte Planetæ deficiens diameter apparet sub eodem angulo. 5.^o In Luna propter motum Oscillationis variatur etiam angulus. sub quo aliâs visa fuit eadem macula in eadem distantia a Tellure. 6.^o Quamvis Lunæ diameter nonnisi in 12 digitos dividatur, tamen aliquando ab Astronomis plures, quām 12 obſcurationis dīgiti computantur, quia scilicet post totalem Lunæ immersionem in umbram adhuc supererit alia umbrarū portio percurrenda antequam incipiat emersio. 7.^o Etsi diameter umbrarū in loco ubi secaur a Lunâ, aliquando excedat diametrum Lunæ ferè triplo, ut 46', 35" ad 16', 49"; tamen obſcurationis dīgiti nunquam ad duplum diametri Lunaris, sive ad 24 digitos perveniunt. Ratio est, quia in deliquiis centralibus in quibus maxima est Eclipsi quantitas, hzc eruisur ex summâ semidiametrovum Lunæ, & umbrarū; casus autem maximè favorabilis foret, quando Luna Perigea, cuius semidiam. 16' 49", opponitur Soli Apogeo, tunc summa Parallaxium juxta Cassin. Tab. est 62', 21"; unde subtractâ semidiametro Solis 15', 46", remanent pro semi-

(4) Ex Nestris vid. XI, & seqq.

semidiametro umbrae $46'$, $35''$; proinde cum XII dicitur dentur toti diametro Lunari, etiamsi semidiametro umbrae adderetur ~~ad integrum~~ minutum propter atmosphaeram, nunquam excederet dig. XXII, $57'$, adeoque deliquum semper minus XXIV digitis. In Tab. XXXI, Cassin., maxima quantitas Eclipsis Lunaris notatur, dig. XXII, $56'$; addit enim semidiametro umbrae $20''$. Ea ad calcem Primae Partis adjecta est nobis Tab. V. Modum ex illa eruendi Lunaris Eclipsis quantitatem, damus Investigat. III, §. XIII. 8.^o Maxima obscurationis quantitas, quae notata sit per haec tempora, fuit digitorum $22\frac{1}{2}$ an. 1725, d. 21 Octobris, quando centrum Lunae transivit propè centrum umbrae. 9. Eclipsum phasim, & quantitatem variantia elementa, nimirum apparentes Luminarium *diametri*, ut patet ex terminis. Crassities *Coni* umbrosi Terrestris, major in minori Solis distantia a Tellure. In conjunctionibus visa Lunae *latitudo*: in oppositionibus vera ejusdem latitudo, sive distantia ab Ecliptica, cuius vice utemur saepius argumento latitudinis, sive distantia a Nodis: Motus horarius Lunae a Sole, propriè loquendo, non variat phasim, sed durationem; quod enim tardior est talis motus, eò diurniorem facit Eclipsum. Primum mensuranda phasis, & capienda Quantitatis vide in Ordine observandi Eclipses. 10.^o Ratio cur cornua initio Eclipsis Solaris respiciant Occasum, in fine Ortum; in Eclipsi Lunari viceversa, est, quia in defectu Solari motus Lunae obscurantis est ab Occasu in Ortum; in deliquio Lunae, motus umbrae Terrestris est ab Ortu in Occasum: In medio autem defectu partiali cornuum cuspides parallelæ sunt viz Lunari propter distantiam æqualem hinc inde ab arcu conjugente centra vel Luminarium, vel Lunæ, & umbrae. Quæres cur occurrato v. g. dimidio Solis Disceo non subtrahatur nobis pars proportionalis, v. g. dimidium Luminis in ære, licet subtrahatur dimidia species lucida etiam in Solis imagine. Respondeatur, quia lumen,

lumen, quod nos circumstat, oritur non solum a radiis directis, sed etiam a reflexis, refractis, & infra-
 stis, ergo subtracta medietate radiorum directorum
 tantum, non debet subtrahi media quantitas luminis,
 quo fruimur in aere. Viceversa, subtracta illa medie-
 tate radiorum directorum, subtrahi debet dimidia spe-
 cies in Solis imagine, desunt enim totidem particulæ
 irradiantis exemplaris.

C A P U T V I.

Ordo Loci in Eclipsibus.

§. XVIII.

OBSERVATIONES SEXTÆ.

Obseruatum est 1.º *Luminarium defectus in quavis Cœli parte, id est in omni Ecliptica gradu con-*
tingere, & in quavis elevatione supra horizon-
tem seu verâ five apparenti. 2.º *Quod jam non semel*
acciderit ^(a) *ut in occasu Luna deficeret, utroque su-*
pra Terram conspicuo sidere. Ex adverso, an. 1733,
d. 28 Maii, *Luna partialiter deficiebat in suo ortu,*
dum Sol esset vicinus occasui. 3.º *Solis defectionem in-*
*cipere ab ejus limbo occidentali, definire in limbo Ori-*en-**
tali; *quod respectivè observatur etiam in partialibus*
defectibus, five Borealis, five Australibus, cum ali-
quam leví, ac rara exceptione, qualém vidit Mæstlinus ^(b)
Tubinga 1595, d. 3 Octobris, *quando incœpit*
deficere portio Solis declinans ad ortum 9 grad., &
*de-*f*fectio crevit ad dig. 2 $\frac{1}{2}$.* *Viceversa, Lunare deliquium*
communiter incipere ab ejus limbo Orientali, definire
in limbo Occidentali, quod servatum etiam quando deli-
quium partiale totum erat ad Boream, vel ex intégro
ad

(a) *Plinius Lib. II, c. 13.*(b) *Mæstlinus Thesi 53.*

ad Austrum; initium enim fuit in hemisphærio Orientali, Sis in hemisphærio Occidentali. Hic quoque datur locus exceptioni, qualem vidit Keplerus (a) an. 1603, 18 Novemb. b. 6, 21; & quid simile notaverat Tycho an. 1594, die 19 Octobr. b. 5, 56. 4.º In defectibus centralibus (coenitibus in eadem linea centris Terra, & Luminarium) si in immersione latitudo Luna erat Borealis, in emersione erat Australis, & viceversa, ut Luminare erumpat ex parte quasi diametraliter opposita, ut contigit in deliquio Lunari an. 1736, d. 19 Septembris. 5.º Si defectus sunt partiales, (imo aliquando & totales non centrales) tam immersio quam emersio nonnumquam est ex eadem parte, v. g. Australi, ut in deliquio totali inter diem 28, & 29 Civilem Junii an. 1722. In partialibus Luna deliquerit, quando bac habebat magnam latitudinem Borealem, pars obscurata vergebatur ad Austrum & viceversa, quando habebat magnam latitudinem Australem, pars obumbrata erat Borealis. 6.º Conferendo semitas umbra in unâ Eclipsi cum itineribus alterius (quod clariss obtinetur in Luna ex adverso appulso ad maculas, vel exitu ab illis) non facile est invenire semitam umbrae in unâ Eclipsi omnino eamdem, ac semitam umbrae in alterâ Eclipse. 7.º Aliquos defectus viderunt regiones maxime Boreales, quos reliqua Europa non vidit, quamvis caeteroquin sint frequentiores in Zonis temperatis, ac potissimum in Zonâ Torridâ. 8.º Collatis invicem variarum regionum observationibus Lunare deliquium, apparuit plusquam integro hemisphærio Terrestri, serius tamen occidentalibus ultra hemisphærium, in quo primò apparuerat. Viceversa, in Solari defectu etiâ umbra mera percurrat aliquando ultra 150 gradus circuli maximi, nunquam auditum est percuruisse integrum Telluris hemisphærium. 9.º Nec eodem momento temporis primi mobilis duos vidisse Eclipsem Solis partiale, qui in latitudine distarent centum gr. 10.º an. 1724, d. 22 Maij (quo tempore magna pars

G

pars

(a) *Keplerus Astron. Optice*, c. II, Probl. 31.

pars Gallia videbat Solarem defactum totalem) Londinum, Florentia, Bononia, Patavium, Ingolstadium non deficit videre diversas Solis particulas; adeoque umbra meræ diometer tunc resstringebatur inter fines Galliae.

S. XIX. *Eclipses dari posse in quovis gradu Eclipticæ, & Solis elevatione: error Astrologorum notatus. Cur Solares incipiunt a limbo Occidentali, desinant in Orientali; Lunares viceversa. Exceptio, ejusque fundamentum. Posse dari deliquum Luna totale ad eamdem Cali plugam cognominem. Cur circa Telluris polos aliquæ Eclipses visæ. Lunares videri a plusquam integro hemisphærio Terrestri; non verè Solares, que prius apparent Occidentalibus.*

INTERPRETATIO SEXTA.

In prædictis stat sua cuique ratio.

Et primò, utriusque Luminaris Eclipses etiam totales contingere possunt in quovis Eclipticæ gradu, etiam circa meridianum loci. Ratio est, quia continent circa nodos Lunares: motus autem nodorum Lunarium cæteroquin retrogradus est per singulos gradus Eclipticæ; ergo labentibus sculis circa quemvis gradum Eclipticæ contingere possunt utriusque Luminaris Eclipses. Sed illi gradus intersecantur ab aliquo meridiano, nec est fundamentum excipiendi ullum meridianum, sicuti non excipitur ullus gradus Eclipticæ; ergo circa dati loci meridianum possunt evenire, adeoque deliquum Lunæ circa medium noctem: defetio Solis circa meridiem loci etiam totalis, ut patet ex infra dicendis de spatio, quod peragitur ab umbra meræ, quæ in Africâ, quam alibi frequentior. Consequenter falsum est illud pronuntiatum quorundam Astrologorum apud Tertullianum ad Scapulam: *Sol non potest pari deliquum, positus in suo bispomare,* (Astrum nunc dicitur culmen attingere, quando at-

tin-

tingit meridianum, et quod habeat summam altitudinem, quam eo die potest habere) seu *domitilio*, quod circa meridiem suas exerat vires.

3.^o Lunare deliquium non solum partiale, sed etiam totale videri potest quando amborum Luminarium apparet non tantum centrum, sed totus ~~aterque~~
globus supra Horizontem conspicuus. Verum hoc opportuniū solvetur in Observatione ordinis Temporis, &c.

3.^o *Solis defectio incipere* debet ex limbo *bemisphaerii Occidentalis*, quia ultima veteris Lunæ phasis erat ad occasum Solis; cum autem Luna habeat motum proprium velociorem, hinc assequitur Solem tardiorē, prætergrediens obumbrat, & emergit ab ortu, ut deinde fiat prima phasis novæ Lunæ. Viceversa, *deliquium Lunæ incipere* debet ab ejus limbo *bemisphaerii Orientalis*, quia hic limbus est, qui primò obviat cono umbræ Terrestris, comitantis motum Solis in oppositu gradu Zodiaci: debet insuper desinere in limbo occidentali, quia hic est, qui in motu proprio ab occasu in ortum ultimò egreditur a cono umbræ Terrestris; adedque fiat tertium. Nihilominus datur locus exceptioni, in Solaribus quidem ex magnâ latitudinis parallaxi, efficiente apparentem lunæ viam cum inclinatione graduum ferè 20; si enim tunc in visibili conjunctione apparens Lunæ latitudo sit æqualis aggregato semidiametrovum Luminarium, poterit minui arcus inter centra eorumdem, oriente Sole, ejus defectio incipere a limbo orientali, si vera latitudo Lunæ sit Borealis decrescens; vel circa Solis occasum, si vera latitudo Lunæ sit Australis decrescens: poterit desinere defectio ex limbo occidentali, si occidente Sole vera Lunæ latitudo Borealis sit crescens, vel oriente Sole latitudo Australis crescat. Similiter in Lunaribus in oppositione, quæ fiat in gradu nonagesimo; si latitudo Lunæ sit æqualis aggregato semidiametri Lunæ, & umbræ in momento plenilunii, non dabitur

deliquium Lunare; sed quia Luna sic perstringit umbram, poterit extra oppositionem paulum imminuto arcu inter centra dari exiguum deliquium vix pars digitii, & incipere a limbo occidentali: talis autem arcus imminuetur, si Australis Lunæ latitudo decrescat: poterit desinere ex limbo orientali, si positâ prædictâ qualitate vera Lunæ latitudo sit Borealis crescens. Vide *Keplerus* loco cit. & *Ricciolum Almagesti* L. V., c. 12, in Schol.

TAB. XI. Fig. XXIX. 4.^o In defectibus centralibus, quando tales sint, ut in eadem linea consistant centra Solis, Lunæ, & Telluris, Luminaria sunt in altero nodorum. Vel ergo defectio fit ad nodum Ascendentem, & latitudo Lunæ, quæ antea erat Australis, deinde fit Borealis, quia tunc Luna a signis Australibus transit ad Borealia, Vel defectio fit ad nodum Descendentem, & latitudo Lunæ, quæ antea erat Borealis, mutatur in Australem, quia tunc Luna a signis Borealibus transit ad Australia. In hoc casu immersio, & emersio fieri debet ad partes, quasi ex diametro oppositas in disco Lunari, ut videre est in Fig. XXIX, lit. aa, ubi Luna ante deliquium habebat latitudinem Borealem; post appulsum ab Occasu ad nodum Descendentem, acquirit Australem, & egreditur ab Ortu: curva enim Lunaris orbitæ in tali projectione appareret recta. Eadem proportione servatâ, dic in defectu Solari saltem respectu eorum, per quos transit axis penumbræ; ergo quartum de variatâ specie latitudinis in Eclipsibus centralibus est solutum.

5.^o Quia semidiameter umbrae Terrestris in loco, ubi secatur a Lunâ, semper est major plusquam tota diameter Lunaris; hinc tota Luna mergi potest intra umbram, quin attingat illius centrum, sive axem: poterit ergo dari non tantum deliquium partiale, sed etiam totale, itaut tam immersio, quam emersio ex umbra sit ad Cœli plagam cognominem, v. g. Borealem, ut ostenditur in eadem Fig. XXIX, lit. bb, ubi & Deli-

Deliquium Lunae est totale sine morâ; & latitudo Lunae tam in principio, quâm in fine est Borealis cum sufficienti a nodo distantia. A fortiori ergo in Defectibus partialibus tam immersio, quâm emersio respicere potest plagam cognominem, quando Luna majorum habet latitudinem, & distantiam a Nodo. Sic in eadem nostra Fig. XXIX, lit. c c Luna habet magnam latitudinem Australem tam in ingressu, quâm in egresu ab umbrâ, itaut segmentum obscuratum vergat ad Boream, quia illud solum mergitur intra umbrosum Telluris Conum. Viceversa, in Fig. 29, P. Simonelli, quia Luna habet magnam latitudinem Borealem, obumbratur segmentum versus Austrum majus cetero-quin hemisphaerio, quia illud totum, & solum mergitur in umbrâ. In Solaribus defectibus, praesertim partialibus, tam immersio Lunae sub illo, quâm emersio potest esse ad plagam cognominem propter magnam Lunae latitudinem saltem apparentem: non tamen sequitur generaliter, quod si vera Lunae latitudo sit Borealis, portio Solis obscurata sit Australis, quia potest vera Lunae latitudo Borealis tanta esse, ut licet parallaxis deprimat ejus locum, adhuc locus Lunæ visus sit citra Eclipticam, adeoque Solis pars occultata adhuc sit Borealis.

6.^o Quod una Eclipsi non sit usquequaque similis alteri, expendemus in Investigatione Periodicae Eclipticæ Harmoniae, ubi licebit admirari stupendam Divini hujus organi varietatem, longè diversam ab humanae artis automatis, quæ ad aquarum lapsum in hortis eamdem semper recinunt modulationem.

7.^o Quod nonnullas Solis Eclipses viderit aliqua Regio circa polum sive Mundi, sive Zodiaci, ideo evenit, quia tunc Luminaria erant prope suos terminos Eclipticos, hoc est, prope summam distantiam a Nodis, intra quam possunt deficere; unde Lunaris umbrae, vel penumbrae projectio in Telluris Discum, tunc erat maximè obliqua, adeout tota penumbra extra

Vide TAB.
XI. Fig. 29.

tra Terram caderet, si paululum cresceret projectionis obliquitas. Potest etiam contingere, ut *Luna*, in Tropicō Cancri existens, videatur oriri, & simul deficere, in Moscovia, vel etiam intra circulum Articum, quando in reliquā Europā videri non potest. Debent autem defectus frequentius videri in Zonā Torridā, & Climatibus temperatoriis, quām in frigidioribus, quia viciniora sunt plāno Eclipticae, ubi ab orbitā Lunari in nodis interfecatur.

8.º *Lunare deliquium eodem momento videtur ab integrō hemisphaerio Terrestri*, quia cūm sit vera privatio luminis primarii in Lunā, & haec videatur ab integrō hemisphaerio, videri debet etiam in illā suā privatione: imò verò apparere debet deficiens plusquam integrō hemisphaerio Terrestri, quia cūm deliquium duret ad aliquod tempus, quandoque ad 4 horas, & interim Luna per motum communem omnibus sideribus feratur ab ortu in occasum, percurrit (subtracto motu proprio in ortum) alios 58 meridianos rotidem graduum. Unde si ponamus Lunam totale deliquium pati in principio Arietis, vel Librae, & imminere meridiano 90, prope Maldivas, quoniam integrum hemisphaerium videt simul Lunam, initium talis deliquii apparebit simul, & in primo meridiano ad Insulas Ferri, Oriente Lunā, & in meridiano 180, ad Insulas maximè Orientales, Occidente Luna (spectante in suis respectivè locis totā Asią, Europā, & Africā intermediis). Quia verò Luna interim progreditur ab Ortu in Occasum, hinc post 4 horas finis deliquii videbitur, oriente Lunā, circa meridianum 302, qui transit per Regnum Chilense, & Amazonum, Insulam Cubam, Novam Franciam, &c.: ad Ortum verò, occidente Lunā, circa meridianum 122, qui transit per Insulam Sumatrę, Cochinchinam, per Occidentalia Sinarum Regna, &c. Dixi circa, quia utrinque addenda Lunaris semidiameter, refractio, &c. Unde divisā superficie Terrestri in duodecim partes aequales, ferè 8 vide-

re possunt aliquando eamdem Eclipsem Lunarem, & Regiones circa utrumque Mundi Polum constitutæ. Hinc si indicantur preces, eodem tempore absoluto ubique gentium peragendæ, posset eligi aliqua phasis deliquii Lunaris, v. g. immersio totalis, plerisque oculo visibilis, reliquis ex calculo nota, & reductione horarum ad proprium meridianum. Viceversa, *Solare videre non potest integrum hemisphaerium*, quia cum Luna sit tanto minor Sole, & magnam habeat parallaxim, facilè subducitur ab apparenti interpositione, quod sufficit, ut Sol, qui fulget luce propriâ, aliis appareat totus, quando aliorum aspectui subducitur, vel ex toto, vel ex parte. Idem etiam eruitur *ex eo*, quod in gradibus circuli maximi in superficie Terrestri spatium in longitudine decursum a centro sive umbræ, sive penumbræ, semper sit minus 160 gradibus. Quia vero proprius Lunæ motus a Sole est ab occasu in ortum, & consequenter etiam motus centri umbræ, sive penumbræ in Terris, quæ Cœlestem motum imitantur; *idcirco Solaris defectus prius apparere debet in Regionibus Occidentalibus*, ac deinde in Orientalibus cum aliqua levi exceptione inde proveniente, quod post primam phasim Lunæ globus subit Solem; atque ita aliqua portio umbræ, sive penumbræ in occasum extenditur; quod simili proportione intelligendum de ultima phasi, quæ est Occidentalior respectu loci, qui videt ultimam centralem defecum, eò quod dum Luna sese subducit a Sole, simul cum illo descendat in occasum. Quod autem prima phasis fiat in loco, ubi Sol oritur; ultima phasis in loco, ubi Sol occidit, latius, & Geometricè ostenditur a P. Simonelli. Sed & hic quoque danda exceptio in exiguis quibusdam Eclipsibus; nam in defectione Solari an. 1743, d. 17 Octobris, quæ in Terris nusquam pervenit ad integrum digitum, prima phasis *Ocidente Sole* fuit Borealior, & Occidentalior in Oceano Septentrionali; ultima phasis pariter in Solis Occasu fuit Australior, & Occidentalior circa Scythiam minorem, & Bulgariam; Luna enim ad Nodium Descendentem tendebat in Austrum. Viceversa, an. 1747, in Eclipsi Solaris, d. 10 Martii ad Nodium Ascendentem tendet in Boream, quando prima phasis erit Australior, & Orientalior in Asia minori *Oiente Sole*; ultima phasis Borealior, & Occidentalior.

cidentalior in Oceano Septentrionali, pariter in ortu Solis, ut videre est in Typo illius anni Cl. Eustachii Manfredi, qui lib. I, Introduc^t. n. LV, declaravit se per illas voces *Sole Orienti, aut Occidente*, intelligere de ipso Solaris *centris* ortu, vel occasu, ad ostendendos Solaris Eclip^sis limites, non de eâ Disci portione, quz deliquio afficitur, quzque adhuc latere potest sub Horizonte. Ubi Sol occidens incipiatur deficere ex inferiori, & Occidentali sui parte, vel oriens definat deficere ex inferiori, & Orientali sui parte, innuit Keplerus in Rudolphinis Pr^zc. 165, pag. 106. Alia de varietate Loci ex parallaxi Latitudinis vide in fine Capitis VII.

§. XX. *Cur apparens arcus penumbræ Lunaris aliquando excedat quadrantem circuli maximi in superficie Terrestri; quanta sit diameter umbre meræ Lunaris in eadem superficie. In quo loco Eclipsis Solis duret totam diem, Lunaris totam noctem. Cur Lunaris penumbra non sit infinita. Quid sit inclinatio, & plaga Eclipsis.*

Quares 1.^o An amplitudo, sive *Arcus penumbræ Lunaris* aliquando excedat quadrantem Circuli maximi in superficie Terrestri, & quznam sit maxima ejus quantitas. Declara-

V. Fig. 35. & 38, TAB. XV. tur: Sit in Fig. 35, Tab. XV. Sol S, Luna L, Arcus umbræ meræ in superficie Terrestri erit a. m. Arcus penumbræ a. u. m. p., qui in opticâ projectione evadit diameter Coni penumbrosi a. l. p. quem faciunt radii procedentes a limbo Solari, ut ex B. V., & perstringentes hinc inde globum Lunæ: Dico: Diametrum, sive Arcum penumbræ Lunaris, in Telluris superficiem projectz, aliquando superare quadrantem circuli maximi: cùm pervenire possit ad grad.

98, vel 99, numquam verò 100 excedere: quod sic ostenditur. In Fig. 38, inferiùs explicandâ, invenitur semidiameter Disci Terrestris 54', 20'', semidiameter penumbræ 30', 59'', adeoque tota ejus diameter 61', 58''. Si ergo axis penumbræ ita obliquè caderet in Discum Terrestrem, ut una penumbræ extremitas tangeret punctum B, seu Polum Borealem, altera extremitas, in meridiano Disci transeunte per centrum ejusdem, & penumbræ, appareret ex Lunâ ultra punctum M, versus Austrum septem ex dictis minutis cum dimidio, quz hic zquivalent octo circiter gradibus trans Äquatorem. Igitur datur casus in quo diameter, vel ar-

cus

quæ penumbræ excedit quadrantem Circuli maximi Terræ: Consequenter duo Spectatores, qui invicem differant in latitudine ultra 90 grad., eodem momento temporis videre possunt aliquam particulam Solis deficientis ad contrarias partes, quia non sunt constituti extra totum arcum Penumbrae. Idem dic de alio casu, in quo una extremitas penumbræ intra Discum tangeret punctum Δ in Aequatore, v. g. in primo Meridiano, altera extremitas esset ultra M in Meridiano 98, adeoque duo Spectatores, qui invicem differant in Longitudine non plus gr. 98, possunt simul intra penumbrae comprehendendi. Maximè favorabilis evaderet alteruter casus, si retenta Lunâ Apogea Sol esset Perigeus, quando diameter penumbræ foret 62', 30"; adeoque excessus supra semidiametrum Disci esset 8', 10". Proinde Maxima quantitas Arcus penumbrae statui potest grad. circiter 99 Circuli maximi in Terrestri superficie: Ut mirum non sicut nunquam auditum fuisse duo eodem momento vidisse aliquam partem Eclipsis Solaris, qui invicem distarent ultra 100 grad. sive in Longitudine, sive in Latitudine. Sed urgat non levis difficultas ab auctoritate, & Geometricâ demonstratione Clarissimorum Virorum (a), qui arcum maximum Penumbrae in Eclipsibus Solaribus definiunt gr. 71 sex., scilicet Verum vero non pugnat. Nos loquimur inspiciendo plures, & diversos casus; illi loquebantur de casu, in quo axis penumbræ rectâ caderet in Discum Terrestrem, & centrum istius coiret cum centro Penumbrae. Nam in eadem Fig. 38, cum centrum Penumbrae V, pervenerit ad centrum Disci M, coibunt centra utriusque, & extremitates Penumbrae, quæ ex Lunâ conspectâ superabant radium Disci septem vel octo minutis, distabunt invicem ultra Puncta s S . Atqui puncta s S ex constructione distant invicem intervallo radii, sive semidiametri Disci, quæ in hac projectione Orthographicâ non occupat grad. 90 in Aequatore, aut Meridiano BA, sed tantum 60 grad., (v. g. in Aequatore 30 ad Occasum in hora 22, & 30 ad Ortum in hora 2) ergo habitâ ratione illius excessus, & curvitate Globi jam

H

incipit

(a) 71', 32" Ricciel Alm. L. V. cap. 12, pag. 340, & 341.

71' circiter, Tacquet. L. IV. n. XLVII.

70', 50" Keill. Præl. Astron. Lect. XII, p. 139.

incipientis se prodere, laudati Auctores optimè statuunt **A.**
cum maximum Penumbræ prædictæ non occupate nisi 71 gr.
circiter in circulo maximo Terrestri, quando nimirūm axis
Penumbræ rectâ cadat in Discum; Quod autem præclarî illi
Viri, neque in aliis casibus nobis repugnant, ostenditur præ-
terea ex iisdem: siquidem ex datis a Ricciolio eruitur dia-
meter penumbræ Lunaris aliquando major toto radio Di-
sci Terrestris: Nam Luna, & Sole perigeis diameter penum-
brae est illi 67
Lunâ Perigeâ radius Disci 63, 45"
Item Diameter penumbræ Lunâ, & Sole Apo-
geis, est illi 58, 54

Lunâ Apogeâ Semidiameter Disci 53, 20

Hinc re ipsa, non posuimus contraria Majoribus funda-
 menta, sed veritas occulta, etiam in eorum principiis late-
 bat: quemadmodum & nostro saeculo multæ veritatis la-
 tent a Posteris revelandæ.

Quæres 2.^o *Quantus sit arcus umbra mera maximus.* **R.**
Arcus umbra mera s. m. in eadem Fig. 35, non excedit
 tres gradus; nam si axis coni umbræ Lunaris (productus
 intelligatur, si opus sit) transeat per centrum Terræ, ejus
 sectio in superficie Terrestri, visa ex Lunâ, erit quasi re-
 ña, adedque similis circulo (in aliquibus casibus, in qui-
 bus axis obliquè incidat in superficiem Terræ, ejus sectio
 degenerabit in Ellipsem) cuius diameter s. m. quando est
 maxima occupat tres circiter gradus circuli maximi Ter-
 restris. Id multipliciter erui potest. Nos sic ratiocina-
 mur: quoniam umbra mera in Terrestri superficie oritur ab
 apparenti excessu diametri Lunaris supra diametrum Sola-
 rem, illius umbræ diameter, ubi appareat tanquam circu-
 lus in Tellure, nequit ex Lunâ videri major, quam videa-
 tur ex Terris prædictus excessus (est enim eadem distan-
 tia, & Luna est minor Sole) atqui maximus excessus dia-
 metri Lunæ perigez supra diametrum Solis apogei est cir-
 citer 2', 30"; nam juxta Tabulas Cassianas est 2', 2", in
 vertice 2', 38", juxta Hirianas 1', 52" ubi Luna sit in lo-
 ci vertice 2', 27"; ergo etiam diameter umbræ meræ,
 quando rectè cadit in superficiem Terræ, quasi in formam
 circuli, visa ex Luna est circiter 2', 30". Jam vero quia
peri-

peripheriae circulorum sunt ut diametri, si tunc Luna distaret ab oculo nostro 60 semidiametris Terrestribus, illa minuta $2\frac{1}{2}$ in orbita Lunari essent in superficie Terrestri sexagies majora, adeoque aequivalerent gr. $2\frac{1}{2}$; sed quia a Lunâ Perigeâ ad oculum nostrum non sunt nisi 55 semidiametri Terrestres; idcirco umbrosus Lunæ conus secatur in parte crassiori; perinde ac si objectum, sive umbrae merae basis admota esset oculo unâ parte duodecimâ suae distantiae, adeoque etiam apparentia objecti augeri debet parte sui $\frac{1}{2}$: imo re ipsa aliquanto minore, quia ad securius excludendam majorem umbræ circularis expansionem, assumpsimus excessum apparentis diametri Lunaris supra solarem, majorem omni observatione antehac peractâ, exhibito calculo Hiraeano pro Zonâ Torrida; si autem addantur minuta $12\frac{1}{2}$ quae sunt $\frac{1}{2}$ praedicti arcus, habebimus arcum grad. 2, min. $42\frac{1}{2}$ circuli maximi, hoc est millaria Geographica $162\frac{1}{2}$, vel ad summum 170, ex numeris Caffin. Lunæ in vertice; ergo diameter umbrae merae non subtendit arcum majorem in circulo maximo circumferentiae Terrestris Ricciolas juxta sua principia (^a) existimavit ab umbra mera occupari posse in superficie Terrestri Sole Apogeo, Lunâ Perigeâ gr. 3, min. $31\frac{1}{2}$; sed recentiores, qui (^b) diametrum umbrae merae Geometricè inquirunt, etiam attento semiangulo coni Lunaris umbrosi, qui ferè qualis est apparenti Solis semidiametro, concludunt diametrum umbrae merae, cùm maxima est, & circularis, esse gr. 2, 38°.

Quaeres 3.º Locum, ubi Solis Eclipsis duret totam diem, vel deliquiam Lunare totam noctem. Rx. ponamus peri aequivalenter ubi arcus diurnus in primo casu sit minor tribus horis; arcus nocturnus in secundo casu non sit major quatuor horis; hic locus, etsi multiplex sit pro vario anni tempore, praecipue comparet pro-

H 2 pè

(^a) Ricciol. Almag. L. V, cap. 9, p. 201.
(^b) V. Keill Lect. XII, pag. 137.

pè alterutrum circulum Polarem; prior quidem ad altitudinem poli gr. $66 \frac{1}{2}$ Sole existente in gradu 20 Capricorni respectu Borealium; posterior vero in eadem latitudine, quando Sol existit in gradu 28 Canceris, & Luna in opposito gradu 28 Capricorni.

V. Fig. 35. Quaeritur 4.^o; quare Lunaris penumbra, quae propagatur per radios divergentes Ia, b p. (V. Fig. 35.) TAB. XV. non extendatur ad infinitum spatiam. R. Quia quantum magis oculus recederet a Luna & in partem Soli oppositam, eo minor ejus diameter appareret, donec ulterius recedendo sub angulo insensibili, recederetur instar puncti, & tunc omnino evanesceret.

Quaeres 5.^o Quinam sit casus exceptionis, ac rarus, in quo Lunaris defectio, quae plerisque est tota, aliquibus appareat partialis, ut notaverat Wendelinus, P. Casatus, & alii. R. Potest limbus Lunae extra umbram, & angulus contactus esse versus Australium, qui tamen lateat in Italia, vel regionibus Borealioribus; sed parvum discriminem vix est sensibile, idcirco non curatur.

Quaeres 6.^o quid sit flexus tenebrarum, sive obscurationis, vel inclinatio Eclipsis, & plaga ejusdem. R. Inclinatio Eclipsis est angulus Eclipticae, & arcus (in Orthographicâ projectione lineae rectæ) transversus per centra corporis Cœlestis obscurantis, & obscurati. Plaga autem & respectus Eclipsis dici solet oppositum horizontis punctum, in quod cadit arcus vel linea transiens per praedicta centra planetæ vel umbræ obscurantis & corporis obscurati, vel in medio, vel in fine, sed præcipue initio defectionis. Proinde si v. g. deliquium Lunæ incipiat circa oceasum Äquinoctialem cum parvâ latitudine Boreali, ejus plaga erit ad ortum Äquinoctialem cum parvâ latitudine Australi. Viceversa, finis in ortu, plaga quam respicit, erit in occasu. Vide Fig. XXIX, &c. Non omittenda Adjacentia, præsertim in phasis circa horizontem, ubi denominatio respectus aliquando petitur a loco proximo, aut a venti adjacentis plagâ. CAR.

C A P U T VII.

www.libtoch.com.cn
Ordo Temporis Eclipsum.

§. XXI.

OBSERVATIONES SEPTIMÆ.

Obseruatum est primò Luminarium defectus non quam fieri, nisi in aliquâ Syzygiâ, non tamen in omnibus, & Solarem quidem in Novilunio, Lunarem in Plenilunio. 2.º Solarem contingere in apparen-
ti conjunctione cum Lunâ, Lunarem in verâ oppositio-
ne cum Sole, licet momentum mediae Eclipsis non sem-
per sit momentum veræ oppositionis. 3.º Solarem defec-
tum videri interdia, Lunarem noctu, quamvis aliquan-
do conspectum sit uerumque Luminare supra horizontem,
ne notatum est in observationibus Locis. 4.º Sol aliquot
minutis secundis horariis ante apparentem Lunae conta-
ctum incipit pallescere; in Lunâ, et si penumbra non faci-
lè distinguitur, tamen aliquando banc ad integrum ferè
boræ quadrantem excurrere; nam Ill. Praesul Franci-
scus Blanchinus Romæ an. 1708, d. 29 Septembri Lu-
næ lumen cœpisse debilitari jam ab aliquot minutis, no-
teavit b. 8, 32'; initium Eclipsis, siue umbram veram
b. 8, 47'. Academicci Pekinenses in deliquio Januarii
1740 viderunt penumbram tenuem initio boræ quartæ
post medianam noctem; densiorem bor. 4, 8'; initium Ecli-
psis bor. 4, 13'. Contrario ordine nos animadvertisimus
Senis in fine deliquii die 2 Novembris 1743, b. 5, 42'
25", quando umbras successit penumbra sensim dilutior,
donec post boræ ferè quadrantem evanesceret. In His-
toriâ Cœlesti D. Du Monnier dicetur in specula Parisiensi
R. S. Ac. an. 1682, die 18 Augusti obseruatum initium
penumbrae bor. 3, 50'; principium Eclipsis b. 4, 26', 30".
5.º Varium deprehensum est tempus immersionis, accu-
quam.

quam totum Luminare deficiat. An. 1724, die 22 Maji ab initio Eclipcis ad totalem Solis obdictionem elapsa sunt minuta horaria 53 $\frac{3}{4}$ ^(a). Anno 1740 ab initio deliquii ad totalem Luna immersionem in umbram Terra b. 1, 4' 15". 6.^o Mora in obscuratione pariter varia; Sol, respectu determinati loci Terrestris, aliquando moratus est in totali obscuratione ad tria minuta temporis. An. 1706 in Eclipsi 22 Maji Arelate, ubi Eclipsi fuit centralis, totus Sol obtektus per quinque (b) minuta horaria. Viceversa, Luna in deliquio diei 13 Februarii 1742 manse in totali obscuratione b. 1, min. 44' 51". 7.^o Egressus ab umbra, idest ab initio emersionis, ad finem ejusdem deliquii, ex observatione Bononiensi, hor. 1, 1' 48". Neque enim tempus emersionis aequalis semper est temporis immersionis; similiter Tycho in Episola ad Rothmannum testatur se reperiisse tempus inaequale ab initio deliquii Lunaris ad maximam obscurationis quantitatem aliquando diurnius 4' min. horariis, quam a tali medio ad finem. 8.^o Duratio totius Eclipsis ab initio ad finem similiter varia: Solaris diei 12 Maji an. 1706, Bononia, observante Manfredio, fuit horar. 2, 23' 40". Eadem respectu Globi Terrestris longè diurnior: Lunaris diei 13 Januarii 1740, hor. 3, 56' 16", adeoque aliquando ad quatuor ferè horas perdurat. 9.^o In Eclipibus Solis partialibus indicium summa obscurationis adventantis est major incrementi obscurationis retardatio, & quadam veluti mora, ut aliud notatum, antequam incipiat decrescere. D. Vulzelbaur ^(c) in Eclipsi Solari an. 1699, d. 23 Septembris, Norimberga summam obscurationem confidere vidit dig. X, 45', ab hora 10, 17' 54", usque ad horam 10, 22' 29". 10.^o Durante Eclipsi semidiamaeter Luna apparuit crescere a 15' 30" ad 16' 5'. E contrario Ill. Blanchinus (Vide Fig. 39, Tab. XV) circa medium Eclipsem Solarem partialel notavit Luna diametrum minorem, quam initio, & fine, ut contingere

V. Fig. 39.
TAB. XV.

(a) V. Histoir. & Memoir. R. S. | (b) Ibid. Histoir. & Mem. an. 1724.
Ac. Paris. an. 1724. | (c) Act. Erud. Lips. an. 1699, p. 544.

*re soles in totalibus Luna deliquis. Merentur etiam
observari singularia quadam in Eclipsibus matutinis, ac
vespertinis sub Solis ortum, vel occasum.*

INTERPRETATIO SEPTIMA.

Prædicta temporum varietas in Luminarium Defectibus notata suas servat Leges.

S. XXII. Cur non in omni Syzygia contingat Eclipsis; cur Solaris non fiat nisi in Novilunio, sive in apparente Conjunctione, atque interdiu; Lunaris non nisi in Plenilunio, seu vera oppositione, & noctu; cur momentum medis deliquis non semper sit momentum veræ oppositionis. Paradoxum Solis deficientis, quando totus est infra Horizontem, & Lunæ visæ deficere, quando Sol est supra Horizontem; cur ante initium, & post finem Eclipsis pallor in Sole tam brevis, in Lund aliquando ultra boreæ quadrantem. Tempora immersionis, & emersionis non semper equalia. Scrupuli incidentiæ quid. Mora Luminarium in totali obscuratione, & centri Penumbrae in superficie Terrestri. Duratio maxima defectus Solaris, & Lunaris. Mora seu retardatio circa summam Obscurationem in Eclipsi Solis partiæ. Tempora plenum ignota ex iam notis deducenda. Variatio apparentis diametri tempore Eclipsium.

Nihil enim sit sine causâ; ergo & ipsa temporum varietas observata in Eclipsibus suam habet Legem constantem, ac ratam; nam 1.º Nisi visa distantia Luminarium sit minor aggregato semidiametrorum utriusque, Sol non apparebit deficere: id autem non potest contingere nisi circa conjunctionem, seu Novilunium: similiter Luna non deficiet, nisi ejus distantia ab axe Umbræ Terrestris sit minor aggregato semidiametri ipsius Lunæ, & umbræ, quod non potest contingere nisi circa oppositionem, seu plenilunium; eò quod

quodd umbra Telluris semper projiciatur in partem oppositam Soli; ergo defectus non eveniunt nisi in ~~www.aliqua.co.Syzygia~~. Quia verò Lunæ Orbita non coincidit cum piano Eclipticæ (in quo casu in omni Syzygia esse defectio alterutrius Luminaris) sed declinet gr. 5, r. 30" (in aliquibus quadratis aspectibus gr. 5, 17') sspè sit ut in apparenti conjunctione major sit latitudo Lunæ, sive ejus centri distantia ab Ecliptica, quām aggregatum semidiametri Disci (seu parallaxis horizontalis Lunæ) & penumbræ, sive Luminarium; ergo tunc non potest in Terris Sol videri deficiens: similiter in oppositione sspè contingit, ut major sit latitudo Lunæ, quām aggregatum semidiametrorum ipsius Lunæ, & umbræ Terrestris, ubi hæc ab illa secatur; ergo neque in omni plenilunio dari debet deliquium Lunare: adeoque *non in omni Syzygia continunt Luminarium Eclipses*, consequenter satisfactum est primæ Observationi.

2.º Cùm refractio attollat, & parallaxis deprimat locum planetæ, fieri potest, ut ratione hujus apparentiæ, Luna, spectata ex centro Terræ, videatur coire cum centro Solis, in quo casu esset Eclipsis Solis centralis, sed locus ejus visus ex Italia cadat extra Discum Solis, adeoque tali spectatori Sol non potest videri deficiens, eò quodd Solaris defectio sit merè apprens occultatio Principis Planetarum per intermedium corpus Lunare. Viceversâ, in deliquio Lunari, cùm hoc sit vera privatio luminis primarii in Lunâ, ortâ ex interpositione Telluris, ea privatio est absoluta, & consequenter defectio Solis videri debet in apparenti cum Luna conjunctione; Deliquium Lunare (in prædicto sensu independens a parallaxi, & refractione) videri debet in verò Lunæ oppositione cum Sole, quæ erat secunda Observatio. Idè autem momentum medie Eclipsis non semper est momentum veræ oppositionis, tum quodd centrum Lunæ plerumque secat obliquè conum umbræ Terrestris, & dividit inæqualiter; tum quia, non

non semper oppositio fit in Nodo, aut in perigeo, vel apogeo. Cùm ergo plerumque in principio, & fine Æclipsis habeat Luna distantiam inæqualem a predictis punctis, habet etiam motum inæqualem (hæc ratio solvit quintam, & septimam observationem, cur tempora *immersionis*, & *emersionis* sint ut plutimum nonnihil *inæqualia*): maximum discrimen intermedium deliquii Lunaris, & oppositionem in Tabula Cassinianâ XXVIII, est min. 6' 25", quæ differentia addi debet, quando apparens Orbitæ inclinatio est versus Ortum; subtrahenda, quando eadem est versus occasum, converso arcu in tempus.

3.^o Defectio Solaris videri non potest, nisi appareat aliqua Solis portio supra horizontem: sed quando appareat aliqua Solis portio supra horizontem, vulgo dicitur dies; ergo defectio *Solis* videri non potest *in sensu vulgi* nisi *interdiu*. Quia verò in plenilunio oriente Lunâ occidit Sol, idcirò deliquium Lunare videri non solet nisi *noctu*, quod erat tertium phænomenon. Fieri tamen potest, ut appareat Sol saltem ex parte deficiens, quando ejus centrum adhuc latet infra horizontem. Addo paradoxum: contingere potest, ut totus Sol appareat deficere, quando neque ejus centrum, neque ulla Solis portio est supra horizontem, adedque Astronomicè adhuc est nox. Ratio est, quia refractio horizontalis perspèctiva est major 32'; adedque est major tota diametro Solis, saltem apogei: aliunde parallaxis Solaris non excedit 15" secund.; ergo si Sol apogeus patiatur Eclipsum, potest totus Astronomicè esse infra horizontem, & vi refractionis attollì apparenter ad oculum spectatoris in Eclipsi totali, radiorum coronâ indicante apparentem ejus locum. Quod si contingat Plenilunium eclipticum in aliquo horizonte, occidet Sol oriente Lunâ, orietur Sol occidente Luna in opposito gradu Zodiaci; ergo semidiameter superior utriusque Luminaris per se videri potest supra horizontem. Difficultas est, quomodo utri-

usque semidiameter inferior possit tunc apparere: nam
 in Cassinianis Tabulis semidiameter Solis apogei poni-
 tur $15^{\circ} 48''$, semidiameter Lunæ Apogeæ in Syzygiis
 $14^{\circ} 45''$, aggregatum utriusque $30^{\circ} 33''$, quibus accedit
 minima horizontalis parallaxis Lunæ in Syzygiis 54°
 $33''$, additis aliis $12''$ pro Solis parallaxi, ut summa
 tota sit saltem minutorum $85^{\circ} 18''$. Communis solutio
 est per recursum ad refractionem tum Solis ex unâ
 parte, tum Lunæ ex aliâ parte horizontis; sed hæc duo
 elementa non sufficiunt; refractione enim horizontalis
 siderum est Cassino $32^{\circ} 20''$. *Nevvavoso* in aëre magis
 vaporoso $32^{\circ} 45''$, ergo hujus duplum non est majus
 $67^{\circ} 30''$, & adhuc multum deficit ad summam contra-
 riæ vincendam. Alii configiunt ad extraordinarios
 vapores; sed neque hi augere possunt solitam refra-
 ctionem min. 18 . Video nonnihil conferre posse ali-
 quam Lunæ latitudinem tempore oppositionis, at in-
 deliquio totali latitudo Lunæ est valde exigua (etiam si
 ponatur contraria declinationi Solis, ut altera sit Bo-
 realis, si altera sit Australis) nec multum tunc variaat
 Ascensionem Rectam. Crediderim ergo, ut appareat
 totus globus utriusque Luminaris in oppositione Ecli-
 ptica duplici refractioni addendum tertium elementum,
 nempe distantiam Lunæ a verâ oppositione: deliquum
 enim Lunæ, etiam totale, incipere potest in distantia
 dimidii gradus a verâ oppositione (ut necesse non sit
 expectare minimas Luminarium semidiametros in apo-
 geo) sic enim summa minutorum reperta pro visione
 memorati phænomeni superat gradum cum dimidio,
 adeoque vincit summam contrariam conflatam ex semi-
 diametris inferioribus, & parallaxi, quæ deprimit lo-
 cum apparentem. Celebre est *Marii Bettini* Parado-
 xum (^a) de eodem Lunari deliquio, quod eodem tem-
 pore conspiciatur ab oppositis in eodem parallelo ha-
 bitantibus, & simul appareat supra utrorumque hori-
 zontem, adeoque supra, & infra eundem Horizon-
 tem

(a) *Bettini* Apic. VIII. Prog. II, prop. IX.

tem eodem momento propter refractiones, præter loca intermedia, quibus apparet independenter a refractionibus. www.libtool.com.cn

4.^o Si Luna haberet atmosphoram sensibilem, hæc afferri posset pro causa *palloris Solaris* ante Solis deflectionem; sed cum communiter negetur, recurrendum ad inflexionem plurium radiorum, qui in viciniâ corporis Lunaris a suo recto tramite aliò abrepti ad oculum non pervenient; sed quia hæc vicinia non datur, nisi quando imminent Solis defectio, idcirco pallor ille ad aliquot minuta secunda temporis extenditur. Viceversa, *penumbra* in Lunâ duplex distinguitur; alia orta ex radiis Solaribus in atmosphra Terrestri refractis, & hujus projectio in Lunam minor censetur arcu unius minutus, aliquibus vix 20'; alia orta ex quantitate diametri Solaris ab interpositione Telluris intercepta: diameter autem Solaris ex Lunâ sub eodem ferè angulo videtur, ac videatur ex Terris. Quia verò Luna distat a Terris 60 semidiametris Terrestr., Sol non minus 12000, huic distantiz, in oppositione vix additur pars $\frac{1}{12}$: sicut ergo in Terris distinguimus penumbram per digitos Solares interceptos; ita si oculus noster esset in Lunâ, videret sensim plures Solis digitos, & minuta obscurari, donec totus Sol obtegeretur; & tunc inciperet umbra vera, quod in Terris vocamus initium deliquii Lunaris, nil curantes de hac secundâ ejus penumbrâ, quam aliqui vocant *umbraginem*. Nec mirum est, quod penumbra notata sit per horæ ferè quadrantem, quando ex Lunâ visa esset longè diuturnior, quia scilicet in Terris non est sensibile, quod Luna non videat unum, vel alterum Solis digitum. Quemadmodum si quis ex Insulâ medii sinus in Lunâ aspiceret Tellurem, non discerneret istius Eclipsum partiale unius, vel alterius digitii propter eamdem rationem.

Ratio 5.^o & 7.^o Observationis est, quia cum semidiameter Luminarium occupet dimidium gradus,

& horarius Lunæ motus a Sole sit ferè per semigradum, integrum circiter horam insumit aliquando in immersione, & tantumdem in emersione. Ratio autem cur aliquando sit inæqualis *duratio immersionis* in umbram, & *emersionis* ex umbrâ, redditâ est in explicazione secundæ observationis. Multò verò magis obliquus solet esse apparens Lunæ transitus sub Sole, præsertim circa horizontem, ubi magis variat Lunaris parallaxis; ergo inæqualitas immersionis, & emersionis debet esse magis sensibilis in defectibus Solis, potissimum circa horizontem, & in majori a nobis distantiâ. Arcus Orbitæ Lunaris, quem Lunæ centrum superando motum Solis ab initio Eclipsis, sive post contactum umbrae usque ad totalem immersionem in umbram Terrestrem, dabit *scrupula incidentia*. Arcus Orbitæ Lunaris, quem Lunæ centrum percurrit ab initio emersionis ex umbra Terræ usque ad finem Eclipsis, dabit *Scrupula Emersionis*, sive *Repletionis*. Arcus *dimidia Mora* in totali obscuratione est arcus orbitæ, seu viæ Lunaris, quem Lunæ centrum percurrit ab initio totalis obscurationis usque ad medium Eclipsis, sive a media Eclipsi usque ad finem illius. Arcus *Dimidia Durationis* totius Eclipsis est arcus ejusdem Orbitæ, quem Lunæ centrum percurrit ab initio Eclipsis ad ejus medium, ut in Fig. 43 *I m*, vel a medio usque ad finem ut *m F*, ubi arcus inter centra, seu distantia minima viæ Lunaris a centro umbræ C est *m*, *C*.

Vide Fig. XXIX. TAB. XXIX, coincidunt scrupula incidentia, & arcus dimidiæ durationis. Èadem servata proportione intelliguntur in defectu Solari, præsertim quando consideratur ut Eclipsis Telluris.

6.º *Mora Solis in totali obdutione*, respectu aliquius determinati loci, debet esse brevissima, quantum sufficit, ut per recessum Lunæ a Sole vincatur excessus apparentis diametri Lunaris supra apparentem diametrum Solarem; excessum autem diametri Lunæ perigee supra

supra diametrum Solis apogei, quando est maximus in Syzygiis, adinvenimus $2\frac{1}{2}$ minutorum gradus; cum ergo $30'$ ferè min. gradus sit horarius motus Lunæ a Sole, sive $90'$ min. temporis arcum non majorem $2\frac{1}{2}$ min. superabit spatio non majore $5'$ min. temporis: & quia excessus diametri Lunaris supra Solarem in defec-
^{www.libtool.com.cn}
 tu Solis 1724, erat $2', 17''$, idcirque illum vincere debuit minutis horariis $4', 34''$, adeoque mora Solis maxima in totali occultatione absolvitur intra $5'$ minuta horaria, ut ferebat observatio respectu unius determinati loci, cui defectus Solis sit centralis. Consequenter falsum est, quod Solis mora in suâ totali occultatione, maximè diurna, sit trium tantum minutorum, ut aliqui tradiderunt. Veritati propius accessit Keill (^a), qui quatuor circiter horariis minutis primis definivit, & eò amplius in aliquo loco, qui in eamdem partem moveri concipiatur. Ex eodem principio, quod motus horarius Lunæ a Sole sit unius circiter semigradus, sequitur, quod *mora Luna in totali obscuratione* (donec aliqua ex parte incipiat emergere ex cono umbræ Terrestris) possit aliquando extendi penè ad duas horas; tum autem deliquum est centrale, & excessus semidiametri umbræ Terrestris supra semidiametrum Lunæ occupat pariter semigradum; si Sol sit apogeus erit amplior conus umbræ Terrestris: si Luna apogea habebit minorem apparentem diametrum, & motum tardiorem. In eo casu diameter coni umbræ Terrestris occupat minuta $94'$, Lunaris $29\frac{1}{2}'$, unde ad superanda reliqua 64 insumuntur ferè duæ horæ, adeoque concordat *Sexta Observatio*. De *Septima* dictum paulò ante.

8.^o *Maxima totius defectus Solaris duratio in aliquo determinato loco potest esse quatuor horarum Lunæ Apogæa.* Ponamus enim Luminaria simul cum Nodo Ascendente conjuncta initio Libræ, & Solem pati Eclipsum centralem annularem a Lunæ Apogæa in ipsa meri-

(a) *Keill A. Let. XIII, pag. 152.*

meridie respectu loci Terrestris, cuius vertici immineat: si fiat constructio Typi juxta Recentiorum methodum infra explicandam Investig. III, §. XII, semidiameter Disci e Cassinianis Tabb. foret $54^{\circ} 23''$ (dicamus $54^{\circ} 20'' \frac{1}{2}$, quia nobis Solis parallaxis non minor $12'' \frac{1}{2}$). Motus horarius Lunæ a Sole $54^{\circ} 10''$. Radius penumbræ æqualis aggregato semidiametrorum Solis, & Lunæ in vertice $30'$, $59''$ ^(a): poli Mundi A,

Vide Fig. 38.
TAB. XV.

B (Vide Fig. 38) in horizonte. Äquator $\mathcal{E} R$, ad quem si ex quindenis quibusque gradibus peripheriaz demittantur perpendiculares, quoniam hæc est projectio sphæræ rectæ, designabunt totidem puncta, in quibus Äquator secatur a circulis horariis. Horæ matutinæ ad occasum \mathcal{E} ; horæ pomeridianæ ad ortum R . Via Lunæ visa VL, quæ in centro Disci faciet cum Äquatore angulum gr. 18 circiter. Quia vero radius Disci inventus est duplus motus horarii, semita Lunaris, sive centrum penumbræ attinget Discum in L, duabus horis ante veram conjunctionem, idest hor. XXII, & Discum deseret in C, duabus horis post veram conjunctionem. Diducto Circino capiatur in partibus æqualibus radius penumbræ $30'$, $59''$; tum positiæ alterâ cuspide in semitâ lunari, altera circumducatur versus æquatorem, invenientur prima puncta Isochrona in utraque lineâ paulò ante hor. 22, loci predicti mane; & ultima, quæ utrobique eandem indicent horam vespere paulò post horam secundam. Quod etiam eruitur ex eo, quod in punctis illarum horarum distantia centrorum Solis, & Lunæ sit paulò minor, quam summa semidiametrorum; quod indicat mane deflectionem inchoatam, vespere nondum omnino absolutam; nam si centro S, radio $16'$, $1''$, ducatur circulus, hic repræsentabit Solem, & non nihil

(a) Semidiameter Solis initio Libræ m. $16' 1''$
Luna Apogea in vertice $14 58$

hil perstringet alium circulum repræsentantem Lunam, descriptum ex centro *L* cum radio partium 14', 58'', quanta erat ~~wWW.DLIP.EDU.CN~~ semidiameter Lunæ; ergo, initium Eclipsis in dato loco sub æquatore erit paulò antequam semita lunaris mane ad occasum attingat Discum hor. XXII, & paulò postquam eadem semita ad ortum deserat Discum hor. II vespertin. Atqui hoc intervallo est quatuor horarum, ergo Eclipsis duratio in loco supradicto, excedet 4 horas. Ex quo infero etiam hoc paradoxum, quod Eclipsis centralis in loco determinato sit aliquando paulò diurnior, quam mora centri penumbra in toto Disco Terrestri, quæ in prædicto casu est 4 horarum. Dixi quam mora centri penumbra in Disco; nam si ex utraque parte semitez Lunari addatur radius penumbræ, ut ab occasu *V*, *L* (ab ortu *C*, *P*) invenietur semiduratio totius Deliquii in Disco ultra tres horas excurrere, & consequenter tota duratio ultra hor. 6, de quo paulò post. Prædictus casus Solis in Librâ non est omnium maximè favorabilis, quia ceteris paribus, si Sol esset perigeus, Luna tardius expediret se ab ejus majore diametro appartenenti. Posuimus Lunam Apogeam, quia deflectionis Solaris diurnitas maximè pendet ex motu Lunæ a Sole, quem habet longè tardiorem, quando est apogea; longè velociorem, quando est perigea cum majore velocitatis incremento, quam sit apparens suz Diametri augmentum. Hinc falsum est quod legitur apud Nobiles Astronomos (^a) durationem maximam Solaris defectus in eadem regione haberí, Sole apogeo, Lunæ perigeâ. licet enim tunc diameter Solis sit minor, Lunæ vero major; tamen longè magis acceleratur Lunæ motus, quam augeatur ejus diameter; ergo, citius se subtrahet. Quando autem iidem Auctores ajunt esse tria circiter horarum, sive hor. 3, 8', credibile est loqui de aliquo casu in nostris regionibus de facto obser-

(a) Ricciol. L. V, Almag. c. XI, & cap. XVI.
Tacquet Astron. L. IV, n. LVII, & LXI.

servato, in quibus communiter Solis defectio non excedit tres circiter horas.

www.libtoch.com In *Lunaribus* si conjugantur duæ horæ totalis obscurationis cum aliâ præcedentis immersionis, & aliâ sequentis emersionis, jam habentur quatuor circiter horæ deliquii diuturnioris respectu totius hemisphærii, & eò amplius, cui est visibilis. *Duratio ergo diuturnioris deliquii Lunaris* debuit esse 4 circiter horar., quod erat *Ostavum phænomenon.*

Ratio *Noni* phænomeni est obvia in omni transitu ab uno contrario ad aliud, v. g. in ascensu, & descensu lapidum, qui circa parabolæ verticem apparet non-nihil consistere, propter maximè retardatam ascensionem, antequam incipiat descensio. Idem D. Warzelbaur in Fig. Phasium illius Solaris defectus d. 23 Septembris 1699, dicit curvam regularēm per umbilicum singularium phasium, non absimilem ei, quam habet P. Simonelli in suae Constructionis Fig. XX. Ad deducenda tempora phasium ignota ex jam notis, duci poterat linea non solūm per semitam alterius Luninarii, sed etiam per vertices, aut per infimam partem singularium phasium, quae ordinantur in curvâ regulari (idem in Lunâ videbitur Investig. III, n. XV ab alio propositum suâ ingeniosâ methodo) parvus autem arcus curvae facilè dividetur in minuta horaria, proportione habitâ ad tempora phasium observata, & ad motum Lunæ a Sole, atque ita invenientur tempora phasium non observata.

10.^o Quod autem *Luna durante Eclipse augeat apparentem diametrum* oriri potest ex dupli capite, vel quia descendat ad Perigeum, vel potius, quia magis accedat ad nostrum verticem, ubi nobis est proxima. Potest etiam contingere, ut Lunæ diameter, durante Solari defectu, videatur imminui, vel quia interim descendat ad Apogeum, qui motus tam brevi tempore vix potest esse sensibilis, vel potius quia descendat versus Horizontem, & fiat remotior a spectatore. Quod autem

autem aliquando Lunæ diameter apparuerit *minor in media Eclipsei Solari*, quām initio & fine, si observatio supponatur accurata, potest oriri ex eo, quia tunc magis cingi appareat a radiis Solis illustrantibus, aliquid ultra hemisphærium. In totali deliquio Luna*ri* diameter Lunæ apparet minor quām extra Eclipsei, quia fulgor Luminis primarii, & vividi ampliat pupillam, ac pingit majorem imaginem, quām pingatur a lumine secundario languido, & ferrugineo.

§. XXIII. Durationem Eclipseis Solaris maxime diurnam respectu totius Telluris posse dari majorem sex horis. Mira velocitas umbræ Lunarum in superficie Terræ, ejusque comparatio cum globo explosò e Tornento bellico, & cum velocitate soni. Deliquum Lunæ cur circa Apogeum Luminarium diurnius, & prius appareat Orientalibus. Cur Solis defectio prius videatur ab Occidentalibus. Num ex æquali duratione duarum Eclipsei quantitate æquallum arguatur restitutio Lunæ ad eundem gradum Anomalie. Causæ, que Eclipseis visæ tempus anticipant, aut retardant. Quantum temporis detrahendum tempori primæ phasis, ut habeatur verum initium Eclipsei. Quantum addendum tempori ultimæ phasis, ut habeatur verus finis. Quid specialiter notandum in Eclipsebus matutinis, ac vespertinis.

Quæres 1.^o Respectu totius Globi Terraquei in diversis regionibus quanta sit duratio Eclipsei Solaris. Respondetur: Posse dari sex horis diurniore, & quidem Sole Perigeo, Luna Apogea. Id vero sic evincitur. Nam ex parallaxi Horizontali Lunæ Apogæjuxta Cassinianas Tabulas, a quibus aliæ hujus seculi non admòdum dissentunt 54', 33'', subtrahenda essent sec. 10' pro parallaxi Solari: auferantur 13'', juxta Recentiores, remanebit

Semidiameter Disci $54^{\circ} 20''$
 summa semidiametrorum ^(a)
 Solis, & Lunæ $31^{\circ} 3'$

www.libtool.com.cn

Arcus dīmidiz durationis $85^{\circ} 23'$ pro Eclipsi Solis sensibili percurrendus. Motus horarius Lunæ Apogez a Sole $27^{\circ}, 4''$: adedque dimidia Eclipsis duratio erit hor. $3^{\circ}, 9^{\circ}, 18''$, respondens prædicto arcui; ergo tota duratio horar. $6^{\circ}, 18^{\circ}, 36''$. Quare admittere non possumus illorum opinionem, qui eamdem maximam durationem statuunt ^(b), Sole, & Lunæ Perigeis, hor. $3^{\circ}, 52'$, nec satis sibi constant, cùm iidem ^(c) non multò post inferunt maximam durationem Sole Apogeo, Lunæ Perigea, quinque circiter horarum in diversis locis. Tacquet candidè fateretur ^(d) majorem in hoc negotio præcisionem obtineri posse. Ricciolius ^(e) admittit veritatem illius principii, cum fore maximè diurnam Solis defectionem, quando cæteris paribus horariis Lunæ motus a Sole sit minimus. Minimus autem est Sole perigeo, Lunæ apogeà, ut patet ex sequenti quadruplici combinatione.

Sole perigeo, Lu-

nâ apogeâ	$27^{\circ} 4'$	summa semidiam.	$31^{\circ} 5'$
Sole, & Lunâ apo-			
geis	$37^{\circ} 38'$		$30^{\circ} 33'$
Sole, & Lunâ pe-			
rigeis	$35^{\circ} 38'$		$33^{\circ} 9'$
Sole apogeo, Lu-			
nâ perigeâ	$35^{\circ} 48'$		$32^{\circ} 37'$

Quæ-

(a) Semidiam. Solis Perigei $16^{\circ} 20''$ Sem. Lunæ Apogez $14^{\circ} 45'$	Tacquet Astronom. L. IV, n. XLII. (c) Ricciol. Almag. L. V, Cap. XVI., n. 8.
Aggregarum foret $31^{\circ} 5'$	Tacquet lib. cit. n. LXI.
(b) Ricciol. Almag. L. V, Cap. XII., Probl. 6.	(d) Tacquet lib. cit. n. LVII. (e) Ricciol. lib. cit. Cap. XI, n. 9.

Quæres 2.^o *Quanta sit velocitas umbra Lunaris in superficie Terrestri.* Resp. Tanta est, ut omnem superet fidem; ~~quod si~~ ostendit determinando ejus motum in Discum Terræ, projectum ad unum minutum temporis, quando est sensibiliter rectilineus, potius quam ad unam horam, quando a rectâ lineâ non parum defleget. Sit Eclipsis Solis, centralis initio Arietis: axis umbræ productus transibit per centrum Terræ. Concipiatur Luna in distantia semidiametrorum 6ⁱ a centro Terræ, itaut in fine sexagesimæ semidiametri sit centrum umbræ, vel potius penumbræ (umbra enim mera in hac Lunæ distantia non pervenit ad Terram.) In superficie Terrestri, quoniam horarius Lunæ motus in prædictâ distantiâ est minutorum primorum $32\frac{1}{2}$ in sua Orbitâ, motus vero horarius Lunæ a Sole minutorum 30', foret motus umbræ, seu penumbræ, in Telluris superficiem projectus, in unâ sexagesima parte hujus temporis, idest uno minuto horario (eo quod circulorum peripheriz sint ut diametri) foret, inquam, 30' minutor. circuli maximi Terrestris, nisi interim aut Sol cum Lunâ abripi in Occasum, aut Tellus converti in Ortum, circa suum axem conciperetur per arcum minutorum 15', sive totidem milliariorum Geographicorum. Hinc ab illis 30', subtractis 15', remanet verus motus umbræ, seu penumbræ, in supradicto casu min. 15'. Atque hic tamen est lentissimus omnium in tali distantiâ excogitabilium: cùm idem motus maximè acceleretur, quando umbra obliquè cadit (ut plerumque contingit) in Telluris superficiem. Et tamen sic quoque duplo velocior est velocitate globi e Tormento Bellico explosi, qui spatio unius minuti horarii (^a) observatus est conficeretur tres Leucas, sive septem millaria cum dimidio. Quin etiam velocior propagatione soni (quod a nemine alio notatum reperio), qui uno minuto horario per-

(a) *Histoir. & Memoir. R. Sc. Ac. P. 1706.*

currit tantum undecim millaria Geographica. Fateor plures inqualitates reipsa inveniri in motu umbræ, non solum ex variata distantiâ, & vario Lunæ motu, sed etiam ex convexitate globi Terraquei, & obliquitate directionis, seu diverso angulo, quo meridiani intersectantur, &c.

Quæres 3.º Cur duratio maximè diurna Eclipseis Lunaris sit, quando utrumque Luminare est apogaeum, ubi Terrestris penumbræ conus est exilior, & non potius circa perigeum, ubi idem conus est crassior? Respondet Keplerus^(a): Quia licet idem conus sit amplior in loco, ubi secatur a Lunâ perigeâ, tamen ibidem Luna habet motum velociorem a Sole, adedque citius se expedit ab umbrâ; mensura autem durationis, siue moræ Lunaris in umbra Terrestris est summa diametrorum apparentium Lunæ, & umbræ Terrestris, divisa per verum motum horarum Lunæ a Sole, quem lentissimum habet in apogeo.

Quæres 4.º Cur defectus Lunaris prius videatur Orientalibus, deinde Occidentalibus extra hemisphaerium, in quo primò apparuit? Respondetur. Ed quod Luna, & umbra Terrestris communi omnibus sideribus motu feratur in Occasum; viceversa, Solis defectio primò appareat Occidentalibus, deinde Orientalibus, eo quod motus centri umbræ, seu penumbræ in Terrâ comitetur motum proprium Lunæ in Cœlo a Sole: excipe tamen casus penumbræ, seu primæ, & ultimæ phasis supra exceptos.

Quæres 5.º An ex aequali duratione duarum Eclipseum, etiam quantitate aqualium, arguantur restitutio Luna ad eundem gradum Anomalia, sive ad eamdem distantiam ab apogeo? Respondet Tacquet^(b) sequi, si fuerint partiales in eodem Anomaliz semicirculo; non sequi, si fuerint totales. Ratio primi est, quia, si in utroque deliquio obscurata fuit, v. gr. dimidia Luna, & durationes sunt æquales æqualibus temporibus, æqualia um-

^(a) *Keplerus Epitom. Astr. pag. 868.* ^(b) *Tacquet Astr. L. II, n. XXVI.*

umbræ Terrestris, spacia Luna pertransiit, ac proinde æquali celeritate; consequenter in distantiâ æquali ab Apogeo. Ratio secundi est, quia in deliquiis totalibus durationes possunt esse æquales, quamvis Luna in uno habeat motum tardiorem propè apogeum, sed fecerit umbram, ubi est arctior; in altero habere motum celeriorem, sed propè perigeum, ubi umbra est amplior.

Quæres 6.^o Quæ causa tempus visa Eclipsiæ anticipet, aut retardet. Respondetur: Multiplex, PRIMA est Parallaxis, quæ, juxta dicta in superioribus, deprimit corpus Cœleste non verticale infra locum verum. Hinc 1.^o extra gradum nonagesimum Eclipticæ supra horizontem in quadrante Orientali longitudo visa major erit, quām vera. 2.^o Conjunctione apparens Luminarium præcedet veram tanto tempore, quantus est arcus parallaxis, divisus per motum Lunæ horarum a Sole. 3.^o Propter eamdem rationem initium, medium, & finis Eclipsiæ Solaris matutinae, sive ab ortu visæ præcedet verum. 4.^o Ex adverso in quadrante Occidentalí (extra nonagesimum Eclipticæ gradum, ubi cessat hæc varietas) longitudo visa minor est, quām vera. Conjunctione apparens feriūs contingit, quām vera, ut & apparens initium, medium, ac finis defertur ex hac præcisè causâ tardius spectari debent, præsertim circa horizontem, ubi major est parallaxis. 5.^o Quod dictum est de parallaxi Longitudinis intelligendum proportionaliter de parallaxi Ascensionis Respectu Äquatoris, extra intersectionem Meridiani, ubi non fit varatio. 6.^o Nihil hic addo de parallaxi Latitudinis, quæ in nostra Zonâ Boreali semper auget latitudinem Australēm, minuit latitudinem Borealem: vel tollit, si æquetur verz latitudini, vel, si est major, transfert in latitudinem Australēm: hoc enim pertinet ad mutationem loci; quemadmodum & varietas, quæ servatæ proportione oriri potest ex parallaxi Declinationis. SECUNDA CAUSA est Refractio, quæ

quæ viceversâ, attollit Cœlestia phænomena supra locum verum; unde Ortum accelerans, & Occasum retardans, efficere potest ut Eclipsis, quæ est infra horizontem inconspicua, nihilominus videatur. Ejus ratio in Eclipsibus communiter haberi non solet, quia si attollitur unum Luminare, elevatur & alterum, cùm sit eadem omnium siderum refractio in eadem altitudine refractè visâ. Subtilius tamen agendo, non bene infertur æqualis refractio, quoties Sol & Luna elevantur in eadem lineâ rectâ cum oculo, quia Luna, quæ vicinior est Telluri, paulò altius attollitur, quâm Sol tanto remotior; quo posito deducit D. Eu-stach. Manfredi ^(a) Eclipsis initium, finemque propè Occasus nonnihil citius, propè Ortum nonnihil serius, quâm pro calculis apparere. Quin & majorem, vel minorem interdum contingere summam obscurationem, quâm supputatio postuleat; ut & quibusdam in locis aliquid Eclipsis appareat, ubi ex calculo non esset apparitura, & e contrario nulla spectetur, ubi deberet apparere. TERTIA CAUSA oritur ex apparenti Orbitæ Lunaris inclinatione, quæ variat tempus inter veram Syzygiam, & medium Eclipsis tam Lunaris, quâm Solaris in Disco Terrestri, juxta canonem datum in secunda responsione hujus septimæ Interpretationis, uberius explicandum in ordine Doctrinæ. Habetur, & haec regula: Si Luminaria superarunt alterutrum Nodum, momentum mediae Eclipsis Lunaris, & Solaris, respectu totius Telluris, praecedit Syzygiam veram: si vero nondum Sol & Luna ad Nodum pervenerunt, medium Eclipsis succedit post veram Syzygiam. QUARTA CAUSA, quae inducit varietatem temporis absolu-ti, seu primi mobilis in defectibus Solaribus, & temporis respectivi in Eclipsibus Lunaribus, est Locorum Differentia, praesertim in longitudine, de qua ubi de usu Eclipsum in Geographicis ad inveniendam Meridia-

(a) Manfredi Introduc. ad Ephem. L. I. n. LV.

dianorum differentiam. Harum omnium causarum, ratio simul habenda in calculo, ut videatur quid resultet ex tali complexione; alioquin posset una auferre, quod alia superaddit.

Quaeres 7.^o Quantum temporis debeat ante primam phasim numerari, ut habeatur verum initium Eclipsis, quantum post ultimam phasim observatam, ut habeatur verus finis: oculus enim noster non videt primum & ultimum contactum Luminarium, qualis describitur a lineis in Diagrammate, quia Lenticula, seu pars obscurata debet esse alicujus latitudinis, ut sit oculo nostro sensibilis. Respondetur: 20' sec. temporis videntur sufficere tam in primo, quam in secundo casu, posito quod oculus non facile valeat discerne lenticulam obscuram minorem 5' in tantâ distantiâ.

Quaeres 8.^o Quid praeterea notandum in Eclipsibus Solaribus *matutinis* circa Solis Ortum, & *vespertinis* circa Solis Occasum. Respondetur: In primis, vespertinae ac matutinae Solis Eclipses videri possunt totales, quando non sunt, et quod pars Solis non obscurata lateat sub horizonte. 2.^o Potest etiam videri Sol bis oriri, vel bis occidere, praesertim nobis mane in Nodo Descendente, vespere in Nodo Ascidente. 3.^o In iisdem Eclipsibus etiam non totalibus apparere possunt majores tenebrae, quam in totalibus in magnâ supra horizontem altitudine, quando Atmosphaera illustratur a pluribus radiis refractis, & reflexis. 4.^o Manè potest videri nox produci, vespere anticipari.

CA.

www.libtool.com.cn

C A P U T V I I I .

Ordo Numeri, & Intervalli Eclipsum.

§. XXIV.

OBSERVATIONES OCTAVÆ.

IN primis, an. 1725 notatum ternarium Eclipsum, Solis quidem die 13 Civili Aprilis, hor. $2\frac{1}{4}$ mat.; Luna d. 27 April. hor. $9\frac{1}{2}$, & alia defectio Solis d. 12 Maii, b. 11 mat. cum semiquadrante. Similis ternarii exemplum eodem anno renovatum est in duobus Noviluniis Eclipticis die 6 civili Octobris, b. $7\frac{1}{2}$ post medium noctem, & d. 4 Novembris circa medium noctem sequentem cum intermedio Plenilunio Ecliptico, penè centrali d. 21 Octobris b. $7\frac{1}{2}$. Duplex pariter ternarium non absimile habuit annus 1736, alterum in duabus Noviluniis Eclipticis sibi immediate succendentibus Mensis Martii, & Aprilis, cum intermedio Plenilunio Ecliptico die 26 Martii circa medium noctem sequentem; ulterum in duabus proximis conjunctionibus Septembribus, & Octobris, cum intermedia oppositione Eclipticâ die 20 civili Septembribus b. $3\frac{1}{2}$ post medium Noctem. Notatum est 2.^o Neutrius Luminaris Eclipses recurrere expleta 2.^a 3.^a, aut quartâ Lunatione. Observatum est 3.^o ab Eclipsi Solis die 17 civili Decembris 1722, ad aliam diei 13 Maii 1733, intercedere quinque tantum Lunations. 4.^o Ut plurimum utriusque Luminaris Eclipses contingere expletâ sextâ Lunatione. 5.^o Luna nunquam observata est obscurari expleto suo septimo Mense: Sol aliquando undecim Lunationum intervallum mediat inter Lunare deliquium diei 29 Julii an. 1730, & aliud diei civ. 20 Junii 1731. Nonnunquam vero alterum Lunare occurrere post expletas septendecim Lunations ab

ab altero, ut inter deliquum diei 9 civil. Septembri
an. 1737, & deliquum diei 24 Januarii 1739, inter-
cesserunt ~~www.lunaciones.com~~ consequenter dantur anni va-
cui, idest, sine ullo deliquio Lunari; tales fuerunt
1702 -- 1705 -- 1709 -- 1716 -- 1720 -- 1723 -- 1727 &
1734 -- 1738 --, in quibus fuerunt tantum due Ecli-
pses Solis penè centrales Telluri; ac proinde nullus an-
nus sine aliquo defectu Solari. 6.^o Generaliter plerique
anni habuerunt duos defectus Lunares, aliqui unum, ut
an. 1729, & 1741; pauci tres, ut annus 1712, &
1731; nunquam plures. Viceversa, intra annum spa-
zium, aliquando quinque Solares numerati sunt, ut a
die 12 Martii 1736 ad diem 1 Martii 1737, in qua
successit quinta Solis defectio. Communiter sunt duo in
anno. 7.^o Nullus annus habuit pauciores quam duas E-
clipses; nullus plures quam septem. 8.^o Numerus me-
dius annuum, qui prodit ex viginti annorum observatio-
nibus, est quartuor Eclipsum, si nempe distribuerentur in
singulos annos. Mitto, quod Eclipses singulis annis ut
plurimum anticipare XI ferè dies; aliquando tamen ul-
tra integrum mensem recedunt, v. g. an. 1732 fuit So-
lis defectio d. 16 Decembr., an. 1733 d. 6 Novembr.

INTERPRETATIO OCTAVA.

Ratio singulorum.

S. XXV. In principio, & fine ejusdem Lunationis Sol potest
deficere partialiter ad diversos polos cum intermediâ E-
clipsi Lunari. Ejusdem Luminaris defectio redire non
potest in fine secundæ Lunationis, aut tertiae, aut quar-
tae: raro expletâ quintâ: frequentius sextâ Lunatione
completâ. Regule falsæ convelluntur.

Hæc omnia præterquamquid constant ex obser-
vatione, inferuntur ex communi, & universali prin-
cipio, quod tunc detur Eclipsis alterutrius Lumina-
ris, quando hæc est intra suos terminos Eclipticos,

sive quando habet requisitam distantiam a Nodo Lunari: cùm autem aliunde innotescat motus nodi Lunaris a Sole intra unam Lunationem esse graduum 30, 40°, 14", facilè solvitur quælibet ex præcedentibus observationibus.

Incipiendo a *primâ*: Ponamus Ascendentem Lunæ Nodum esse initio Libræ simul cum Sole circa 23 Septembris; si tunc contingat Plenilunium, Luna erit in opposito gradu initio Arietis, adeoque centram subibit Eclipsim: Epactæ dimidiæ Lunationis sunt dies 14, h. 18, 22', 2", quo tempore Sol recedit a Nodo gr. 15, 20', 7', qui arcus ferè æqualis est termino Eclipsis certæ (nam pro mediis conjunctionibus ^(a)) terminus Eclipsis certæ ponitur arcus gr. 15, possibilis, sed incertæ gr. 21) ergo ante dimidiæ Lunationem Sol erat circa terminum Eclipsis certæ, adeoque in præcedente Novilunio fuit defectio Solis partialis, (propter magnam distantiam a Nodo) præsertim si Luna erat perigea; ergo post aliam dimidiæ Lunationem Sol erit similiter ex alia parte Nodi circa terminum Eclipsis certæ, adeoque erit alia Solis defectio partialis *versus alterum polum*; & consequenter dari potest illud ternarium, quod offerebat primum Theorema, ac propterea in *principio*, & *fine ejusdem prima Lunationis Sol potest deficere*. Viceversâ, quia termini Eclipsis Lunaris certæ supponuntur grad. 7 $\frac{1}{2}$: Termini Eclipsis possibilis gr. 14 $\frac{1}{2}$ pro oppositionibus mediis, qui arcus est minor prædicto recessu Solis a Nodo gr. 15, 20', 7", intra dimidiæ Lunationem; idcirco etiam si ponatur Eclipsis Solis centralis Sole apogeo, & Luna perigeâ, ante & post dimidiæ Lunationem, hoc est, in *duobus proximis pleniluniis dari non poterit Eclipsis Luna*.

2.^o *In fine secunda Lunationis, vel tertiae, vel quarta, redire non potest ejusdem Luminaris defectio, propter oppositam rationem, quia neuter inventur*

(a) V. Investigationem II, §. IX.

natur intra terminos Eclipsis possibilis; nam duæ Lunationes (⁴) dant recessum Solis a Nodo gr. 61, 20', 28". Tres Lunationes habent pro elongatione Solis a Nodo gr. 91, 00', 42", post quatuor Lunationes distantia Solis a Nodo priore est graduum 122, 40', 56", quorum arcuum etiam medietas superat gr. 21, terminum Eclipsis Solaris possibilis, & multò magis superat arcum gr. 14 $\frac{1}{2}$ vel 15 terminum Eclipsis Lunarum possibilis; ergo in nullo casu recurrere potest ejusdem Luminaris defectio in fine secundæ, vel tertiaz, vel quartæ Lunationis, hoc est, mensis Lunaris Synodici. Dixi mensis Lunaris, cuius ratio hic habetur: nam in mense Solari, & civili, non raro contingunt duo Novilunia, aut duo Plenilunia, unde cavendum ab errore, ne putetur quartus mensis Lunaris, qui re ipsa est quintus. Sic mense Octobri 1739 fuerunt duæ conjunctiones; ac proinde a Novilunio Ecliptico mensis Augusti ad Novilunium Eclipticum Decembris non est intervallum quatuor Lunationum, ut primâ fronte appareat, sed quinque.

Hinc deducitur veritas 3.^æ Observationis: In fine quinta Lunationis recurrere potest partialis aliqua Eclipsis alterutris Luminaris; rariùs tamen Lunæ, quam Solis. Ratio est, quia quinque Lunationes habent pro recessu Solis a Nodo, v. gr. Ascidente, a quo ponitur discessisse gr. 153, 21', 10", quibus ad Nodus descendenter, sive ad gradus 180, defunt gradus 26, 38', 50", & horum medietas est graduum 13, 19', 25"; ergo, si, v. gr. prior Eclipsis contingit æquali arcu distantiaz ex altera parte Nodi Ascendentis, posterior potest contingere Sole constituto ex altera parte Nodi Descendentis, quia hic arcus est minor termino possibili utriusque Luminaris: exigua tamen erit defectio propter magnam a Nodo distantiam, neque est admodum frequens hujusmodi combinatio; sed tantò rarer in Lunâ, quantò hic arcus

L 2

cus

(4) Vide nostram Tabulam I Numericam.

cus minus differt a termino possibili Eclipsi Lunaris gr. $14\frac{1}{2}$; cum viceversa, idem arcus gr. $13\frac{1}{2}$ respectu Solis, adhuc multum distet a suo termino defectus possibilis gr. 21. Ricciolus^(a) exhibit septem paria Eclipsum Solarium ab anno 1600 ad 1700: Nos in nostra Tabula IV deprehendimus intra 20 annos sex paria Eclipsum Solarium in fine quintæ Lunationis: adeoque non est rarissimus casus in Sole; longè tamen rarer in Luna, cujus binas Eclipses in quinque mensibus (Lunaribus) vix uno saeculo bis recurrere existimavit Tacquet^(b).

Hinc etiam verificatur 4. Observatio; utrinque Luminaris Eclipses frequentius recurrere debent in fine sextæ Lunationis, itaut, si in priori defectu Sol fuerit circa Nodum Ascendentem, in posteriori sit circa Nodum Descendentem, & viceversâ. Ratio sequitur ex eodem principio; nam arcus, quo Sol, & Nodus invicem recedunt spatio sex Lunationum, in numeris mediis est gr. 184, $3'$, $24''$; ergo cum parum differat a gr. 180, quanta est mutua nodorum distantia, si in priore casu Sol erat in altero Nodo, necessaria est Eclipsi etiam in secundo casu circa alterum Nodum in fine sextæ Lunationis. Proinde correctione indiget quod legitur apud Martianum Capellam^(c): Defectus intra sextum Mensis iterari non posse, cum potius tunc sint frequentiores; nec defint intra illud spatium in fine primi, & quinti. Neque est universaliter accipienda illa Clar. Viri^(d) propositio: ejusdem Luminaris Eclipses tantum sexto, vel quinto mense Lunari recurrent; non enim id convenit tantum quinto, & sexto, ut patet in recursu completo primo, & septimo, quem casum in Solaribus admittit Propos. XLVII, nec convenit omnibus, ut patet in annis vacuis respectu Lunæ. Quin & ipsem suam mentem declarans prop. XLIV, dicit,

(a) Ricciol. Almag. L. V, cap. 14, | (c) Martian. Capell. Lib. VIII, de Theorem. 3. | (d) Charles, Astron. L. IV, prop. 39.

(b) Tacquet, L. IV, Astron. n. LX. | (e) Nupt. Philologiz.

dicit, se id intelligere respectu unius determinata regionis.

www.libtool.com.cn

§. XXVI. Quomodo in fine septimæ Lunationis recurrere possit Solis Eclipsis, non verò Lunæ: Lunaris aliquando recurrat exente undecima, aliquando nonnisi in XVII completâ Lunatione; unde dantur anni vacui ab Eclipsebus Lunæ. non Solis. Quot sint possibles in anno; quis earum numerus medius annuus.

Stat Quinta Observatio: In fine septimæ Lunationis inchoatæ a Novilunio recurrere potest Eclipse Solaris, ut Hipparchi sagacitate (a) compertum est; hoc quoque descendit ex eodem fundamento; nam septem Lunationes completae habent pro recessu Solis a Nodo grad. 214, 41', 38", adeòque distant a Nodo vicinore grad. 34, 41', 38" (tantum enim superat gr. 170) cuius arcus dimidium est gr. 17, 20', 49": sed hic arcus est minor termino possibili Eclipse Solaris, & simul est major termino possibili Eclipse Lunaris: ergo, in fine septimæ Lunationis redire potest defectio Solis. Viceversa, in fine septimæ Lunationis inchoatæ a Plenilunio Ecliptico redire non potest aliud Luna deliquium. Hzc tamen, si spectantur præcisè motus medii, ita essent intelligenda, ut inter initium primæ, & finem septimæ Lunationis mediet alia Eclipse Solaris, vel in fine primæ Lunæ, ut in casu prædicto, in quo, absoluto primo mense Synodico, Sol esset post Nodum Ascendentem gr. 13, 40', adeòque intra terminos necessarios (idem dic de aliis casibus, in quibus initium primæ magis retraheretur ante Nodum Ascendentem usque ad grad. 21) vel in fine sextæ Lunationis, casu quo finis septimæ caderet 21, ultra Nodum Descendentem (ulterius enim non datur Solis defectio); tunc autem finis sextæ habetur undecim ferè gradibus ante Nodum Ascendentem, adeò-

(a) *Plinius*, Lib. II. 13.
Ptolemaeus, Magn. Synt. L. VI, c. 6.

www.libtool.com.cn

adedque intra terminos necessarios Eclipsis Solaris . At isti casus septimꝝ Lunationis Eclipticꝝ cum aliquo Solari defectu intermedio in fine primꝝ , vel sextꝝ non sunt adeò rari, nec tales, ut Hipparchi sagacitate indigerent . Eruditissimi Viri, qui censent (^a) dari posse duas Solis Eclipses ad eundem Polum cum intervallo vacuo inter septem Menses minores, quod semel, aut bis intra idem sexculum putant posse contingere, duo tantum ex Historiâ protulerunt exempla; alterum inter Eclipsem Solis anni 1623, die 23 Octobris , & aliam 1624, d. 18 Maii . At revera fuit defectio die 18 Astronomicâ Martii in conjunctione Luminarium ; non vero die 18 Maii , biduo post conjunctionem , & in fine secundꝝ Lunationis , quando ex duplii titulo non erat possibilis . Alterum exemplum ab Eclipse Solari d. 16 Januarii 1684, ad aliam d. 12 Julii ; sed hoc intervallum numerat sex tantum Lunationes completas, ut præcedens habebat tantum quinque . Ad salvandam tot Illustrium Virorum auctoritatem , quæsitum est septimestre spatiuum vacuum immotibus veris ; at sic quoque vel redibat Solis defectio in fine primꝝ Lunationis , vel in fine sextꝝ , in casibus , qui opportuniores cæteroquin videbantur , v. g. si prima Eclipsis caderet in finem Martii , quando maxima est Solis æquatio additiva , & Luna foret perigea ; adeòque spatiuum vacuum erat sex tantum Lunationum . Quare donec certiora occurrant documenta , dicemus : Sol potest iterum deficere quam cœtissime in fine primꝝ Lunationis , ut habebat primum Theorema , Luna in fine Quinte : Sol quam tardissime visus deficere in fine sextæ Lunationis ; Luna in fine decima septima . Distantia a Nodo in fine decimꝝ septimꝝ Lunationis est grad. 161, 23', 57'' ; adeòque ad Nodum oppositum desunt gr. 18, 36', 3'', qui arcus est

(a) Ricciol. Almag. L. V , c. XIV ,
Theor. IV , ex Regiomontano | cum Plin. cit. addit secundum
L. VI , Epitom. Hardwic. ad 10- exemplum .

est major termino Lunari possibili; quomodo ergo salvatur observatio? Quia neutrum ex duobus deliquiis est totale, sed partiale dividatur ergo arcus inventus, & remanebunt utrinque gr. 9, 18', 1 $\frac{1}{2}$, intra quem terminum potest Luna pati deliquium partiale tam initio primæ, quam in fine decimæ septimæ Lunationis ab Ecliptico Plenilunio computatæ; in quo casu duo semestres intermedii sunt vacui, idest, sine deliquio Lunari. Aliquando, sed raro dari potest defectus Lunæ *expletis undecim Lunationibus* ab alio Plenilunio Ecliptico: semidifferentia enim debita undecim Lunationibus pro distantia bipartita Nodi, est gr. 11, 18', 28", qui est intra terminum possibilem Lunarem. Soli non applicamus hunc canonem, quia maximum ejus intervallum vacuum non invenimus excedere sextam Lunationem. Hic quoque monendum, ne confundatur mensis Solaris civilis cum Lunari mense, hoc est, cum intervallo duorum Noviluniorum, vel duorum Pleniluniorum; sic inter plenilunium Eclipticum Mensis Septembbris 1737, & aliud Februarii 1739, non interjacent 16 Lunationes, sed 17, quia mense Julio anni vacui 1738, fuerunt duae oppositiones, seu Plenilunia.

6.^o Si inveniretur possibile spatium vacuum septimestre, eique alterutrâ ex parte adhaereret semestre pariter vacuum, haberentur 13 Lunationes dier. circiter 383; adeoque ablatis duabus finalibus, daretur anni intervallum cum unica Solis defectione. Hoc censem celebres Astronomi (^a), sed nondum demonstrarunt duplex suppositum, & spatii vacui septimestris, & quod illi ex utraque parte non adhaereat intervallum quinque mensium tantum. Verum, sive unica sit, sive duplex intra annum Solis defectio; certò certius dantur anni vacui ab omni deliquio Lunari, ut constat ex praecedenti Observatione, quia tunc in Ple-

(a) Ricciol. Almag. L. V, c. 15, Theor. 13.
Jacquet, Astron. L. IV, n. LX.

Pleniluniis tantam habet Luna latitudinem, ut effugiat umbram Terrestrem; unde si postremum deliquium fuit longè a Nodis, post sex menses potest adhuc magis distare ab illis; & post sex alios adhuc non inveniri intra suos terminos, donec abbreviet tertium semestrem, ut proximum deliquium fiat in fine mensis XVII. Propterea corrigendus *Plinius* (*a*) dum ait *omnibus annis fieri utriusque sideris defectus*; contrarium enim evincunt anni vacui in Lunâ.

7.º Nullus annus babet pauciores Eclipses, quam duas, ut patet ex annis vacuis sine ulla Lunari cum duabus Solaribus. Ex ternariis autem initio notatis, aliquando eodem anno repetitis, & ex annis aliquando vacuis in Lunâ infertur, *eodem anno plures dari posse Eclipses Solares, quam Lunares*. Praeterea non posse in anno Solari fieri plura Lunae deliquia, quam tria, alioquin foret etiam extra suos terminos. Id ipsum ostendit spatium dierum, quod superest ad complendum annum extra tres Lunares Eclipses, ut locus quartae non detur, quod fit manifestum in anno 1722, in quo finis primae Eclipsis visus est Pekini paulò post medium noctem die 2 Januarii; Finis secundae die 28 Junii hor. 15, 36': 45'', Parisis; Finis tertiae, die 22 Decembris h. 5, 36', 30'' OEniponte: unde ad complendum annum Solarem defunt dies undecim, qui non sufficiunt pro integrâ Lunatione, & multò minus ad reddendum aliud deliquium, quod exigit intervallum saltem quinque Lunationum, ut supra visum est. Neque possunt in Anno Solari *dari plures Solis Eclipses, quam quinque*; defunt enim dies sufficienes ad sextam; sic a die 12 Martii Anni 1736, in quo fuit prima, ad diem primam Martii 1737, quo successit quinta Solis defectio, numerantur dies 354 $\frac{1}{2}$, nempe annus Lunaris; adeoque ad annum Solarem deficiunt undecim ferè dies, qui non sufficiunt ad habendam aliam Solis defectionem.

Con-

(a) *Plinius*, loco cit.

Consequenter cùm ad octo Eclipses requiranrur dies saltem 368, cum pluribus horis (in motibus mediis 369, h. 3^{www.libocat.it}), defectus tam Solis, quàm Lunæ in eodem anno, non possunt simul esse plures, quàm semper; quare nec per annum bissextilem, nec per menses Synodicos breviores facile est salvare, quòd ajunt Celebres Astronomi (^a), eodem anno posse dari octo Eclipses, pro quibus desunt tres dies circiter.

8.^o In annis viginti, notatis in Tabulâ Numericâ IV, initio ducto ab anno 1731, sunt 33 Eclipses Lunæ, 49 Solis, quæ simul conficiunt 82, ut si quæratur *numerus medius* pér æqualem distributionem, quatuor ferè convenienter singulis annis; in prioribus annis 19, numerantur Eclipses Lunæ 31, Solis 46, simul sunt 77, qui est fermè quadruplus Enneadecaëteridis. In annis 18, ab initio anni 1733 ad 1750 inclusivè, sunt Lunares 29, Solis 43, simul sunt 72, qui est præcisè quadruplus duodevigesimali. Propterea ad veritatem propriùs accessit Longomontanus (^b), qui pugnat pro quaternario annuo medio; neque est verum, quòd omnibus annis Lunaribus sint una vel duæ Lunæ defectio-nes; dantur enim anni vacui. Ricciolus (^c) elegit numerum medium inter 3, ac 4, & computat septem singulis bienniis in longo annorum spatio; sed hic numerus est minor vero; neque erat fidendum antiquis Ephemeridibus valdè imperfectis, quæ subinde omit-tunt Eclipses in nostro horizonte non visibles: quin etiam ipse (^d), post Argolum, omisit prædicere duas Solis Eclipses anni 1700, pro quo Lunares tantum no-tavit.

M S. XXVII.

- | | |
|--|---|
| (a) Ricciol. Almag. L. V, c. XV,
Theor. 12. | (c) Ricciol. Almag. L. V, cap. XIV,
Theor. XIV. |
| Tacquet. Astron. L. IV, n. LX. | (d) Idem Lib. V cit. in ultima Tab.
ad an. 1700. |
| (b) Longomontan. Astron. Danice
Lib. I, cap. 9. | Argolus Ephem. edit Lugdun. 1650,
ad an. 1700. |
| Zetler. Epitom. Astronom. Coper-nic. pag. 822. | |

§. XXVII. Quomodo etate Plinii duodecim dierum spatio a
 www.libtool.com.cn
 trumque sidus defecisse dicatur. Canones pro Syzygiis
 adjacentibus. Cur singulis annis Eclipses anticipent un-
 decim ferè diebus, aliquando plus integro mense. An
 labentibus saeculis crescat annuus earum numerus.

Quæres 1.^o Quomodo sit verum quod ait Plinius ^(a) contigisse suo anno, ut duodecim diebus utrumque sidus quereretur Imperatoribus Vespianis? Respondetur: Intelligendum de diebus integris intermediis in Mense minori, cuius medietas non excedit dies 14, 11, 7: sunt qui putant id accidisse anno Christi 72, defectum Solis constituentes die 8 Februarii paulò post Solis Ortum, defectum Lunæ ad diem 22 Februarii paulò post Solis Occasum.

Quæres 2.^o Quinam sint canones pro adjacentibus Syzygiis Eclipticis. Respondetur: Quando Plenilunium Eclipticum est in Nodis, aut proximè, utrumque vicinum Novilunium non caret Eclipsi Solari, licet parvâ, & ad plagas diversas, ut visum est initio hujus. Quod si fiat procul a Nodo, vicinum habet alterâ ex parte Novilunium Eclipticum, quia Sol est intra suos terminos. Quando Novilunium Eclipticum fit in Nodis, aut quamproximè, plenilunia utrinque circumstantia non habent Eclipsim, quia extra terminos; quando fit procul a Nodis, habet alterâ ex parte vicinum plenilunium Eclipticum. Proinde si in eadem Lunatione loco ternarii sit binarium Eclipsium, altera erit Solis, altera Lunæ, quæ non erit in Nodis. Hoc sensu Plenilunium Eclipticum partiale trahit secum vicinum Novilunium Eclipticum.

Quæres 3.^o Quænam sit ratio cur singulis annis utriusque Luminaris Eclipses anticipent ut plurimum dies XI. ferè: aliquando vero plus integro mense. Respondetur: Alias insinuatum defectiones illas non fieri nisi

(a) Plinius, L. II, c. 13.

si nisi in Syzygiis, quæ cùm in progressu anticipent singulis annis undecim ferè dies, eò quodd annus Lunaris brevior sit Solari diebus 10, h. 15, &c.; hinc etiam Eclipses ut plurimum anticipant eodem intervallo. Quia verò non fiunt nisi circa Nodos, & hi motu retrogrado contra seriem signorum feruntur; hinc sit ut defectio ab unius mensis, vel signi Syzygiâ recedat ad aliam signi, vel mensis præcedentis. Præterea sicuti annus Lunaris dier. 354, hor. 8, 48', 37'', est brevior Solari; ita annua Solis, & Nodi eiusdem obviatio, quam *Annus Helio Draconicum* vocare possumus, brevior est anno Lunari, cùm sit ex nostrâ primâ Tabulâ dierum 346, h. 14, 52', 21''.

Quæres 4.^o An labentibus sæculis *crescat annuus Eclipsum* numerus. Respondeatur: Non crescere, ut videbimus in Investigatione sequenti de Eclipsum Periodis, ubi & Eclipsum Terminos inquiremus: quo veluti principio generali usi sumus ad plurimas Quæstiones ac difficultates clarè, & perspicuè dissolvendas.



www.libtool.com.cn

INVESTIGATIO SECUNDA ORDINIS ECLIPSUM IN SUIS PERIODIS,

S I V E

DE PERIODICA ECLIPSUM HARMONIA.

C A P U T P R I M U M.

*Investigationis occasio, & notiones
Nominum.*

§. L In rebus naturalibus non pauca superesse, que indigen investigatione, atque explanatione. Interea esse Periodicam Eclipsium revolutionem. Occasio investigande accepta ex observatione Sinica P. Kegler. Alia utilitatis ex literario cum Sinis commercio indicate.



Tu Naturæ operationes ac motus, præsertim in corporibus Cælestibus, ordinatissimâ ratione peraguntur, quæ aspectu ipso Opificem Sapientissimum manifestat; jamque in omni ferè ætate, regione, ac gente, tam Physici, quam Astronomi multiplicem hujus rerum universitatis ordinem profundâ inquisitione sunt perscrutati; tamen non sine Divinæ Providentiaz consilio effectum est, ut multa supersint vel revelanda, vel exponenda, quibus humani ingenii industria reficiatur, & solertia acuatur, novisque luminibus scientia naturalis in dies augeatur. Inter spicas a prioribus messoribus dælicatas non ultimum habet locum Ordo Eclipsium in suis Periodis; quamvis enim non tot, quin plures de Eclipsibus scripserint, periodicam Eclipsium Harmoniam quis explicavit?

Quid.

Quidquid de illâ Veteres dixerunt, paucis lineis complexus est Ricciolus ^(a) noster in novo Almagesto,
 www.orientalica.it quod iure Thesaurum Astronomia totius ^(b) appellant, Astronomia cultoribus non minus utilem propter eruditio-
 nem, & Veterum ordinatam collectionem, quam
 propter novarum veritatum inventionem. Quod per-
 venerint Recentiores, ex nostrâ Investigatione consta-
 bit. Occasionem hunc Eclipsum ordinem inquirendi
 dedit nobis observatio Sinica R. P. Ignatii Kegler
 allata inter observationes anni 1739, quam hic re-
 petere non erit inutile, tum ut suum cuique red-
 datur, tum ut mutua commercii Sinici utilitas omni-
 bus sit manifesta. Si enim Europa Eclipsum doctri-
 na non modicum sive incrementum, sive ornamentum
 accepit in Sinarum Imperio, ut ex primâ, & secun-
 dâ parte hujus operis liquet; nostrâ retributionis,
 debitæque officiorum vicissitudinis est in hac tertia
 parte indicare quos fructus referre in Europâ possint
 labores, qui peraguntur in Sinis, si in manus nec
 ignaras, nec ingratas devenerint.

Neque nunc primum ejusmodi literarii commer-
 cii utilitas se prodit, nam in *Geographicis*, ut in O-
 riente ignotas olim Occidentales regiones ex advenie-
 didicere, ita in Occidente non solum didicimus Si-
 narum, Regnorumque adjacentium Chorographiam;
 sed etiam post detecta illa littora, Macaum ex Ecli-
 psibus comperimus Italiz supra mille millaria propin-
 quius, quam in prioribus Tabulis consignaretur: in-
 cuius veritatis cognitione Nautz Hollandi; qui antea
 in longâ ad novam Bataviam navigatione non sine
 periculo ducentis & amplius leucis aberrabant, tan-
 tam voluptatem percepere, ut nostros ad caput Bo-
 nz Spei adventantes cum gaudio exceperint, & per
 tot maria suis expensis transvexerint in grati animi
 signi-

(a) Ricciolus, Almag. L. V, c. 14, | (b) Gaffendus, in Vita Copernici.
 num. 18.

significationem. Observationes PP. (^a) *Richard*, & *Noel* ostendunt Tabulas Sampsonis, & Duval, quae pro optimis habebantur, ponere Indias, & Chinam 500 leucas remotiores ab Oriente, quam sint. Non minus emolumentum in *Cronologis*; quantum a Cœlo Calendarium Sinicum dissentiret ante restitutionem ab Europæis factam, insinuavimus in Epistola. Vicissim sub initium hujus saeculi P. *Katzen*, tum forte e Sinis redux, demonstravit veras, enormesque aberrationes futuras in annis, quos designabat, si nova, quæ tum a nonnullis doctis viris proponebatur, Gregoriani Calendarii reformatio admitteretur. Quare Epactæ *, quæ prima diei Januarii affixa a quibusdam (^b) Libris exulare jam cœperat, suæ sedi restituta. In *Gnomoniceis*, ex hac facultatis peritiâ novimus plures Europæos Mandarinis prælatos, ut essent Astronomiz Præsides, infixo in dato pariete ad arbitrium Judicium stylo, prædictaque umbræ ad statam horam projectione. Quo autem hæc scientia sit ibidem promota, monstrabit *Patris Simonelli Horographia*, si quando in lucem prodeat. In *Astronomicis* passim extant Sinica vestigia. Veneris cursum per octo annos in hypothesi Telluris immotæ cum characteribus Sinicis appensum vidi in instituto Bononiensi; & ex figurâ ac quinque retrogradationibus agnovi esse Veneris Planetæ, sive Auctorem habeat P. *Adamum Schall*, sive P. *Verbiest*, sive alium e nostris. Acta Regiae Scientiarum Academiz Parisiensis, præsertim ante finem præcedentis saeculi, quam multas referunt observationes Sinicas? In Bibliotheca Vaticana conspicitur ingens Planisphærium Cœleste Pekini elaboratum (^c). Omissis ceteris sufficiet inspicere in prima parte Eclipsum Constructionem ad integratem suam perductam,

(a) Histoire, & Memoir. R. S. A. 1692, n. 114. Confer iter Sia mense P. *Tachard*.

(b) Vide Miss. Rom. editum Vener. 1709, quod diei 3 Januarii affi-

git Epactam XXIX, ubi debet esse Asteriscus *.

(c) Aliud minus amplum, sed copiosius ad nos transmissum.

Etiam, vel certè ad majorem perfectionem in extre-
mo Oriente. Et Historia Eclipsum quantum incre-
menti acciperet, si e Sinensium Monumentis Veteres
Eclipsum Observationes (^a), utcumque rudes, notato
saltem anno, & die ad nos transmitterentur? Inter-
im data fides implenda.

OBSERVATIO SINICA.

Inspecta Pekini Eclipsi Lunari 1739, die 25 Ja-
nuarii, subdit P. Kegler: *Eclipsi prorsus consimilis fuit*
illi, quam hic videram anno 1721, die 13 Januarii,
& quam in Europâ vidi anno 1703, die 3 Januarii;
scilicet post annos 18, dies 11, & horas 7 $\frac{1}{4}$, fermè re-
curreunt Eclipses Luna propemodum aequales. Hzc ille,
nec plura.

INTERPRETATIO.

Respondeo, huic observationi congruere primam
simplicem periodum Aegyptiorum, & Chaldaeorum,
ut in sequentibus ostendendum aggredior.

§. II. Notiones nominum cum suis declaracionibus.

Incipiamus a nominum definitionibus, ne illa-
suboriatur zquivocatio.

1.^a *Eclipsi communiter dicitur non solum vera,*
sed etiam apprens privatio primarii luminis alicuius
Astri, orta ex interpositione alterius corporis, quod
non permittit alterum aut illustrari, aut videri sive ex
*toto, sive ex parte in eo Horizonte, supra quem ce-
teroquin elevatur. Primo modo, deficit Luna cùm*
*incidit in umbram Terræ. Secundo modo, Sol, & Fi-
xæ cùm occultantur a Lunâ. Utroque modo Satelli-
tes*

(a) 16, ex antiquis Solaribus, vide interim apud P. Scheiss in Observa-
tione Sinicæ.

tes Jovis, cùm aut incident in ejus umbram, aut extra illam, ab ipso Jovis corpore occultantur Terris, licet non ~~videat~~ ^{habet} etiam tum a Sole illustrari.

2.^o *Periodicam Eclipsum revolutionem, seu Periodam Eclipticam, sive Eclipsum ἐξαγωνίαν reversionem* voco determinatum temporis intervallum, cuius initium si in aliquā Eclipsi, juxta Legem proferendam, statuantur, per se reddit in fine aliam Eclipsem ejusdem Planetarū, seu Stellā: nam si ea combinatio nulla cycli legē recessit, dicitur in Scholis per accidens, sive *συμβολή*, quasi fortuito eventu contingere. Dixi *juxta legem proferendam*, ne initium Periodi statuantur in Eclipsi, quā sit adeò tenuis, & a nodis remota, ut in fine periodi major sit distantia, quam termini Ecliptici requirunt.

2.^o *Apocatastasis* appellatur periodus perfecta, vel aliquo notabili, ac raro reditu insignis; quo nomine donatus olim annus magnus a Stoicis, sive tota Mundi duratio, cuius hyems fuerit Diluvium, ætas futura conflagratio. Eset periodus *perfectissima*, si restiteret Luminaria ad eundem locum Zodiaci, ad eundem gradum Anomaliarū, ac latitudinis, ad eundem Meridianum, anni diem, horam, &c.; multò verò magis, si eadem habitudo ad Fixas recurret.

4.^o Erit *Periodus sufficienter perfecta*, si per plures continuatos reditus referat aliam ejusdem Planetarū defensionem, sive Stellā occultationem: præsertim verò, si reddit ejusdem speciei (nempe totalem, vel partialem, ad Austrum, vel ad Boream), aut quantitatis; aut non solùm in principio, & fine, sed etiam in suis partibus similes alias restituat; & hæc est, quam inquirimus, scilicet vel absolutè, vel moraliter universalē, continuatā per plures reditus serie intra-
cerminos certos.

5.^o Erit *Periodus simplex*, si non sit resolubilis in alias periodos Eclipticas minores: *Composita*, si possit in alias minores tanquam in suas partes aliquotas

N resol-

resolvi. Compositio verò potest per plures *Ordines*, & gradus excrescere.

www.libro6.com *Epotiam Regnante* (in rebus sive novis, sive intactis, liceat novas dicendi formulas adhibere) dico illam, in quā, si inchoétur Periodus in suo saeculo, restituit Eclipses omnium, quæ in dato climate apparent maximas: ac proinde incipit, & terminat Periodi Gradum Dominantem.

7.º Erit *imperfecta*, & particularis Periodus, seu potius cyclus (ne lis de voce fiat) si in nonnullis casibus reddat aliquam ejusdem Mundani corporis Eclipsum, quamvis dissimilem a primâ. Talem esse Cylum novemdecim annorum Solarium inferius videbimus.

8.º *Harmonia*; sed de hac in sequenti.

§. III. *Harmonia bīc intenta*: quid cū voce veteres significarent, false explicaciones rejectæ, aliæ cur omisæ.

Harmonia hīc intenta restringitur ad Periodicum Eclipsum Ordinem infra exponendum, præsertim in concordiam redactis anno Solari, Lunari, & Helio-Dracontico. Sed quia antea quærebatur ordo earumdem in rerum naturâ, & postea investigandus in doctrinâ, ad quas se extendit vocis significatio in sensu Veterum etiam a nobis s̄p̄ius usurpata; idcirco semel saltē explicari permittatur, ut omnibus constet qualē Harmoniam, vel in rebus cōsiderandam, vel in doctrinâ introducendam optemus in eo quod præ manibus versatur argumento. Itaque *Harmoniam* ^(a) generali significatione dicebant Veteres integratē, & Ordinem, sive partium, sive attributorum cum convenienti suavitate consonantiis sonorum analogâ. Et integritas quidem requiritur, ut nulla pars desit (vel attributum, si sit res simplex): verū complexio, integrī.

(a) Vide Mercur. apud Autorem | Ptolemaeum Harmonic. L. IIII, c. 4. Asclepit., cap. 6. | Aristidem Quintil., in Musicis, &c.

tegritas, ac rectitudo partium non sufficit, ut patet
in lyra chordis nondum attemperatis, nisi accedat apta
compositio ^(a), & relatio, sive Ordo, ut excludatur
confusio, inconcinna dispositio, dissonantia. Hinc o-
ritur claritas analoga lumini, & conveniens suavitas,
dum datur analogia ad vocum, vel sonorum conso-
nantias, quas cum delectatione auribus percipimus,
ut pulchrum visu. Etsi verò Ordo in hac visibili re-
rum universitate passim elucet; tamen in corporibus
cœlestibus est manifestissimus, quorum motus mirâ va-
riete constantes attollunt humanos animos ad con-
templationem, & amorem Divini Opificis, Primi Mo-
toris supremi Harmoz. Mundanam certè Musicam,
non solùm Ethnici Sapientiores, Ægyptiorum disci-
puli cum Pythagorâ, sed etiam SS. PP. commendatum
a Deo concentum ^(b) Cœli admirati, considerant cum
Boethio ^(c), precipue in his, que in ipso Cœlo, vel tem-
porum varietate visuntur. Non tantum ex eo, quod
dies diei novi motus in simili proportione sermonem
adjiciat, & nox nocti ^(d) per omnes Mundi Regiones
eloquentissimo, & ab omnibus Populis intelligibili si-
lentio annunciat; sed maximè in Eclipsibus per ami-
cam Lucis, umbræque concertationem, ex quibus tam-
quam symbolicis characteribus ^(e) assurgunt ad altissi-
mas Divinorum Mysteriorum cognitiones. Quare cùm
pro subjectæ materiæ ratione tres memoratas proprie-
tates in Naturâ Rerum observandas respicere liceat,
jure uti possumus Harmoniæ vocabulo in explicando
Periodico Eclipsum ordine ad mentem Ægyptiorum,
(non sine aliquo progressu) quam non solùm ex an-
tiquis Scriptoribus, & Coloniâ Chaldaicâ, sed etiam
ex Hieroglyphicis nobis videmur eruere. Quod si quis
in iisdem Cyclis rationes strictè Harmonicas sectari
vellet, quemadmodum id necessarium ad rem nostram

N 2

non

(a) *Theon, Smyrnæus math. Pla-*
ton. c. 1.

(b) *Job, XXVIII, 37.*

(c) *Boeth. L. I., Music. c. 2.*

(d) *Psalm. XVIII.*

(e) *Vide Investig. III, c. ultim.*

non ducimus; ita non audemus contemnere: nam non modò deliquium 12 digitorum, v. g. comparatum cum alio sex tantùm, habet rationem duplam, sed multò magis pro ratione intervalli secundus Periodicus Ordo collatus cum primo, & quartus cum secundo. Ordo tertius comparatus cum secundo, sextus cum quarto est in ratione sexquialterâ. Quartus ad tertium, octavus ad sextum in ratione sexquiterciâ, &c. in quibus tempora sunt ut numeri, & rationes strictè Harmonicæ.

Hinc 1.^o licet verum sit vetus Pythagoricum effatum, *Mundum ad Harmoniam canere* (^a), non est ita intelligendum cum *Tullio*, quasi tanti motus corporum Cœlestium sine fono incitari non possint: nam (^b) *Sidera Mundo labuntur tacito*, cùm in Æthere rarissimo, atque purissimo, ac pervio luminis propagacioni, aut nullam, aut saltem non magni momenti resistentiam inveniant. 2.^o Falsa pariter veteris dogmatis explicatio fuit illa, quâ nonnulli dicebant a Terris ad Lunam (^c), impleri tonum immensi illius intervalli, in quo Stellæ inerrantes complent Diapason, aut saltem Saturnus: nimis enim exigua est distantia Lunæ a nobis, respectu distantiarum nostræ a Saturno, & a Fixis. 3.^o Mitto Regulam Keplerianam, quâ dicuntur quadrata temporum Periodorum esse sicut cubi distantiarum a communi centro motûs (nempe ut revolutiones Periodicae, ad mediocres Orbitarum semidiametros sint in ratione sesquiplicatâ) hic enim *Canos nullis Lyrae chordis est imitabilis*: & licet observatus sit in corporibus Cœlestibus ejusdem rationis, ut sunt Planetae primarii volentes circa Solem, & eorum Satellites circa suum primarium, locum non habet in duorum Luminarium comparatione, sive in systemate Telluris motæ, in quo Sol ponitur immobilis, & Luna Satelles Telluris; sive in systemate Telluris immobilis,

(a) V. Ciceron. III, de Nat. Deor. & in Somn. Scipion.
 (b) Jov. Pontan. I, de Stell.
 (c) Censorin. de die Natal. c. II.
 Nicomach. Gerasca. Enchir. Harmon.

bilis, in quo Luna etiam in suâ materiâ opacâ est diversae rationis a Sole. 4.^o Mitto etiam inquirere, an in Planetis saltem intra suam Regionem, hoc est inter apogenum, & perigeum, aut in materiâ ethereâ Planetas circumstante, detur Harmonica circulatio, Cl. *Leibnitis*^(a): sive enim negetur cum *Davide Gregorio*^(b), sive admittatur cum Cl. *Marchione Joanne Poleno*^(c) non sine aliquâ retardatione corporum innatantium, respectu fluidi deferentis. Talis enim circulatio etiam si cum aliis repetatur a radiis Solaribus, & ab umbbris Planetarum pro diversâ densitate, ac rarefactio-
ne fluidi cœlestis, aut nullam, aut ferè nullam varie-
tatem ab Eclipibus pateretur, utpote brevis dura-
tionis.

C A P U T II.

Leges Constructionis Periodorum.

§. IV. Leges, & postulata circa Methodum, & Epocham.

Lex Prima. In investigandis Eclipsum periodis licet sequi Veterum Ægyptiorum methodum per motus medios traditionem motos, & iteratâ Observatione confirmatos.

Arborem damus his proximis duobus capitibus, fructus in tribus postremis; siquidem juvabit inspicere viam, quam inivimus; & paucas leges, quas nobis praescripsimus in condendis Eclipticis periodis, ut methodice ad optatum finem perduceremur. Causas insistendi planae Ægyptiorum viae reddidi ante primam Investigationem in Praefatione. Quod autem Veteres Ægyptii Observationibus, & motibus mediis communiter notis, praecipue insisterent, ut praestant pas-

(a) *Leibnit.* in Tentam. de motuum Cœlestium causis.

(b) *Dav. Greg. Astron. L. I*, prop. 78.

(c) *Polenus Dial. de Vert. Cœlestib*

n. 148.

passim etiam Recentiores Astronomicarum Tabularum conditores, videbitur in sequentibus.

LEX SECUNDA. Epochā tamen, sive initiam Periodi Eclipsium statuatur tempore vero in aliquā Eclipse, aut observatā, aut legitimè ex Tabulis deductā, qua non sit ita parva, vel distans a Nodis, ut bi in fine periodi distent a Luminaribus ultra terminos, qui requiruntur, ut alicubi detur Eclipse.

Ratio prima partis est, quia cùm loquamur de periodo verā & reali, videretur merè idealis, nisi aliquo saltem puncto temporis vero, cum eo, qui in naturā rerum contingit, defectu conjungatur. Quod autem punctum temporis ad hunc finem aptius, quam Epochā, sive initium ejusdem Periodi, aut finis respectivē, praesertim si a nobis observari possit, unde progredi liceat in futuros annos, vel regredi in praeteritos? Quodd si detur initium, pro quo observationes non sint in promptu, notetur aliquis gradus intermedius, in quo observatio non desit. Ratio secunda partis est, quia extra terminos Eclipticos, etiam Luna conjungatur cum Sole, aut illi opponatur, nulla sequitur defectio, cùm habeat latitudinem majorem, quam aggregatum elementorum, sive semidiametrorum, ex quarum opticā conjunctione oritur defectio. Quinam autem termini requirantur, ut alicubi detur Eclipse, tam juxta motus veros, quam juxta motus medios, videbitur in fundamentis: interim inspiciatur

Vide TAB. Fig. 36. Sit Ecliptica, vel potius ejus portio in loco XV, Fig. 36. ubi fertur Luna V , S , A , P , Orbita Lunae ab ea declinans paulò ultra quinque gradus A , B , CD , communis sectio AC : Nodus motu retrogradō Ascendens, seu Borealis S : Nodus Descendens, sive Australis P . Ponatur nunc per modum suppositionis Lunare deliquum necessariō inferri, si Luna non distet a nodo ultra $7\frac{1}{2}$ gradus; & sint arcus $P\text{S}$, SA , AP , $\text{P}I$; patet, quodd si Luna in fine periodi sit intra aequales arcus circa nodos, necessariō erit Eclipse. Si Nodi

Nodi non essent mobiles, optima Epochae constitutio foret in ipsis Nodis, ubi Eclipsis est non solum totalis, sed ~~etiam~~ ^{etiam} centralis; sed quia nodorum locus in eclipticā mutatur; hinc primū, si Eclipsum periodus cum annis Solaribus compleatur, debet restituere nodos praeter propter ad eumdem locum Zodiaci, vel certè in loco a priore sede minùs distante, quām arcus prædicti. Hinc secundū: quia motus nodorum est retrogradus contra seriem signorum, non debet eligi Eclipse, quae contingat prope Egressum E, aut finem arcus subsequentis S, præsertim si sit minimus quantitatis, ex. gr. semidigitus; alioquin quando expectatur reditus, possent facilè nodi longius a terminis, quām par est, abesse. Hinc tertius: Contrariā de causā, si eligatur Eclipse in P, vel I, tunc in reditu haberet in favorem totum arcum, tam qui præcedit, quām qui subsequitur nodum. Circa Tropicos minor est variatio declinationis, quām circa Äquatorem. Vicissim circa Äquatorem minor est variatio Ascensionis Rectae; unde juxta diversa motiva posset eligi, aut circa Äquatorem, aut circa Tropicos, quod nobis magis arridet. Epocha foret perfectissima, si simul referret maximas Luminaris Eclipse, dato saeculo, & regione. Hinc 4.^o Quia motus nodorum est valdè latus, ut unum gradum conficiat diebus 19 fermè, datur locus Epactis, ut etiam si periodus non exactè restituat Syzygias ad eamdem diem Solarem, adhuc in fine aliam reddat Eclipsem per plura saecula, præsertim si differentia foret unius, vel alterius diei ab anno Solari, quā tamen licentiā non est utendum sine necessitate.

§. V. Quantitas Anni Solaris Astronomici, Ägyptiaci, varijs, & Fixi, seu Juliani, ac Gregoriani, eorumque perfectio, aut defectus.

LEX TERTIA. Inter motus medios, uti illis annis Solaribus, qui & ad intentum aptiores sunt, & a Cælo non

lo non admodum dissident, & abhuc apud cultas Gentes sunt in usu.

www.libtotus.com
 Anni Solaris forma civilis, cui consignatae fuerunt Eclipsum observationes, est varia. Tres sunt principiae. Prima erat anni Solaris *Ægyptiaci vagi* dierum 365 sine ullo intercalari; constabat 12 mensibus tricenum dierum, & quinque diebus epagomenis: unde cum singulis quadrienniis deficeret una dies, ejus initium retrocedendo vagabatur per singulos anni fixi dies; & cum post 365 quadriennia deficeret integer annus; hinc 1461 Anni vagi aequivalent 1460 annis Fixis Sacerdotum *Ægyptiorum*, sive Julianis Romanorum. Haec forma, quamvis a Cœlo dissideat, dicitur adhuc esse in usu apud Persas; & Keplero summoperè displicuit, quod communiter ab eâ receperatur, propter antiquiores Eclipsum observationes in illâ ab Hipparcho, & Ptolemaeo consignatas. Secunda forma est anni *Fixi* Sacerdotum *Ægyptiorum*, qui deinde dictus est *Julianus*, quod a Julio Cæsare fuerit in Romanum Imperium introductus. Constat 365 diebus, & 6 horis, addito singulis quadrienniis die intercalari ex illis horis, seu diei quadrantibus conflato. Haec in Orbe Romano ut plurimum vigebat, & adhuc est in usu apud Anglos. In quatuor saeculis per excessum dissidet a Cœlo tres integros dies. Idcirco cum Civile *Æquinoctium vernum*, quod tempore Concilii Nicaeni primi conjunctum censetur cum die 21 Martii, recessisset ad diem 11 Martii, anno 1582 Gregorii XIII P. M. jussu facta est correctio. Primum quidem extrudendo decem dies a Mense Octobri, ut post diem quartam diceretur decimaquinta, & sic *Æquinoctium civile* rediret ad pristinam sedem 21 Martii. Ne verò ab eâ iterum recederet, edicto cautum in posterum, ut quartus quisque annus saecularis, qui dividi potest per quaternarium, remaneret bissextilis, ut 1600, & 2000. Tres alii saeculares intermedii, ut 1700, 1800, 1900, qui style Julia-

Juliano forent bissexiles, stylo novo forent communis sine die intercalari: hæc enim sœcula 17, 18, 19 non metitur quaternarium. Hinc invecta tertia anni civilis forma ~~www.Libto.org~~ per *Gregorianam Reformationem*, in quâ supponitur annus medius Solaris Astronomicus dierum 365, hor. 5, min. 49', 12", adeoque minor Juliano 10', 48", quæ minuta per singulos annos collecta integrum diem conficiunt annis 133, & quatuor mensibus. Sed quia durum fuisset populo intra quælibet quatuor sœcula auferre dies redundantes, primum quidem post annos 133 $\frac{1}{3}$, secundum diem post annos 265 $\frac{2}{3}$, & tertiam diem anno quadringentesimo: idcirco correctio instituta est juxta prædictam regulam ad mentem *Aloysii Lilii Ferrariensis*, & ad captum vulgi, ut expectarentur anni sœculares, in quibus fieret ea ablatio; quamvis nota esset *Joannis Lucidi* idea, olim oblata Leoni X, ut anno quolibet 133 una dies omitteretur. Sed quænam est quantitas anni Solaris Medii Æquinoctialis? Observatores non convenient; dissidium tamen non est ejusmodi, ut turbet cyclos. Videatur sequens Tabella:

O

TA;

TABELLA PRIMA.

Annus Solaris Medius Äquinoctialis.
www.libtooi.com.cn

	Dies	Hor.	m. i	m. ii	m. iii	m. iv	m. v	m. vi
Hipparcho & Prolemaeo	365	5	55	12				
Alphonſinis in Tabulis	365	5	49	15	58	49	46	26
Copernico in Revolu-					23	30		
tion.								
Tychoni in Progymn.	365	5	49	16				
Al. Lilio. Clavio, &c.								
Auctoribus Calen-								
darii	365	5	48	45				
Keplero in Tabulis Ru-								
dolphinis	365	5	49	12				
Ricciolo in Astrono-								
mia Reformata	365	5	48	57	36			
Philippo de la Hire,								
ex Tabulis in arcu								
annorum 400	365	5	48	48				
Equiti Is. Nevvutono,								
Da. Gregor., Keill,								
Lectione 23	365	5	48	57				
Cassino Seniori, Mem.								
an. 1703, R. S. Ac.	365	5	49	5	48	Vide infra		
Equiti de Louville, in								
Mem. R. S. A. an.								
1720	365	5	49	8				
Cassino Juniori ex Tab.								
in arcu annorum								
400 (a)	365	5	48	52	30			
Nobis ex Comparati-								
one plur. Obser-								
vat.	365	5	48	51				

Ex

(a) 5', 21", qui in Tempore dat h. 2, 10', adeoque in 4 s̄ecul's facta
distributione per singulos annos, unicuique contingunt secund. decea
& novem cum dimidio, quodcum deficit ab anno Calendarii.

Ex quo si fiat ut tempus Anni æquinoctialis in sua minuta secunda resoluti ad totum circulum, sive ad minuta secunda Zodiaci; ita tempus Anni communis ad spatium quæsumum, in nostra hypothesi prodeunt pro Solis motu in an. Communi Sign. XI, gr. 29, 45', 40", 23", 32", 50", 10", &c. Similiter, si minuta secunda Zodiaci multiplicentur per minuta secunda diei, & summa dividatur per minuta secunda anni æquinoctialis, pro motu Solis diurno eruuntur nobis 59', 8", 19", 47", 25", 56", &c.

Quod autem Auctores Gregorianæ Reformationis assumperint prædictam anni Solaris medii quantitatem, inde infertur, quia cum ex 400 annis Julianis afferantur dies 3, hoc est 259200", in quæ resolvuntur, si fiat ut 400 ad 259200, ita 1 ad 4 proportionalem terminum, invenientur in hypothesi Calendarii Gregoriani deesse ad complendas 6 horas anni Juliani minuta secunda 648", sive 10' minuta prima, & 48" secunda, quæ complent numeros (a) præcedentis Tabellæ. Idem numerus 259200 restituitur multiplicatione 648" in 400, hoc est, in numerum annorum intercurrentium in quatuor sexculis. Quare cum Calendarium Gregorianum ponat annum Solarem medium 365, hor. 5, min. 49', sec. 12", non video, cur (b) aliquibi legantur 24" pro 12". Parem anni Solaris medii quantitatatem (c) propter motum apogei invenit Claris. Cassinus Senior, loco laudato, in Memoriis, sive actis anni 1703, hoc est, Gregorianam; unde intulit nihil hic innovandum: Hinc D. Fontanelle a Secretis R. S. A. Paris. comparatis observationibus Hipparchi, & Cassini interyallo 1848 annorum Julianorum distantibus, resultare videns præcisam anni Gregoriani quantitatem, fateatur admirabili aquitate regulatam (d). Sic-

O 2

ut

$$(a) \begin{array}{r} 49' \\ + 12' \\ \hline 60' \\ - 48' \\ \hline \end{array}$$

b. 6. • •

runt D. Malezieux, & D. Maraldi in Mem. 1715, pag. 225, &c.

(b) Vide Cl. Huart in novâ Præfatione ad Astron. Dav. Gregor. (c) Eamdem quantitatem inven-

(d) D. Fontanelle, Histor. 1703. C'est précisément l'année Gregorienne, qui par consequent a été réglée avec une étonnante exactitude.

ut autem in hypothesi Calendarii dies auferenda completur physicè post annos $133\frac{1}{2}$; ita in hypothesi *Equitis de Louisville*, qui in R. Sc. Acad. Paris. per plures annos summâ diligentia quantitatem anni Solaris medii inquisivit, completur post annos $132\frac{1}{2}$, sive media anno $133\frac{1}{2}$: sed nemo non videt in civili computo præferendam Calendarii methodum, ut pro ablatione diei redundantis in formâ Julianâ, expectetur annus quilibet secularis, qui quaternario non mensuratur.

Ostendendum supereft discrimen Recentiorum ab Auctoribus Calendarii non esse tanti momenti, ut turbet cyclos condendos. Exemplum sit in triplici hypothesi. Eques *de Louisville*, post minuta prima, numerat $8''$, Gregoriani $12''$: differentia annua est tantum $4''$, quibus annus Calendarii superat annum a Louvilleo observatum. Quero jam, quando nam Gregoriana Reformatio excedet alteram integrâ die, præscindendo ab omni alia mutatione. Dies constat hor. $24'$, que multiplicatz per 60 conficiunt $1440'$ minuta prima; & hec multiplicata per 60 resolvuntur in $86400''$ min. secunda, quot requiruntur ad complendam unam diem. Fiat jam Analogia ut 4 ad 1 , ita 86400 ad quartum terminum, prodibit $21600''$; ergo cum annus Gregorianus excedat annum medium Cœlestem, a Louisvilleo summâ curâ observatum $4''$, eundem non excedet integra die, sive $86400''$ secundis, nisi demum post annos 21600 . Talem, ac tantam Calendarii cum Cœlo consensionem nullus ausus fuisset sperare, ne dum exposcere: Si annus foret dierum 365 , hor. 5 , min. $49'$ præcisè, ejus differentia a Juliano esset $11'$ minutorum primorum, discrimen a Gregoriano $12''$ secundorum: consequenter integræ diei differentia respectu anni Gregoriani, non completeretur in hac hypothesi nisi post annos 7200 . In hypothesi mediarium (4) obser-

(4) *Coffr. Jacob. Elem. Astron. L. II. c. 10*

observationum d. 365, h. 5, 48", 47", discrimen ab anno Gregoriano est 25", adeoque integra dies non completeretur nisi post annos 3456, quot verosimiliter non dabuntur ab anno 1600, hoc est, a seculo Gregorianz correctionis usque ad diem universalis Iudicij; ut propterea Summi Pastores non sint tanto ante follicitandi, ne in hac quidem hypothesi pro aequatione, quz tunc esset ab iis facienda per ablacionem unius diei, si tandem durarent humanae generationes, & tandem hypothesis ad libitum assumpta sibi conseraret. Quin & facile erit recidere in hypothesim Calendaris, vel aliam diuturniorem, si non contemnatur motus apogei; ne quid dicam de obliquitate Eclipticæ, aliisque causis, quz aliquam inducere possunt varietatem. Prædicta veteris animadversionis ad Recensionum hypotheses facta applicatio una cum aliâ facienda in motibus Lunæ aliquod fortasse lumen afferre potest ad tollenda dissidia ne ulterius queratur nodus in scirpo; quando etiam Protestantes Germaniz statu ab initio hujus seculi Gregorianam anni Solaris correctionem admiserunt, ne Äquinoctium labentibus facultis percurreret singulos anni dies. Nobis certè sufficit ad stabiliendas Eclipticas periodos, quz inventis numeris sint minores. Sed quantum est Apogei Solaris progressus? Ei tribuunt annum motum Cassini, & *De la Hire* 1', 2", vel potius 1', 1", 30". Eques *De Loxville* 52", 30", unum gradum annis septuaginta. *Flamstedius*, aliique conjungunt cum apparenti Fixarum motu proprio, ut annuus sit 50", unum gradum conficiant simul annis 72. Præcisa quantitas pendet adhuc ab observationibus posteritatis. Sed hæc non turbant nostros Cyclos, qui non pendent a sede fixa æquinoctii civilis, præfertim in formâ Julianâ.

§. VI. De Anno, Mensibus, & Motibus Lunaribus.

LEX QUARTA. *Ad constituendas Eclipserum Periodos aquare annos Solares cum Lunaribus, saltem per aliquas Epactas, et perfectiores, quod minores.*

Qui Lunæ motum diligentissimè observarunt, illum a quatuor punctis computare coniuerunt: 1.^o A Signo Arietis, sive ab initio primi dodecatemorii, sive ab æquinoctio Verno: hæc enim omnia idem significant. 2.^o Ab Apogeo Lunaris Orbitæ, quæ supponitur Elliptica, vel ad ellipsem accedens, cuius loco alii computant motum ipsius Lunaris Apogei. 3.^o A Nodo Ascendente, cuius vice alii supputant retrogradum Nodi motum. 4.^o A Solis centro opticè considerato, prout majorem, vel minorem angulum facit cum Lunâ. Primus metitur motum Lunæ *medium*, simpliciter saltem, seu *periodicum* per Zodiacum. Secundus motum *Anomalie* per suam Orbitam. Tertius motum *Latitudinis*, sive aberrationis ab Eclipticâ. Quartus elongationem Lunæ a Sole, vel accessum ad *Synodum*, seu conjunctionem cum illo (^a). Invicem autem ita connectuntur, ut medius motus periodicus excedat motum medium Anomaliz, medio motu apogei. Medius motus elongationis a Sole habetur auferendo a motu periodico Lunæ medium Solis motum. Si a motu Lunæ ab Apogeo subtrahatur motus Anomaliz, residuum dabit motum ipsius Apogei Lunaris. Si vero a motu medio subtrahatur longitudine Apogei, residuum dabit Anomaliam medium. Si medio motui ab Ariete addatur motus nodorum, summa erit motus, sive argumentum Latitudinis. Vicissim motus Nodi eruitur auferendo motum periodicum ex motu medio latitudinis, Mixto mensem Solarem, hoc est anni partem dierum 30, horar. 10, min. 29, sec. 4^o. *Riceiolus* invenit Mensum Lunarium quantitatem, ut in sequenti Tabella

TA-

(a) Alijs iniquitas nunc sepeti soles ab Apogeo Solari.

TABELLA II.

www.libtool.com.cn

Nomina Mensium.	Dies	Mors	m. i	m. ii	m. iii	m. iv	m. v
Periodici, cap. 12, Lib. II, Astro- nom. Reform.	27	7	43	5	17		
Anomalistici	27	13	18	34	30		
Dracontici, seu La- titudinis	27	5	5	36	0	55	
Synodici, cap. XI, Lib. II, Astro- nom. Reform.	29	12	44	3	10	50	30

Revolutionem *Apogei* annis Ægyptiis vagis 8, & diebus 311, h. 5, 30' ferè (*D. Cassinus Junior* 8 annis commun., & dieb. 311, h. 8). Revolutionem Nodi annis Ægyptiacis vagis 18, diebus 228 circiter, hoc est annis Julianis 18 cum quatuor intercalaribus, & diebus 224 ferè; utroque enim modo dies completi sunt 6798. Sed quia hoc motu præcipue indigemus in Eclipsibus, si accuratiùs res expendatur, superaddi debent, juxta *Keplerum* in Epitome hor. 3, 50'; juxta Tabulas Flamstedii h. 4 cum dimidia ferè, quamvis Analogia simplex paulò minus 8 horis videatur adjicere. *Cf. Jacobus Cassinus* (a), factâ plurium Eclipsium comparatione, invenit periodum nodorum Lunæ inæqualem: sed medium 6798 d., 7 h., 0'. Si quis velit, dato quovis cyclo numerum mensium, sive integrarum revolutionum decursarum, tunc uti potest ad plura annorum millia regulâ *Hipparchi*, quæ licet non sit exactissima quoad appendicem graduum, & minutorum, est satis exacta quoad numerum integrarum revolutionum. Ex Eclipsibus ergo invicem distantibus, inter-

(a) *Cass. Jacob. Elem. Astron. L. III*, c. 6, qui c. 8, & seqq. Men- sem Periodicum invenit 27 d., 7 h., 43', 5".

intervallo annorum Julianorum 344, dierum 363, & horæ unius, seu dierum 126007, h. 1, invenit *Hipparchus* transactos Menses Synodicos 4257; Periodicos 4612, minus gr. 7, 30'; Anomalisticos integros 4573. Non tamen restitui Latitudinis Apocatastasim, nisi Lunationibus 5458, & tunc compleri revolutiones Latitudinis 5923 in annis Ægyptiacis 441, diebus 213, hor. 23, min. 23', sive diebus in torum 161188, hor. 23, 23'. *Ricciolus* (a) ex duabus Eclipsibus inter se valde similibus invicem distantibus intervallo annorum Julianorum 2362, ac præterea dierum 16 $\frac{1}{4}$, hoc est, in totum dierum 862736, horarum 6, min. 42', 31'', deprehendit completas Lunationes 29215, quibus dividitis per numerum Hipparchi 5923, & summâ divisâ per 5458, proveniunt menses Dracontici, seu revolutiones Latitudinis integræ 31704, per quas dividendo prædictum intervallum Eclipsum reperit quantitatem mensis Dracontici tantâ cum subtilitate dierum 27, hor. 5, minutor. 5, 36', 0'', 55''. Cum ergo denatur duo termini proportionis, si quis velit scire quot menses Synodici, vel Dracontici inveniantur in dato Cyclo, v. g. 521 annorum, potest per auream regulam invenire quartum terminum proportionalem. Hoc artificium semel indicasse sufficiat. Ceterum transactum revolutionum numerus non semper est necessarius ad cognoscendas Eclipses. Appendix verò graduum, & minitorum, vel dierum, & horarum, quæ fortè supersit post integras revolutiones, melius cognoscitur ex Tabulis. Neque ad finem intentum multa cura. Mensis Periodici, si cyclus restituat Syzygias ad eamdem diem Solarem, adeoque ad eundem ferè gradum Zodiaci. Mensis Anomalisticus, præter diversitatem in parte obscuratâ, potest inducere in Eclipses illam varietatem, quæ est inter apparentes Luminarium diametros, minimus in Apogeo, maximus in Perigeo, quacutie-

(a) *Ricciol. Almag. L. IV*, c. 82. Confer quandom, c. 28.

otique diametri differentia est paucorum minutorum. Etsi vero cognitio Perigei, vel Apogei magnum usum habet in Epochis, ut motus veri, ac mediis convenient, aut colligentur; tamen hi melius connectuntur per Syzygias Eclipticas, in quibus minus periculum erroris, praesertim in totalibus Lunæ defectibus. In Mense Latitudinis non potest esse differentia sensibilis inter Recentiores, quando convenient in annuo nodorum motu. In Mense Synodico major varietas: sublatis erroribus, convenient omnes a temporibus Hipparchi, & Ptolemæi in numero dierum 29, horarum 12, min. 44', 3": Differunt in consequentibus minutioribus particulis. *Ptolemaeus* addit 20". *Copernicus*, *Rheinoldus*, & *Clavius* 10", 48''. *Tycho* 8", 39'', 46'', 48''. *Keplerus* 10", 51''. *Hire* 11". *Viete* 10", 43''. & paulò plus. Huc fortasse allusit *Ricciolus*, quando adjectit 10", 43'', 50'', 41'', 25''', 43''''. Hæc autem omnia intelligenda de motibus mediis, qui resultant ex longioris intervalli divisione, factâ æquali distributione per intermedias integras revolutiones, ex quibus minores particulæ melius inveniuntur resolvendo, quam componendo. Nam motus veri sunt re ipsâ inæquales. Hinc mensem Synodicum longissimum *Ptolemaeus* observavit dierum 30, hor. 3, min. 14', 3". *Tycho* dier. 30, horar. 1, min. 24', 30". *Keplerus* dier. 29, hor. 19, min. 47'. Brevissimum *Ptolemaeus* dier. 28, hor. 22, min. 14', 3". *Tycho* dier. 28, h. 23., 24', 3". *Keplerus* dier. 29, h. 6, min. 42'. Mihi mensis Periodicus, ex plurium observationum comparatione, prodit dierum 29, h. 12, 44', 3', 7", 20'': neque obitant Veteres, quia meridianus Babylonis, & Alexandriæ vicinior est nostro, quam supponebant, qui existimant idcirco mensem Synodicum diutiniorem ex majori, ut putabant, temporis differentia, inter illos meridianos, & nostros.

Ex Mensibus componuntur Anni. In Anno Solari Civili, & communī 365 dierum motus retrogradus

dus Nodorum Lunæ in Flamstedianis Tabulis ad cal-
cem Wisthoni legitur 19, 19', 43"; sed est error ty-
pographicus, ut patet ex numeris consequentibus, v. g.
biennii, qui debet esse duplus præcedentis (^a). Corri-
gendum ergo sic, ut ejus dimidium sit motus annuus
19, 19', 43', quantum numerant Tabulæ Ricciolii (^b),
De la Hire, Cassini. A Nobis inventus est gr. 19,
19', 43", 1", 7", 55", 44" (alias 14", 45") ex
quo eruitur motus diurnus nobis 3', 10", 38", 18",
16". Annis 19, Tabulæ Anglicæ dant 7, 27', 22".
Hireanæ & Cassinianæ 7, 27', 20". Anni Lunares ba-
bentur multiplicando per 12 superiores medios motus
mensium; proinde 12 Menses Synodici nobis con-
ciunt dies 354, h. 8, 48', 37", 28", sive, ut alii nu-
merant 8, 48', 38", 12", vel 10", & hic est annus
Lunaris communior, cui consequenter ad annum So-
larem civilem 365 dierum deficiunt pro annua Epa-
cta, sive zquatione dies 10, h. 15, 11', 22", ut ha-
betur in Tabulis tam Hireanis, quam Cassinianis (No-
bis d. 10, h. 15, 11', 22", 33") quibus exhibentur
Epactæ pro inveniendis Syzygiis, dato quovis Anno-
rum numero, quarum loco in aliis habetur arcus e-
longationis Lunæ a Sole in gradibus & minutis. Cas-
sino (^c) Seniori annus Lunaris fuit dierum 354, h. 8,
48', 37", 5", 45", 40". Quo numero subtracto ab
anno Medio Gregoriano Astronomico, relinquit pro
annuâ epactâ zquinociali dies 10, hor. 21, 0', 34",
54", 14", 20". Huic suppositioni innixas Calenda-
rii Epactas pro inveniendis Noviluniis mediis Claviss
censuit tunc assumi posse ad annum 8100: Cassinus
Parens etiam ultra annum Christi 13200, licet non
extendat ultra annos 11600 periodi sibi peculiares.

Anni Lunares ex 12 præcisè Lunationibus adhi-
ben-

(a) Liceat ad hec descendere, ut
collantur impedimenta.

(b) Ita in Tabulis; At Lib. II, A-
stron. Reform. c. 14, motum an-

num nodi ponit 19, 19', 43",
3", 53".

(c) P. Bergundius Exercit. de coh-
rentia calculi Astronomici, prop. 3.

bentur a *Philippo de la Hire* in *Eclipsum periodum*: communiter tamen a *Populis connecti solent cum annis Solaribus per Epactas civiles 11*, vel 12 dierum, aut per additionem Mensis Embolimzi, sive intercalaris, & tunc annus Lunaris continet XIII Lunaciones, quæ absolvuntur diebus 383, hor. 21, min. 32', 41'', vel 42''. *Populi* qui utuntur anno Lunari sunt *Hebrei*, *Greci Veteres*, *Turci*, &c., sed vario æquando modo, qui videri potest apud *Chronologos* (^a), a quibus non omittendi *Sinenses*. Singularis fuit æquatio Solaris apud *Athenienses*, & Numæ *Pompilii* apud *Romanos*, quorum quadriennium Lunare æquabatur quadriennio Solari, quando, cognito anno Lunari 354 dierum (non 355), Sacerdotes non perturbabant eorum Leges, videlicet, ut post primum biennium fieret additio mensis Merkedonii paris 22 dierum, post secundum biennium Merkedonii imparis 23 dierum: summa enim totalis (^b) dierum 1461 in utrâque formâ est eadem. Mensem Embolimaeum addebat *Greci* anno 3, 5, 8, 11, 14, 16, 19, initio ducto a plenilunio post Solstitium *Æstivum*. Alterum *Adar Hebrei* subdunt anno 3, 6, 8, 11, 14, 17, 19, initio ducto a Lunâ Paschali in anno Sacro, a Lunâ Septembri in anno civili. *Turcae*, & *Arabes* in cyclo 29 annorum inserunt diem intercalarem anno 2, 5, 7, 10, 13, 15, 18, 21, 24, 26, 29, initio ducto a die 16 Julii, in quam incidit Fuga Mahometis (*Hegira*) anno Christi 622. *Sinenses* (^c) annum suum Lunarem, constantem 12 mensibus alternatim 29, & 30

P

die.

(a) Vide *Wolfium* in *Elem. Chronolog.*

(b)	365	354
	365	354
	365	22
	366	354
		354
		23

1461

(c) V. P. *Bartoli*, *Cina*, pag. 60.

dierum, inchoant ab eo Novilunio, quod propius est
15 gradui Aquarii, quasi a medio inter Tropicum,
et aquilonem: & singulis quinquenniis aequant
suum annum cum Solari. In fine Primae Investigat.
addidimus caeteris formis *annum Helio-Draconicum*.
dier. 346, h. 14, 52', 21", quo Sol & caput Dra-
conis contrario itinere sibi occurunt.

Ex annorum cognitione devenitur tandem ad con-
dendos *Cylos*, in quibus certa Lunarium quantitas
una cum determinato annorum Solarium numero com-
pletur. Ed perventum est primò, comparando veteres
observationes cum recentioribus. Secundò, per ad-
ditionem, quaerendo ex Tabulis numerum aequalem
dierum, horarum, &c. in motibus utriusque Lumi-
narum. At Cyli hac dupliciti vià quæsiti non solent es-
se exactissimi, v. g. Cyclus XIX annorum Julianorum
reducit in fine novilunia, & plenilunia media hor. 1,
min. 27'. 31", 53", ante priscam sedem, quam habe-
bent initio: adeoque nisi habeatur ratio hujus aequa-
tionis, inducere potest in errorem sensibilem saltem
post plura saecula. Idem cyclus Solaris Enneadecaë-
tidis constat 19 annis Lunaribus, ac praeterea septem
aliis Lunationibus, quas dicebamus a variis vario mo-
do insertas. An non esset perfectior Periodus, in
quā completerentur tam anni Solares, quam Lunares:
sed quis hanc consonantiam invenit? Idcirco tertiam
viam aperiemus, comparando invicem proportiones an-
ni Solaris, & Lunaris. Quia verò etiam hac metho-
do arduum est paria facere illa tempora; propterea
advero, quod si necessaria foret brevis aliqua aequa-
tio, ea nec impediret moralem aequalitatem, nec e-
xemplo carereret. Sic Periodus Annorum 1184 stylo
Gregoriano, quā utitur Illustris. Praesul *Franciscus*
Blanchinus in problemate Paschali, propos. III, initio
ducto ab anno 1600 Ærae Christianae, exigit ut ul-
timus, qui deberet esse Bissextilis, fiat communis 365
dierum; tum enim putat medios Lunæ motus recti-
tus

qui exactissimè ad eamdem feriam , anni diem , horam , minutum , &c. Caeterum quòd aequatio fuerit brevior , èd cyclus erit perfectior , cùm indigeat minori correctione ; perfectissimus , si nullà . Viceversà , èd imperfectior periodus , quòd majori indigeat correctione . Demùm , quòd Astronomorum dissidium circa Lunae motus non impedit cyclos condere , ostenderemus in quinto Fundamento .

C A P U T III.

Fundamenta, & Artificium Constructionis Eclipticarum Periodorum.

S. VII. *De Eclipsium perfecta restituione , ac varietate.*

FUNDAMENTUM PRIMUM.

Perfectissima Eclipsium Apocatastasis ; sive exacta in omnibus circumstantiis , etiam extrinsecis , restitutio , inveniri non potest intra pauca annorum millia .

Id evincunt observationes : Nam Stellae Fixae ab Orbe condito ad nostram aetatem spiras diurnas quotidie variare apparuerunt , ut patet ex continuato accessu Polaris ad Polum Mundi Boreum , atque ex intersectione Eclipticae , & Äquatoris (perinde enim est , sive dicas Äquinotia praecedere Tellure motà , sive Fixas progreedi secundùm seriem Signorum Tellus immotà). Unde totum circulum , juxta Cassinum , confident annis circiter 25200 ; tribuit enim singulis annis 51" , vel in hypothesi Riccioli 25579 ; singulis enim annis tribuit 50 , 40" . Similes varietates in aliis

corporibus Cœlestibus , servatâ proportione , notatz sunt , ut constat ex lento motu Apogei , sive Aphelii etiam primiorum Planetarum . Eclipses ergo etiam ha redirent ad eundem gradum Zodiaci , eamdem horam , &c. non haberent eundem respectum extrinsecum ad Fixas , & Planetas , nisi tam illæ , quâm istorum Apogea suum cursum pariter confecissent ; quod cùm obtineri non possit intra pauca annorum millia , neque intra hoc spatium idem respectus extrinsecus haberi potest . Quare verissimum est Deum , juxta phrasim Sanctorum , *in hoc saeculorum carmine* nunquam bis eundem versiculum , sive eamdem Astrorum combinationem iterasse . Quid si humani vultus diffinitudo in tot diversis mortalibus fecundam Divinae mentis ideam indicat , nonnè eamdem monstrant motus Cœlestes per tot saecula mirâ varietate constantes ?

FUNDAMENTUM SECUNDUM.

Neque eadem habitudo , ipsis Eclipsib'us quodammodo intrinseca , intra pauca saecula sperari potest restituenda , & omnes circumstantiæ per se ad deliquia pertinentes spectentur .

Nam quantum ex Eclipsium historiâ , a pluribus ante Christum saeculis repetitâ , atque ex oculari nostrorum temporum inspectione indagare licuit , semper aliquam varietatem deprehendimus , vel in obscurationis quantitate , vel in qualitate , sive ad Austrum , sive ad Boream magis , minusve inclinante , vel in duratione & tempore , vel umbrae ingressu , atque egressu per diversos gradus peripheriae , sive transitu per diversas maculas , atque ragiones .

Sit *primum Exemplum* in singulari Riccioli^(*) combina-

(*) Ricciol. Almag. L. IV , cap. 220

binatione: gratulatur hic Auctor, & gratias agit Deo, quod sibi reservaverit invenire duas Eclipses usquequa-
www.xlibtool.com.cn
 que similares, quales olim frustra opeaverant Astronomi, licet intervallo annorum Julianorum 2362, & dierum 16 $\frac{1}{2}$ distantes: alteram anno 720 ante Christum Babylonie a Chaldaeis observatam nocte sequente primam diem Septembribus horâ ad Meridianum Bononiae relata h. 6, m. 5', Sole primum Virginis gradum obeunte; alteram anno 1643, die 27 Septembribus stylo Gregoriano, 17 stylo Juliano, hor. 7. $\frac{1}{2}$ Sole in gradu Librae 4 $\frac{1}{2}$. Fateor utramque fuisse prope nodum Australis, utramque sex digitorum ad Boream, & habere plures alias, sive convenientias, sive approxima-
 tiones; sed nec erat eadem anni dies, nec eadem Lu-
 minarium longitudo, sed diversus gradus in Zodiaco
 nec eadem distantia a Terris, nec eadem latitudo. Se-
 cundū: Nec idem gradus Anomaliae, cùm in primo casu Luna distaret a suo apogeo grad. 160; in secun-
 do 165. Tertiū: Consequenter in primo casu apparen-
 tes Lunae diameter erat aliquantū minor, in secundo ali-
 quantū major. Quartū: Similiter in primo casu pau-
 lō remotior a nodo, in secundo paulō propior; er-
 go, neque haec combinatio habet omnes circumstan-
 tias per se pertinentes ad Eclipsem aequales.

Secundum Exemplum sit in duplici Lunae defe-
 cto, quorum alter ab altero caeteroquin remotissimus,
 cùm invicem distent triginta fermè Saeculis V. Cl.
Joannes Dominicus Cassini (^a) par simillimum visus est
 invenire in Eclipsis Lunari anni 1703, die 3 civili men-
 sis Januarii; & in eâ, quae contigit anno 366 aerae
 Nabonastaris in eodem ferè loco Zodiaci; eadem an-
 ni Juliani die, & quasi eadem hora; antiquam enim
 illam consignat hor. 6, min. 36', maturin. diei civi-
 lis 23 Decembribus anni 383 ante vulgarem Christi E-
 pocham; recentem verò diei tertiae civilis Mensis Ja-
 nuarii anni 1703 stylo Gregoriano, quae dies Anglis,
 qui

(a) *Io. Dom. Cassi. in Memor. R. S. Acad. an. 1703, pag. 30, &c.*

qui Calendarii reformationem non suscepérunt, erat
 23 Decembris anni 1702 in forma Julianā. Omisit au-
 tem inquirere, num ea combinatio sit ex iis, quae
 per *accidens* dicuntur evenire, an certā periodi lege
 recurrat, quod nos infra quaeremus, interim adver-
 tendo inter utramque intercedere annos Julianos So-
 lares completos 2084. Caeterū in hoc quoque recur-
 su non unum discriminēt invenire. Etenim obser-
 vatio Babylonica ferebat defecisse Lunam ab ortu ac-
 tivo, Parisiensis verò, ex appulsiū umbrae ad Ari-
 starchum affert ejus transitum aliquantulūm viciniorē
 nodo Orientali; ergo nonnihil differunt in qualitate.
 Quantitas summae obscurationis in primo casu Baby-
 lone videri non potuit, quia Luna occidit deficiens ad
 3 circiter digitos. Parisius in secundo casu 7 digitor.
 min. 58' vidit *Philippe de la Hire*. Initium Eclipsis
 Babylone visae, ut eruitur ex Ptolemaeo Lib. IV Ma-
 gnac syntaxis, fuit hor. 5, min. 30' post mediam no-
 ctem. Initium verò alterius defectus Parisiis observa-
 tum horā 5, min. 35' post mediam noctem. Sed dif-
 ferentia meridianorum Babylonis ad Eufratē, & Lu-
 tetiae ad Sequanam nonne adducit discriminēt majus,
 vel certè non minus (1) horis duabus cum dimidio?
 Hora ergo primae observationis, licet ferè eadem nu-
 meretur in diversis Meridianis, non erat eadem abso-
 lutè, sive respectu ejusdem Meridiani, ac propterea
 etiam in temporis circumstantiā est aliqua diversitas
 non spēnenda. Sed ne quis suspicetur hanc varia-
 tem in longo saeculorum intervallo reperiri, non au-
 tem intra breve spatium.

Sit tertium Exemplum in duobus defectibus Sola-
 ribus gradūs periodici dominantis, & omnium, qui
 hoc saeculo in Europā apparuerunt maximis. Primus
 contigit anno 1706, die 12. Maji: Romæ, ex obser-
 vatione Ill. *Francisci Blanchini* initium h. 8, 39, 48''
 post,

(1) *Cassinius Junior*, ponit differen- | Elem. Astronom. *P. Maire* hor. 2,
 tiam hor. 2, 32', lib. III, c. 8, | 47', 54''.

post medium noctem: 10 digiti obscurationis hor. 10,
 1', 15', summam obscurationem, aliasque determina-
 tiones nubes notare prohibuerunt. Finis h. 11, 24', 5".
 Nos, qui cum eramus Romæ, summam obscurationem
 existimavimus majorem 10 digitis, remanente ad Bo-
 ream parte Solis non obscurata dig. 1 $\frac{1}{2}$ ferè. Eum-
 dem defectum Parisiis coram Ludovico Magno, tota-
 que Reg. à Domo apud Marli observarunt *Cassini* fi-
 lius, & *De la Hire* Junior: initium dubium propter
 nubes hor. 8, min. 26 matutin. finem h. 10, 41', 54',
 summam obscurationem definierunt undecim digito-
 sum cum aliquot minutis. Diameter Lunae superabat
 apparentem Solis diametrum minutis 2 $\frac{1}{2}$ circiter: qua-
 se in Provinciâ Occitaniâ, & Delphinatu fuit Eclipsis
 totalis cum morâ, quae mora Arelate dicitur fuisse
 quinque minutorum, hoc est, omnium possibilium
 maxima. Propriètate obscuritas fuit summa non sine
 quodam horrore, qualis non sentitur in noctis tene-
 bris. Venus, Mercurius, & Fixae nudo oculo conspe-
 ctae, Aves nocturnae a suo nido eruperunt, diurnae
 in suos sese nidos receperunt. Nihilominus in eâ
 obscuritate circa Lunam apparuit quidam fulgor sub-
 pallidus, sive ex inflexione radiorum Solis, sive ex
 atmosphaera alterutrius Luminarium, juxta varias Phy-
 sicorum sententias. Junioris parens *Philipus de la Hi-*
re in Regiâ Parisiensi Speculâ determinavit initium
 h. 8, m. 25', 42" matutin., diametrum Solis 31', 45".
 Diameter Lunae erat major Solari ex observatione
Cassini Senioris 2' circiter. Summam obscurationem
 dig. 10', 58", hor. 9, 31', 42", statuens differentiam
 inter Marli ad occasum, & speculam 57" temporis.
 Placuit hanc Eclipsim eligere inter plures a nobis vi-
 fas, quia cùm Sol esset non longè a suo Apogeo, &
 Luna non longe a suo Perigeo, est combinatio valde
 apta, ut fiat Eclipsis restitutio. Videamus an facta fue-
 rit proximo tempore, nempe in fine illius simplicis
 periodi anno 1724, die 22 Maii, quando pariter fuit

Ecli.

Eclipsis Solis totalis in pluribus Galliae locis. Sed quoniam apprens defectus Solis est vera defectio Telluris, in primo casu anni 1706, motus umbrae in superficie Terrestri erat ab Africo in Boream: Cœpit oriente Sole in Oceano Atlantico inter Cayennam Insulam, & Caput Viride, tum per intermedias Regiones processit versus Tartariam Sinensem, circa cuius mare Orientale desit^(a) umbra mera, sive totalis Eclipsis occidente Sole. In secundo casu, nempe anni 1724 Eclipsis^(b) totalis, sive *umbra mera* cœpit quidem oriente Sole citra aequatorem; sed in Oceano Pacifico ultra Californiam prope meridianum 230: tum curvam describens circa superiores Groelandiae partes, quasi circa suum polum, desit occidente Sole in finibus Italiae prope Alpes, ut videri potest in Typo *D. Manfredi*. Hoc unum discrimen in motu umbrae meræ, & locis illi subjectis assert secum tot differentias, ut caeteras liceat omittere. Quod si tanta varietas, ubi maxima sperabatur aequalitas, nonne hoc confirmat, quod antea dicebamus, exactam Eclipsium apocalastasim fugere universas, quae extant præteriorum saeculorum observationes?

S. VIII. De Eclipsium restitutione morali.

FUNDAMENTUM TERTIUM.

Periodica Eclipsium revolutio non frustra inquiritur: varietas autem, quæ intervenit, ut & Astronomorum dissidium in Tabulis, non turbat moralem restitucionem; imò nec physicam, quæ est communis suppositio apud Astronomicalrum Tabularum Condidores. Fru-

(a) Vid. *Coffeum Seniorem* in Mem. R. S. Acad. 1706. | (b) Hujus Eclipsis Observations' vide Parte II, c. 2.

Frustra inquiri dicitur quod vel non datur in rerum universitate, vel quod humani ingenii vires ita superat, ut illud assequi cum ordinariae Providentiae auxiliis non valeant, vel quod sit prorsus inutile. Nihil horum convenit periodo Eclipsum. Non ergo frustra inquiritur; nam primò, quod detur in rerum universitate evincunt observationes; sicut autem Trigonometriz non obstat, quod Diagonalis sit incommensurabilis lateri, aut diameter circuli peripheriz; ita in re nostrâ si motus cœlestes forent reipsâ incommensurabiles, non obtaret quominus per particulas minores, & minores in infinitum redigantur ad insensibilia in assignandâ differentia: si verò aliqua in motibus Cœlestibus admitteretur inconstantia, ea non foret sine certâ, & constanti Lege. Secundò: Quod humanum ingenium, Deo adjuvante, earumdem Periodorum rationem reddere possit in Terris, constabit ex cyclis tum Veterum Ægyptiorum, & Chaldeorum, tum Recentiorum. Tertiò: Quod non sit inutilis inquisitio eruitur ex objecto; nam præterquam quod clamat vetus adagium: *Deus & Natura nihil frustra*, inde fit manifestum, quod nulla methodus facilior, aut expeditior inveniendi Eclipses, sive præteritas, sive futuras, quam applicando ejusmodi Cyclos cum debitiss cautionibus: Quod illi melius intelligent, qui longioris calculi molestiam sint experti: quinimò teste Seneca^(*), frustra a naturâ tanta spectacula ederentur, si non invenirent spectatores: *Nos autem tantis spectaculis genit peritura fructum operis sui, si tam magna, tam pulchra non admireremur.* Altera pars passim supponitur ab Astronomicarum Tabularum conditoribus, scilicet motus Cœlestes in aliquo vero sensu esse periodicos, & in sece redeentes. Quare quando in prioribus fundamentis visi sumus ponere basim contrariam, reipsâ non adversati sumus communi hypothesi, sed solùm exposuimus quo sensu sit intelligenda, ut loquendo in rigore Mathematico, semper in reditu

Q

tu

(*) Seneca, L. de Vita Beata, c. 32.

tu Eclipsum interveniat aliqua varietas vel temporis, vel loci, vel quantitatis, vel qualitatis, aliarumque circumstantiarum, quæ mirificè commendant Divinæ mentis fœcunditatem, & Harmoniam Exemplarem. Quod pertinet ad Tabulas, fateor esse aliquam Eclipsum, quæ juxta aliarum calculum debebat dari, juxta alias non debebat; at id raro contingit, & in defectibus minimæ quantitatis, sive in casu quo proxima sit egressio a terminis Eclipticis, qui casus a nobis excluditur in assumendâ Epochâ periodi. Ceterum diffidium Astronomorum circa motus medios Luminarium sicut in talibus particulis minutioribus, ut si ageretur de distantia Tibur inter, & Urbem Romanam, quam nostris passibus metiri possumus, nemo speraret tantam concordiam in dimensionibus, quam habent Tabulæ Astronomicæ correctiores etiam in longioribus intervallis, v. gr. mille annorum. Sic Tabulæ *Rudolphinae* mille annis Julianis tribuunt pro Epochâ dies 15, hor. 15, 12', 20'', 48''', 50''. *Ricciolii*, dies 15, hor. 15, 12', 22''. *Hireana*, dies 15, hor. 15, 25', 15''. *Cassiniæ*, dies 15, h. 15, 25', 29''. *Nostræ*, d. 15, h. 15, 24', 41''. Motui Nodi ab *Rudolphina*, & *Ricciolii* dant Signa 8, grad. 21, 51', 7''. *Flamsteadiana*, Signa 8, 21, 51', 47''. *Hireana* 8, 21, 51', 10''. *Cassiniæ* 8, 21, 50', 51''. (a) Quantulum est hoc discrimen in tanto intervallo? Sic in cyclo viers annorum Julianorum 3400, diffidium invenimus consistere intra tres horæ quadrantes, juxta aliquos; & hor. 2, min. 50' ferè, juxta alios, quæ differencia anticipare potest, vel differre Syzygiam medium; sed non turbat Eclipsum cyclum, quia motus nodi intra tres horas variat arcum 24'' secundorum; motus vero Solis intra tres horas percurrit arcum 7', 24'' aded-

(a) Sic quater mille annis Julianis
Kepler. in Rudolph. tribuit pro Epochâ d. 3, h. 11, 21'. 16'', 33'''.
Ricciol. d. 3, h. 11, 21', 19''.

<i>Hirens.</i> d. 3, h. 12, 12', 53''. <i>Cassini.</i> Tab. XXVII, d. 3, h. 12, 13', 50''.	<i>Nes.</i> Tab. I, d. 3, h. 12, 10', 38''.
--	---

adēque vincit Tabularum Differentiam in ordine ad Eclipſim: Igitur, si memores humanæ incertitudinis in longioribus cyclis consistamus intra non multa annorum millia, tunc condi potest Eclipſium periodus.

FUNDAMENTUM QUARTUM.

Licet motus medii, & æquales corporum Coelestium excogitati sint ad facilius supputandum, & differant a motibus veris inæqualibus; tamen (stabilitate aliunde Epochâ) in condendis Eclipſium periodis possumus uti motibus mediis, etiam independenter ab hypothesibus.

Prima pars est certa; quia si motus, qui peraguntur in Cœlo, re ipsa sunt inæquales, ut constat ex superioribus; ergo, motus medii, & æquabiles, qui habentur in Tabulis, sunt ideales, optimè excogitati ad incundum calculum. Declaratur: *Ptolemaeus*^(a), inter alias plures, observavit duas Lunæ Eclipses; primam, anno Hadriani 17, nocte sequente diem 20 Payni (sexta Maji, anni Christi 133) hora undecima post meridiem: secundam, anno Hadriani 19, nocte sequente diem Choeac (20 Octobris, anni Christi 134) hora undecima post meridiem. A prima ad secundam reperit motum verum, abjectis integris circulis, deficere a medio gr. 7, 42", quibus percurrendis motu pariter medio requiruntur horæ 14 fermè; nam, juxta Tabulas Hiseanas, Luna horis 14 percurrit grad. 7, 41', 10". *Tacquet*^(b), postquam dederat sex Regulas ad cognoscendum quandonam vera Syzygia præcedat medium, aut viceversa quando consequatur,

Q 2

(a) *Ptolemaeus*, Magnæ Syntaxis, L. IV, cap. 6. | (b) *Tacquet*, Astron. L. IV. num. XI. *De Chales*, Astron. L. IV.

tur, demonstrandam assumit hanc propositionem: *Maxima differentia inter medium, & veram Syzygiam, est horarum circiter 14, quam varietatem in fine cylorum saltē minorum sublatam videbimus.* Nec multum variat de *Cbales*, qui restringit hanc differentiam, quando est summa, ad horas $13\frac{1}{4}$. Atque hinc stabilitur *secunda Pars*; nam si spectatis motibus mediis evincatur necessariō futura Eclipsis Solis, si in conjunctione cum Lunā, distantia a nodo propiore sit minor grad. 15, cūm id verificetur tam ante, quām post nodum ex utrāque parte, habemus arcum integri saltē signi pro loco, in quo conjunctio est Ecliptica. Similiter in oppositione, si attento præcisè motu medio, defectus Lunæ necessariō est futurus, quando distantia a nodo sit minor $7\frac{1}{2}$ gradibus, cūm hæc distantia possit esse tam in accessu ad nodum, quām in recessu; hinc habemus arcum Eclipticum 15 saltē graduum pro oppositione juxta motus medios percurrendum. Cūm igitur retrogradus nodorum motus sit lentissimus, ut unum gradum non conficiat nisi 19 diebus, & septem gradus nonnisi post dies 133, datur locus in condendis Eclipsiū periodis, ut si cyclus non adamassim exequet annos Solares cum Lunaribus, possit fieri zquatio unius, vel alterius diei, si opus sit, in fine periodi, quin amittatur per plura sœcula Eclipsiū restitutio in singulis revolutionibus. Quæsent non pauci undenam mediorum motuum mensura sit desumenda; num ex zquabili motu linez rectz, ductz ex centro circuli excentrici ad gradus peripheriz? An ex centro Epicycli? Quid si Veterum Orbitæ circulari præferatur cum Recentioribus Elliptica, quid motus istos zquabiliter metitur, an recta ducta ab altero foco simplicis Ellipsis, dum vis centripeta tendit in focum alterum? an potius ex areis, quas radius Planetæ vector simul cum majori axe describit temporibus proportionales juxta Kepleri hypothesis? Laudato Geometricas hasce speculationses, sed Ægyptiorum me-

methodus, cui nunc insisto, feliciter transgreditur hypotheses illas universas. *Tycho* quidem putavit non esse possibles Astronomicas Tabulas independenter ab hypothesibus condere, ut *Petrus Ramus* ab ipso postulabat; sed *Cl. Philippus de la Hire* ^(a) gloriatur se Tabulas suas nulli hypothesis, sed observationibus tantummodo superstruere, nullâ cujusvis systematis habitâ ratione. *Cl. Jacob. Cassinus* ^(b), qui hanc methodum, ut optimam approbaret, si magnus observationum numerus esset in promptu, & possemus esse certi Planetam in reditu ad punctum suz orbitz esse simul in eodem Cœli loco, admittit priorem ex his suppositionibus in Sole. In Luna vidimus jam, quomodo ex ejus Eclipsibus, longo sçculorum intervallo inter se diffisis, factâ zquali distributione per intermedias revolutiones, eruatur motus Lunæ menstruus, ex quo deinde per regulam auream, & simplicem analogiam eruitur motus diurnus, horarius, annuus, &c. etiam si Luna in quovis pari Eclipsum non foret in eadem Cœli parte; si quod enim discriminem, illud per tot sçculorum revolutiones distributum evanescit. Quod admitti debet in omni hypothesis tam circulari, quam elliptica, sive Tellus quiescat, sive moveatur, praesertim ubi agitur non de omnibus Planetis, sed de duobus Luminaribus, nec ubique, sed tantum in Syzygiis, in quibus cessant multæ inæqualitates. Si autem hoc verum est in Tabularum artificio, quantum magis in cycli constructione? Hzc enim potissimum pendet a Terminis Eclipticis, qui perinde considerari solent in rectis ac lineis curvis. Aded præscinditus ab hypothesibus, & systematibus.

S. IX.

^(a) *La Hire.* Pref. in Tabulis.

^(b) *Cass.* Ins. in Pref. ad suas Tabulas.

§. IX. *De Terminis, intra quos dantur Eclipses.*

www.libtool.com.cn

FUNDAMENTUM QUINTUM.

Non dantur naturaliter Eclipses Solis, nisi in suâ cum Lunâ conjunctiore existat prope alterum ejus nodum intra terminos designandos.

Ratio est evidens, quia si Latitudo Lunæ tempore suæ conjunctionis cum Sole fuerit major ubique Terrarum aggregato ex semidiametris apparentibus Solis, & Lunæ, non poterit esse Eclipsis Solaris, ut constat ex ejus definitione, & causâ. Quia verò in magnâ a nodis distantia Luminarium diametri opticè non conjuguntur, idcirco *Termini Eclipsum* desumi solent ex Solis distantia a Nodo Lunari propiore, intra quam contingat Eclipse. *Termini possibiles* dicuntur illi, ultra quos non est possibilis Eclipse; intra quos est possibilis, sed incerta. *Termini necessarii*, intra quos necessariò est futura Eclipse, saltem aliquid Terrarum. Idem valet in Recentiorum methodo: Sol non obscuratur, nisi minima distantia centrorum penumbræ Lunaris in Discum Terretrem projectæ, & ipsius Disci fuerit minor aggregato ex semidiametro ejusdem Disci, & semidiametro penumbræ Lunaris.

V. Fig. 37, n. I, TAB. XV. Repræsentet circulus D, E, &, T hemisphærium Telluris illuminatum, prout appetet in axe illuminationis in eâ distantia, in quâ est Luna, adedque sub forma Disci, cuius semidiameter est æqualis semidiametro Terræ ex Lunâ visu, sive quod idem est parallaxi Lunæ horizontali (unde in rigore segmentum visum esset nonnihil minus hemisphærio: sicuti segmentum illuminatum est aliquantò majus hemisphærio,

rio, quæ differentia hic non solet attendi) sit D, T, E , & eclipticæ pars in Discum projecta. H, e, Ω projectio Orbitæ Lunaris, sive apparet semita Lunæ, quæ in Novilunio intelligitur in α : & in ω , quando aggregatum semidiametrorum Disci, & penumbræ α quale est minimæ distantia, sic projectæ centrorum umbræ, & Disci; tunc enim penumbra Telluris Discum perstringet tantum, sed non ingreditur; unde hic erit Eclipsum *limes*, seu *Terminus ante nodum*: huic autem Lineæ $T\Omega$ intelligatur α qualis altera ultra nodum, cujus portio est ΩO . Circa e sit circellus referens umbram meram, cujus semidiameter α qualis est excessui apparentis Lunæ semidiametri supra apparentem Solis semidiametrum; & alius circulus exterior priori concentricus, referens penumbra P , cujus semidiameter e, a , sit α qualis summa utriusque semidiametri apparentis Lunæ, & Solis. Propterea tota e, a, T erit aequalis aggregato ex semidiametro Disci, & ex semidiametro penumbræ. Jam vero in Triangulo α, T, Ω notum est latus αT α quale latitudini Lunæ in suâ coniunctione cum Sole, quod in hac projectione non excedit grad. 1, 34 $\frac{1}{2}$ (*Tacquet* numerat grad. 1, 37', 25'', quia hæc ipsi est summa ex maxima semidiametro apparenti Disci, quam ponebat 63', 55'', & maxima semidiametro penumbræ pariter ex Luna visu, quam ponebat 33', 30''). Quando autem numerat gr. 1, min. 22', 57'', tunc conficit summam ex minimâ semidiametro apparenti Disci Terrestris, quam ponebat 53', 30'', & minimâ semidiametro penumbræ, quam putabat 29', 27''). Datur etiam angulus $\alpha \Omega T$ non major in Syzygiis gr. 5, 1', 30'' (*Cassinius* enim ponit grad. 5, 1', 0'') & consequenter dabitur latus ΩT aquale grad. 16, min. 26' circiter; ergo, ut derur Eclipsis Terræ, necesse est ut distantia Lunæ a Nodo, ad Eclipticam relata, sit paulò *minor* gr. 16', min. 26', seu 986'; ut in casu III: ejusdem Figuræ

(ca-

(casus II ponit penumbrae , & Disci centra in modo). Si distantia fuerit *æqualis*, aut *major*, nusquam in Terris apparebit Sol obscurari . Haec mens Recentiorum . Juxta Veterum Methodum , qui incedebant per parallaxes, alii prodeunt numeri . Postquam distinxerunt Novilunium medium a vero , quod ab altero distare potest horis fermè 14 , seu $13\frac{1}{4}$ per arcum grad. 7 , vel 6 , min. 59' , 27" , sic procedebant : In conjunctionibus *veris* Termī possibiles in Zonā Temperatā Boreali , si distantia Lunae a Nodo sit 17 , 41' : ad Austrum grad. 7 circiter ; putabant enim Lunae parallaxim ad 66 posse pertingere : Haec autem minuit in nostro hemisphaerio apparentem Lunae latitudinem Borealem , auget Australē . Viceversā , in Zonā temperatā Australi . Termī necessarii in conjunctionibus *veris* talēm alicubi 15 , 38' ex *Ptolemaeo* : alii aliter ex illo deducunt . In conjunctionibus *mediis* in Zonā Temperatā Boreali usque ad gr. 49 , ex *Ptolemaeo* Termī Eclipsum possibiles erat distantia Lunae ab altero nodo , ad Boream quidem gr. 20 , 41'. *De Chales* , 20 , 17' , ad Austrum ex *Ptolemaeo* grad. 11 , 22' . *De Chales* , 9 , 36' . Viceversā in Australi temperatā : ut sit alicubi Eclipsis grad. 15 . *Clar. Jacob. Caffin. Junior*^(a) pro Noviluniis mediis dat hanc regulam : si ea media conjunctio contingat intra gradus 21 , & 15 , distantiae a nodo , incertum est , an futura sit Solis defectio (nam in majori distantia nullo modo posset contingere) . Si fuerit minor 15 gradibus , erit alicubi Terrarum Eclipsis Solis . Sed prae stat fructum , qui eruitur tum ex demonstrationibus Geometricis , tum ex calculo juxta varias hypotheses , tum ex observationibus videre in sequenti laterculo ex variis^(b) concinnato .

TA-

(a) *Caffinus (Jacobus)* in usu Tabularum Astronomicar . c. 7 , § . II .

(b) Vide *Ptolemaeum L. IV* , c. 5 : *Copernicum* , L. IV , c. 30 . *Kepl. eum* , in *Tabulis Rudolph.* pag. 98 , &c . *Ricciol. Almag.* L. IV , pro-

pos. 43 . *Keplerus* tamen loc. cit. accommodat Termīs non motū Lunæ medio , sed ficto , seu primo Äquato 11 , 19' , & 15 , 58' .

TABELLA IV.

www.libtool.com.cn

Termini Eclipsum Lunæ, & distantia Solis a Nodo propiore
in Oppositionibus Veris.

Ex Auctoribus, auct eorum datis.	Latit. vera	Termin. Possibilis.	Termin. Ne- cessarii.	Lat. vera
Ptolem. Magn. Syn- tax. L. V, c. 5.	1 8 43	12 12	10 50	55 38
Copernico, L. IV, c. 30.	1 5 41	12 39 30	10 26 55	54 21
Tychoni, Tom. I, Progymn. p. 126.	1 5 0	12 36	11 12 0	58 4
Keplero in Epit. &c				
Tab. Rudolph.	1 6 3	12 0 0	10 40	58 52
Wendelino apud Ricciolum	1 3 0	12 8 13	10 11 20	53 3
Ricciol. L. V Al- mag. c. 6, spe- ctata penumbrâ.	1 6	12 5 0	10 0 0	52 6
Keill, Lect. XII, pag. 242.	1 6	12 34,		
		five 754		

In Oppositionib s Mediis.

Juxta Ptolemaeum assignatur	15	38'	
Juxta Albategnium	14	12	
De Chales, Astron. L. IV, prop. 37.	15	12	
Cl. Jacobum Caffin. Explicat.	14 $\frac{1}{2}$	7 $\frac{1}{2}$	
Tab. Astron. c. 7, S. 2.			

S. X:

S. X. Examinantur Cycli Lunisolares bacchanus inventi, num sint Ecliptici. Sine Periodo Julianana Chronologia expeditior.

FUNDAMENTUM SEPTIMUM.

Eclipsium restitutio, etiam in sensu morali, non invenitur in Cyclis Lunisolaribus, qui circumferuntur. Quod si non fugiat calculum plusquam XX mille annorum, cum is pendeat a subtilitate minorum temporis particularum, quae sensuum acumen, omnemque Professorum industriam vincunt, humana mens de eventu suspensa detinetur.

Constat hoc, quia ex unâ parte breviores periodi non exhibent Eclipsium restitutionem ad eamdem anni Solaris diem, nisi imperfecte. Ex aliâ Cyclis plusquam XX mille annorum obstat non contemnendum dissidium inter Astronomicas Tabulas etiam Recentiores. Inter Cyclos Lunisolares, qui novilunia, vel plenilunia media ad idem ferè tempus restituunt, feligo illustriores. Primo, brevissima est periodus Cleostati, Harpalî, & Eudoxi^(a) continens octo annos Julianos, seu potius nonaginta novem Lunationes. Epactæ Lunares convenientes octo annis Julianis sunt dier. 18, hor. 0, min. 2', 54''. Motus Nodi ascendentis Sign. 3, grad. 4, min. 44', 5'', adeoque cum Sol in fine sit in eadem ferè longitudine, ac fuit initio, distantia a nodo propiore est graduum plusquam 25; ergo constitui-

(a) Vide Geminum, c. 6; Censorinum, stronom. L. II, num. XXXV; Wolde die Natali, c. 6; Ricciol. Almag. L. IV, c. 19; Tacquet, A-

stronom. L. II, num. XXXV; Wolde die Natali, c. 6; Ricciol. Almag. L. IV, c. 19; Tacquet, A-

sicutur extra terminos Eclipticos; praeterea cum postcipit Syzygias, multum deficit a perfectione.

2. Cyclus Metonicus annorum Julianorum 19 habet pro Epacta, juxta nostram primam Tabulam, dies 28, h. 20, 11', 50"; unde ad complendam 235 Lunationem addendæ h. 16, 32', 13' (juxta Flamstedianas, h. 16, 31', 32") cui ibidem respondet motus *Heliocentricus* (hoc nomine appellare liceat mutuum Solis, & Nodi Lunaris, v. g. Capitis Draconis, recessum) gr. 7, 34', 36": juxta Flamstedianas gr. 7, 34', 30", hoc est, circa terminum Eclipsis Lunaris certe: unde est quidem Eclipticus, præsertim respectu Solis, sed imperfectus, nec per multos ordines continuari potest. Secundus enim ordo esset annorum 38, qui respondent pro recessu Solis, & Nodi grad. 14, 45', 40". Tertius ordo annorum 57, cui pro supra dicto recessu convenienter gr. 22, 39', 40", adeoque tunc extra terminos, si initium primi ordinis possum fuisse in Nodo. Alia ejusdem cycli imperfectio, comprehensa fuit, quia cum annus 19 sit tertius post bissextilem, habitâ diei intercalaris ratione, & factâ per quadriennium distributione anni Juliani 19, consecutus dies 6939, & h. 18: cyclus autem Metonicus diebus 6939, superaddit h. 16, 32', 13", ergo brevior est h. 1, 27', 47" (alii numerant h. 1, 27', 31" 35" cum Wolfe in Elementis Chronologiz) & consequenter tantumdem reducit novilunia, & plenilunia media ante prisam sedem: adeoque (nisi fiat aliqua expositio) annis 312 $\frac{1}{2}$ unam diem anticipat. Quâ de causa cum idem cyclus a Concilio Niceno ad Gregorium XIII novilunia media anticipasset quatuor diebus, manifestè indigebat correctione. Gregoriani tamen Mathematici contenti fuerunt tridui correctione, sive ut securius caverent periculum celebrandi Pascha cum Quartodecimanis, vel ultimâ anni Lunatione, cum sit celebrandum in primâ, cuius plenilunium post Vernalum Aequinoctium contingit; sive quod Veteres Civi-

Civilem Neomeniam a prima Lunæ phasæ computarent; sive quodd temporis progressu paulatim magis præverterent antiquas sedes, substituto triginta Epactarum cyclo, qui in se tanquam sui partem complectitur Enneadecaeteridem, hoc etiam nomine imperfectam, quod non omnes Epactas comprehendenteret.

3. Ne *cylcus Solis* annorum 28 desiderari videatur, reddamus rationem appellationis, quia scilicet cum inter septem hebdomadæ dies, Dominica dies Solis diceretur, & motus Solis quarto quolibet anno exigat diem intercalarem; hinc idem ordo Literarum Dominicarum non redditur iisdem mensis diebus, nisi post annos 28, qui numerus oritur ex 7, & 4 inter se multiplicatis. Ceterum potius est civilis, quam Astronomicus, cum in fine numeret pro Epacta dies 9, hor. 9, 58'.

4. Anni 33 reducunt Solem ad idem minutum primum Eclipticæ: continent 34 annos Lunares, & præterea dies 4, h. 12, 26', 47": ergo non reddunt Syzygiam; multò minus nodos, cum in fine ultimi anni distantia Solis a Nodo priore sit Signor. IX, grad. 8, 16', ergo non est Eclipticus.

5. *Cylcus annorum Julianor.* 76 (non 72, ut per errorem typographi legitur apud aliquos), qui complevit fermè Lunationes 940, & simul quatuor cyclos Metonicos, auctore Calippo Cyzyceno, relinquit pro Epacta h. 5, m. 51, 16", unde Syzygias medias annis 553 per integrum diem anticipat. In fine annorum 76 Sol distat a Nodo gr. 30, 33', 39"; ergo, cum nimium distet a terminis Eclipticis, per se non possit reddere Eclipsim.

6. *Cylcus Judaicus annor.* 84, de quo *Epiphanius* hæresi 51, non reddit Syzygias eadem die, cum in fine defint ad Syzygiam dies 1, h. 6, 50'; quamvis in fine ultimæ Lunationis distantia Solis, & Nodi Descendentis sit gr. 6, 41', 28", ut restituatur defectio, si qua initio fuit.

7. Cy-

TABELLA III.

www.libtool.com.cn
**Termini Eclipsum Solis, ejusque distantia a Nodo propiore
in Conjunctionibus veris.**

Ex Auctoribus, aut eorum datis.	Arcus inter centra in Conjun- ctionibus Eclipticis. Max. ☉, & ☽ Min. ☉, & ☽ Perigeis	Inclinatio Or- bitæ ad Ecli- pticam in Conjunct.	Termini Possibiles.	Termini ne- cessarii, ut sit alicubi.
Ptolemaeo	99° 50' 86"	14° 5'	19 25 16	42
Copernico	98° 56' 85"	6° 5'	19 12 16	25
Tychone	94° 24' 88"	15° 4'	18 25 17	9
Keplero	99° 36' 87"	20° 5'	17 16 15	55
Ricciolo, & Tacquet}	97° 25' 82"	57° 5'	18 49 15	58
Keill pag. 152	94° 30'	5° 1' 30"	min. 16 26' five 98'6	
Cassino Jun. In Conjunction. Mediis	5° 1' 0"	21	15	

Laudatus Ricciol. Astron. Reformat. Tab. 55, sic defi-
nit distantiam a nodo.

Sole Apogeo.

Sole Perigeo.

Lunā Apogea gr. 15 58' | Lunā Apogeā gr. 16 5'
Lunā Perigeā gr. 17 14 | Lunā Perigeā gr. 17 20

At si Termini Ecliptici, aut ex Geometriâ, aut
ex Trigonometriâ determinantur, unde tanta sententia-
rum varietas? Nimirum ex elementis, & datis, quae
supponuntur. Supponitur enim primò: Data Inclina-
tio Orbitæ Lunaris ad illam, in quâ non omnes con-
veniunt. 2.º Parallaxis Lunæ horizontalis, ejusque
diameter. 3.º Apparens diameter Solis, quae tria-
etiam cùm maxima sunt in Perigeo, (minuuntur enim
opticè in ascensu ad Apogenum) non iisdem numeris

R

ab

ab omnibus definiuntur, ut videre est in Tabulis cuiusque. Atque hinc etiam patet necessitas distinguendi terminos necessarios a possibilibus, quia, v. gr. in eadem distantia a nodo, si Luminaria sint prope Perigeum, erit Eclipsis; non futura, si forent circa Apogeum.

FUNDAMENTUM SEXTUM.

Neque datur naturaliter Eclipsis Lunæ, nisi in sua cum Sole oppositione, sit pariter intra terminos assignandos, & in debita ab alterutro Nodo distantia, ex quibus verificantur communes Regulae.

TAB. XVI.
Fig. 49.

Sequitur ex praecedenti; nam si in *Figura 49* circulus *D, E, U, T* reprezentet umbrosum Terrae conum, in loco ubi secatur a Luna (hujus sectionis apparentem diametrum aequalem diximus parallagi Lunae horizontali, subtractâ Solis semidiametro); & haec motu proprio ab Occasu in Ortu ex Δ tendens versus *H*, propè oppositionem habeat minimam distantiam *L*, & aequalem suae semidiametro visac, perstringet quidem umbram, sed illam non ingredietur; ergo, si ejus semita referatur ad sectionem plani Eclipticæ ΩU , Terminus Egressionis, ultra quem Luna non eclipsatur ab umbrâ Terræ, erit punctum *E* in Eclipticâ Soli ex diametro oppositum; tunc enim minima distantia centrorum umbrae Terrestris *T*, & Lunæ *L* est aequalis aggregato ex utriusque semidiametris, quales viderentur ex centro Telluris; adedique datâ Latitudine Lunæ *T*, o, in Oppositione, quae ad sensum vix differt a minimâ distantia mT (quemadmodum & Orbita Solis, & Lunæ in tam brevi spatio non differunt ad sensum a rectis.) Datur etiam angulus inclinationis Orbitæ ad Nodum Δ ; ergo no-

ta fiet T , id est distantia centri umbræ Terrestris Soli ex diametro oppositi a nodo propiore; ergo nisi hæc distantia fuerit paulo minor, Luna non patietur Eclipsum. Idem subintellige ad partem alteram ante nodum. Hic quoque distinguendum cum Veteribus Plenilunium verum a medio. Quia verò unum ab altero vix unquam distat ultra 7 gradus, istis subtraictis a 15 gradibus Termini possibilis, adhuc remanent a. li 7 $\frac{1}{2}$ pro termino necessario in Oppositionibus Mediis.

Atque ita cognosci potest an Plenilunium datum sit futurum Eclipticum, non solùm ex verà Lunæ Latitudine, & ex verà a Nodo distantia, in Oppositione; sed etiam ex termino possibili, ac necessario in Oppositionibus Mediis. Hinc verificantur communes regulz. 1.^a Quid si latitudo Lunæ in Oppositionibus fuerit major aggregato semidiametrorum ipsius Lunæ, & umbræ Terrestris, non erit Eclipsis. 2.^a Si latitudo Lunæ minor sit illo aggregato, & major quam differentia utriusque semidiametri, erit Eclipsis partialis. 3.^a Si Latitudo Lunæ fuerit æqualis semidiametro umbræ Terrestris, Amedia Luna patietur Eclipsim. 4.^a Si Lunæ latitudo sit minor, quam differentia semidiametrorum Lunæ, & umbræ Terrestris, erit Eclipsis totalis. 5.^a Si Latitudo Lunæ in Oppositione fuerit in numeris intermediis, v. g. 39, tunc vel quærenda distantia a nodo propiore, vel aggregatum, ex semidiametris apparentibus umbræ Terrestris, & Lunæ; si enim hæc summa sit major latitudine Lunæ, erit hujus deliquium: si vel minor, vel æqualis, non erit deliquium Lunare. 6.^a Innotescet quantitas Eclipsis, si a prædictâ summâ semidiametrorum umbræ, & Lunæ auferatur Lunæ Latitudo; residuum enim dabit quantitatem defectus. Ricciolus Astronom. Ref. Tab. 55, tradit hunc canonem

Sole Apogeo. Sole Perigeo.

Luna Apogea gr. 10 48'		Luna Apogea gr. 10 40
Luna Perigea gr. 12 2		Luna Perigea gr. 11 53

8.^a Alium subdit laudatus D. Jacobus Caffin. in Expli-
catione, & usu Tabularum, cap. VII. Si Latitudo Lu-
nz excedat 18" secundis summam semidiametrorum
umbræ, & Lunz, tunc certum est nullam futuram E-
clipsim. At si non excedat nisi 16" secundis, aut sic
minor, tunc certum est futurum Lunz defectum, sci-
licet adjecit semidiametro umbræ 20" propter atmo-
sphærā Terrestrem. Præcipuas Astronomorum sen-
tentias comprehendemus in sequenti Tabella:

TA-

7. Cyclus *Gamalielis* annorum Jul. 247 (non 257) habet pro Epacta h. 1, 1', 5'', sed pro motu Helio-Dracontico gr. 98, 32', 58''; ergo nequit restituere Eclipsum.

8. *Hipparchi* Cyclus oritur multiplicando Calippicum per numerum quaternarium, unde complectitur Lunationes 3760; annos Julianos 304, quibus in fine pro distantia Solis, & Nodi convenientiunt gr. 122, 14', 49''; ergo nimium distat a terminis eclipticis; habet pro Epacta h. 23, 24', seu 26', adedque tantumdem anticipat Syzygias medias in suo exitu.

9. Est alius Cyclus *Hipparchi* annorum Julianor. 341; desunt ad Syzygiām 52', 25''; habent pro motu Helio-Dracontico Sign. III, grad. 27, 54', 55', ac propterea longè abest a terminis defectionis possibilis. Mitto alios, qui circumferuntur sub nomine ejusdem clari viri, quod non compleant Syzygias cum diebus anni Solaris.

10. Communiter a Chronologis omittitur *annus Magnus Lunaris* annor. Gregorianor. 353: novilunia eādem die ad eumdem ferè gradum Zodiaci reddere perhibetur. Ex nostrā Tabulā finis ultimi anni habet pro Epacta h. 14, 31'; pro motu Helio-Draconico Sign. XI, gr. 16, 59', 36''; consequenter cum incertitudine potest reddere defectionem Lunæ etiam prima vice: certò reddet Solis semel tantum, qui distat a nodo 13 fermè gradus; sic anno 1387, die 9 Decembris Juliani fuit Solis defectus, testè *Bonfizio* (e), cui correspondet Eclipsis Solaris an. 1740, d. 18 Decemb.

11. Cyclus *Victoris Aquitani* annor. Julian. 532: in fine istorum, juxta nos, abundat Epacta d. 1, hor. 16, 57', 44''. Distantia Solis a Nodo Sign. VII, gr. 3, 55', 38''; ergo non est Eclipticus.

12. Cūm *Keplerus* construat Primam Tabulam,

(e) *Bonfizius*, Histor. Hungar. Decad. II, Lib. IX.

III Partis Rudolphinarum, pro indagandis mensibus Eclipticis in formâ Anni Juliani, inquirere placuit, num in eâ lateret aliquis Cyclus Eclipticus (neque enim Cyclos illos, ut Eclipticos Auctor proponit, ut patet in primo Calippico annor. 76, & ultimo Vie-
 tz 3400, qui non restituunt Eclipses), sed utitur iisdem ad inveniendos Syzygias dies per præceptum 134, quibus inventis, quærit deinde per præceptum 137 ex Tabulâ secundâ diei obviationis Solis, & Nodi, num illa Syzygia habeat Eclipsum. Præter hacten-nus notatos, comparent in illa primâ Tabulâ Cyclus annorum 152, sed motus Helio-Draconicus in fine illorum annorum (nam horæ superadjiciendæ, vel de-trahendæ parum variant) est gr. 61, 7, 19". Alius Cyclus est annorum 228: habent pro motu Helio-Draconico ex nostra Tabulâ (hanc intellige, ubi alienas non allegamus, gr. 91, 40, 57". Alius annorum 454: habent pro distantia Solis, & Nodi Sign. XI, gr. 8, 9, 43". His dimissis, qui non sunt ad nostrum intentum, est ibidem alias annorum 540; habent pro Epactâ h. 4, 16', 35"; pro motu Solis, & Nodi gr. 8, 43, 23"; ergo, inter eclipticos numerari potest, sed imperfectos; nam in primo reditu, idest an. 1080 Epactâ est h. 8, 33', 11": Distantia Solis, & Nodi gr. 17, 26', 46"; ergo per se non potest restituere defectum Lunæ, (nempe si initio Luminaria fuerint in Nodis) potest Solis. In secundo reditu Epactâ nostra h. 12, 30' (Keplero h. 12, 49', 47") distantia Solis, & Nodi extra omnes limites, idest gr. 26, 10', ut superfluum sit ascendere ad alium ordinem annorum 2160. Exemplum pñimi ordinis habes inter duas Eclipses Solares anni 1187, d. 4 Septembris, & 1727, die 15 (4 in formâ Julianâ) ejusdem mensis. Quid si initium non ponatur in conjunctione Solis cum Nodo, redire poterit etiam defectio Lunæ ad contrarias Nodi partes; ut inter deliquia anni 1179, & 1719, 18 Augusti in formâ Julianâ (posterior in for-

formâ Gregoriana fuit die 29) scilicet nostrâ Periodo primi Ordinis addit enneadecaeteridem, quam vidi mus imperfecte Eclipticam.

13. Si huc revocetur a *Josepho laudatus annus magnum Patriarcharum 600 annorum* (a), his in formâ Gregorianâ defunt ad Syzygiam d. 1, h. 12, 30': conveniunt pro distantia Solis a Nodo gr. $84\frac{1}{2}$. Viceversa, in formâ Julianâ abundant pro Epacta dies 3, h. 11, 30'. Motus Helio-Draconticus est gr. $89\frac{1}{2}$; ergo, in neutrâ formâ reddunt Eclipses.

14. Memoratus supra Cyclus ex *Blanchino* annor. Greg. 1184; his convenit Epacta d. 1, h. 0, 22', 18': Motus Helio-Draconticus conveniens annis, Sign. VII', gr. 10, 26, 43'; ergo, non potest restituere Eclipsum, si aliquam habeat initio.

15. Periodus *Sorbacea* annor. Jul. 1460 (Ægypt. 1461) numerat in fine pro Epacta d. 1, h. 14, 48', 43": Distantia Solis a Nodo posteriore est gr. 9, 47'; ergo, ex duplice titulo est imperfecta. Cur ita vocata, & quz ejus Epochâ dicetur Investig. III, §. V.

16. In gratiam Card. Noris ab Auctoriibus suis *Guillelmo Bonjour, & Augustino Actino* dicta est, Periodus *Norishana* annor. Julian. 1932: his debetur in fine pro Epacta 26', 57": pro distantia Solis a Nodo, Sign. X, gr. 3, 12', 33"; ergo longè absit a restituendâ Eclipsi.

17. Investigemus, num in Epitome Operis Pachalis *D. Jacobi Bettagzi*, in qua majores Cycli lunisolares proponuntur, num lateat aliquis Eclipticus. Annis 2122, si initio habeant *Novilunium*, in formâ Gregorianâ deest in fine d. una, h. 3, 27' ad *Plenilunium*, quando Sol distaret a Nodo gr. 3, 34'; ergo ejusdem Luminaris Eclipsum non reddit. Si an. 2122 fuerint Juliani, istorum Epacta erunt hor. 2,

S 2 10',

(a) Etiam a Chaldaicis observatus Nūps annor. 600, teste *Berofo apud Syncell. Chronograph. p. 17.* qui si essent Ægyptiaci, nec sedarent Syzygiām, nec Solem intra terminos nodorum.

10°, 49°, motus nodi gr. 19, 5°, 32". Nihilominus dari possunt duæ defectiones etiam Lunæ, hoc intervallo distantes, ad contrarias tamen Nodi partes, adeoque per accidens. Id deteximus occasione nostræ Periodi Quarti Ordinis, quam hoc intervallum superat annos 38, seu duplici enneadecaeteride. Exemplum sit in sequenti binario. Anno 502 ante æram, 20 Darii Hystaspidæ, Nabonassaris 246, Babylone ante medium noctem inter 28, & 29 Epiphi (19, & 20 Novembbris) Luna defecit ab Austrō ad tres, vel quatuor digitos, ut eruitur ex Ptolemæi Syntaxi, L. IV, c. 9, An. Christi 1621, d. 28 (18 Juliani) Novembbris, hor. 14, 53°, obscurati dig. 3, m. 38' observante Aquis Sextiis Gaffendo, & quidem ad Boream, quod non erat omittendum in historia Eclipsum.

18. Alius Cyclus offertur in eadem laudari Dom. Plebani Epitome annos. 2900. His in formâ Gregorianâ defunct, juxta Nostras Tabulas, h. 6, 17°, 40" ad Syzygiam: Motus Helio-Draconticus grad. 169, 29°, 56"; adeoque Sol distat gr. 10½ a Nodo Descendente; termini autem deliquii Lunaris possibilis sunt gr. 14½. Qui ergo offerebatur pro restituenda Syzygiâ in formâ Gregorianâ, invenimus restituere aliquando Eclipses, præsertim Solis, ac proinde inter Eclipticos, saltem imperfectos, posse recenseri.

19. Cyclus Vietæ annor. Julian. 3400 Lunationes, seu menses Synodicos 42053 (adeoque non exacte annos Lunares) post quos putabat fieri exactissimam utriusque Luminaris reversionem. At Clavins cap. 24 Calendarii, ostendit non posse hanc obtiniri, nisi supponatur mensis Synodicus dierum 29, h. 12, 44°, 3", 10", 43", & paulò amplius, in quo Vieta discedit a Ptolemæo, ab Alphonsinis, a Tabulis Prutenicis, & si quæ sunt alia sui temporis. Juxta Ricciolii Tabulas, habet pro Anomalia Sign. VIII, 29, 3°, 42": pro motu solius Nodi Sign. VIII, gr. 2, 17°, 47": pro Epacta 1°, 13"; juxta Flamstedianas inter-

terefit arcus grad. 1, 26', 23": quem Luna medio a Sole motu percurrit horis 2, 50' ferè, ergo tantumdem anticipat Syzygiam; vel tres horæ quadrantes, juxta Recentiores Tabulas; juxta Nostras Epacta est 41', 13"; distantia Solis a Nodo, Sign. VIII, 28, 15', 21"; ergo, non dat locum Eclipsiæ restitutioni, nec habet unisonantiam, quæ prædicebatur. Cyclum An. 4000 vide in Nostra Tab. I.

20. Cyclus annor. Gregor. 6039 constare dicitur XVII (⁴) Magnis Cyclis Lunaribus cum duobus Metonicis, ac restituere Luminaria non solùm ad eundem locum Zodiaci, sed etiam ad eamdem horam, & ad eundem Meridianum. Illis ex nostra Tabulâ respondent pro Epacta h. 1, 6', 56", pro distantia Solis, & Nodi gr. 164, 2', 10'; adeoque 16 ferè gradus defunt ad Nodum oppositum, ut aliquando sit possibilis restitutio Solaris Eclipsiæ, non Lunaris.

21. Julianæ Josephi Scaligeri Periodus annor. Julian. 7980 composita ex multiplicatione Cyli Solaris annor. 28, Lunaris 19, & Indictionum 15, quarum initium fuit ex mero arbitrio humano. In fine defunt ad Syzygiam d. 3, h. 22, 17', 54": pro motu Helio-Dracontico Sign. X, gr. 28, 54', 24"; ergo est potius civilis, quam Astronomica; certè non Ecliptica. Sed nec facilè usum haberet in civilibus, ac praxi, nisi colligetur cum aliquâ Epochâ, vel Æra, aliunde notâ, v. g. cum Æra communi, cuius annus primus coincidit cum anno Periodi Julianæ 4714, Litera Domin. B, Cyli Solaris anno 20; Lunaris, sive Aureo Numero 2, Indictione 4, anno Julianæ 45, Nabonassaris 749, Olympiadis 195 anno I, Urbis Conditæ Varronianæ 754, Cajo Julio Cæsare, & Paulo Æmilio Consulibus. Dato ergo anno Æra communis, si addantur 9 (incipit enim 9 annis ante Ægam) & summa dividatur per 28 numerus, qui relin-

(4) V. Hist. R. S. Ac. Paris. 1680, pag. 298, ex Jo. Dom. Caffino.

linquitur ostendit Cyclum Solis. Dato similiter anno Christi communi, si addatur 1 (inchoat enim uno anno ante Aëram) & summa dividatur per 19, residuum monstrabit Numerum Aureum. Dato pariter anno Aërz nostrz, si addatur 3, & summa dividatur per 15, habebitur in residuo Indictio (si nihil superfit, erit numerus maximus sui Cycli) independenter a Perio-
do Julianâ, quam solum novum onus reliquis adjice-
re (^a) notarunt Eruditi. Quod si sermo sit de annis ante Aëram, quid facilius, quam illam continuare sine interruptione, more Astronomis plerisque usitato? Sic enim cognito quotus sit annus ante communem Aëram, cognoscitur immediatè quam relationem habeat cum anno currenti.

22. Alius Cyclus legitur in supradictâ Epitome, *D. Bettazzi* annor. 8700, quibus absolutis in formâ Gregorianâ, desunt ad Syzygiam hor. 18, 52', 59". Distantia Helio-Dracontica Sign. V, gr. 1, 59', 22'; ergo per se non reddit Eclipsim, si quam habuit initio. Mitto alium annorum 10400, qui nec reddit Syzygiam eidem diei (propter Bissextilem in fine Myriadiis, quia sexculum 100 quaternario mensuratur) distantia Solis, & Nodi gr. 102, 17', 50".

23. Astronomiz Instaurator *Jo. Dom. Cassinus* invenit Periodum annor. 11600, eamque *Ludovisiānam* appellavit in gratiam Ludovici Magni, existimans redin-
tegrare præcisè Epactas tam civiles, quam Astrono-
micas. Juxta Tabb. tamen a Clar. ejus Filio editas, desunt ad Syzygiam medium hor. 1, 0', 23", in for-
mâ Gregorianâ (subtractis scilicet 87 diebus, ex for-
mâ Julianâ, qualis exhibetur in ejus Tabulâ XXVII). Juxta nostras desunt ad Syzygiam h. 1, 0', 42". Mo-
tus Helio-Draconticus gr. 82, 29'; ergo non est Pe-
riodus Ecliptica. Juxta calculos *D. Bettazzi* (^b) defi-
ciunt.

(a) *V. P. Tournemine*, seu quisquis est Auctor Tab. Chronolog. Sa-
cræ in. Supplem. Menoch. pag. | 358, edit. Ven. 1722.
(b) *Bettazzi*, Epitom. Oper. Pasch. pag. 123.

ciunt h. 3, 25' ad Novilunium. Ex *Riccioli* Tabulis h. 3, 33', 38'. Ex Flamstedianis duæ prodeunt differentiæ: ex Tabulis quidem mediorum motuum *Luna* & *Sole*, quæ censemur eadem ac Carolinæ, abundant, adeoque defunt ad Syzygiam grad. 3, 8', 39", quibus decurrentis Luna motu medio, ut Solem asse- quatur, impendit ex iisdem h. 6, 11', 20". Ex Tabulis autem mediorum motuum singulorum Luminarium a Flamstedio correctis, & inter se collatis resultat in prædicto spatio 11600 annorum, diversitas a Cassinia- nis horar. 3, 25' circiter; ergo jam incipit dissidium non contemnendum inter Tabulas etiam correctiores: quod dissidium pro majori temporis incremento ma- gis augebitur. Cùm autem incertum sit cui inter tot, & tam varias sententias, v. g. de præcisâ anni Solaris quantitate magis faveat Cœlum, & an æquali motu semper sibi constet, sapienter illustriores Tabularum Conditores illas non extendunt in impressis numeris ultra annos vel 4000, vel 12000, vel ad summum 20000: illi verò, qui suos calculos, præsertim in Cy- clis civilibus, ad plures annorum myriades extulerunt, varia sibi invicem exprobant absurdâ, v. g. quod Novilunia caderent in diem, cui in alterius hypothesi deberetur Dichotomia, vel Plenilunium. Cæterum Tabularum dissidia in longioribus sæculorum inter- vallis, aut quod prædicti Cycli non sint Ecliptici, quales nos quærimus, nihil detrahit laudis eorum in- ventoribus, qui aliud omnino spectabant. Certè Res- publica Literaria semper magni fecit Calippum propter ipsius Cyclum, quem cæteroquin sine novâ re- ductione, aut æquatione obtulerat, componendo simul quatuor Cyclos Metonicos.

24. Accedit peculiaris ratio in Cyclis condendis, quia cùm isti debeant esse fundamentum certum, ac norma perspecta, quâ ad cognoscenda intermedia tempora deducamur, prudentia dictat intra mediocres fines considerare, ne quod ajunt *ignotum per ignotum*.

Sic

Sic in fine annor. 20300, si dentur, in formâ Gregorianâ, juxtâ nostras Tabulas, motus Helio-Draconticus est Signor. VII, 25, 42', 51": ac proinde longè distat a terminis Eclipsiū: defunt ad Syzygiā h. 20, 3', 34", aliis plus deficiet, aliis minus, aut etiam nihil. Adde, quodd hujsmodi Cycli nec a suis quidem Auctoribus offeruntur ut Ecliptici, apud quos inveniuntur etiam majores, nimirūm 41492, 51600, 74000, 81200, 244000, 247600, &c.

§. XI. De discrimine Cycli Lunisolaris a Periodo Ecliptica. Inequalitas, & brevis usus Periodi imperfecti XIX annorum.

FUNDAMENTUM OCTAVUM.

Neque omnis Periodus Ecliptica est Cyclus Lunisolaris; neque omnis Cyclus Lunisolaris est Periodus Ecliptica. Necessarium proinde fuit novam condere, cùm nullus, qui ad nostram notitiam pervenerit hactenus proposuerit Cyclum perfectum, qui simul ad eamdem anni Solaris diem restituat sæpius Eclipses etiam Lunæ certas. Inter imperfectas præcipue numerandum Cyclum XIX annorum.

Prima Pars demonstratur ex Periodo 179 Annorum Lunarium, qua utitur *De la Hire* in suo Tabularum usu, cuius Epocham statuit initio Martii an. 1680; ejus finis, & simul initium sequentis cadit in extreum Octobrem anni 1853; ergo licet sit Periodus Ecliptica, non est Cyclus Lunisolaris in hoc sen-

sensu, quod non restituat Syzygias ad eumdem anni Solaris diem.

Secunda Pars ostensa est in omnibus Cyclis Lunisolaribus illastroribus, qui ad nostram notitiam pervenerunt, in quibus, ut visum est, nullus exhibet perfectam Eclipsum Periodum, juxta quartam definitionem, ita ut simul restituat sepius defectus ad eumdem anni diem (unde apparet necessitas novam adveniendi). Exemplum sit in Octoeteride an. 1712, fuit duplex Luna deliquium, alterum die 23 Januarii, alterum d. 18 Julii; post octo annos, nempe anno 1720 nullum Luna est passa deliquium. An. 1713 duplex Lunaris defectus Mense Junio, & Decembri, quibus Mensibus an. 1721 nullus Luna defectus correspondebat; ergo Cyclus Octoeteridum non est Periodus Eclipsum. Ratio ulterior est, quia motus Nodorum et tempore regreditur per Sign. V, gr. 4, 44'; viceversa, Sol progreditur 3', 39'', adeoque distat a Nodo vicinore gr. 25 $\frac{1}{2}$, ac propterea Luna constituit extra limites Eclipticos. Non ita Cyclus Enneadecaeteridum XIX annorum Solarium, in quo motum Helio-Draconicum in praecedenti fundamento invenimus gr. 7, 34', 36'', adeoque etiam in Sole post duos, vel tres reditus erit extra debitos Eclipsum terminos. Nihilominus anno 1715, & 1734 fuit Eclipsis Solis die 3 Civili Maji, circa eamdem ferè horam decimam a media nocte; sed in primo casu obscurata est plusquam medietas ad Boream; in secundo longè minor medietate ad Austrum. Quod pertinet ad horam, Ricciolus (^a) novem paria produxit pleniluniorum Eclipticorum in totidem Cyclis Metonicis non sine magna inæqualitate; nam inter illa novem paria, post novemdecim annos civiles, aliquando superadduntur h. 17, 55'; aliquando ab integra Enneadecaeteride deficiunt hor. 5, 17'; aliquando ferè congruunt

T

gruunt

(a) *Ricciolus*, Almag. L. IV, c. 19.

gruunt principium, & finis cum differentia tantum mis-
 nutor. 39. Aded motus Cœlestes veri discrepant ab
 hoc Cyclo, in cuius fine ad Syzygiam medium su-
 perfunt hor. 16, 33', 12''. Non dissimulandum, quod
 varia insitio diei intercalaris, quarto quolibet anno
 potest variare unam diem; nam si, v. g. annus pri-
 mus erat Bissextr., erunt in illo Cyclo 5 dies interca-
 lares loco 4. Quod autem hic Cyclus subinde ne in
 Lunâ quidem restituat genus, aut speciem Eclipsis,
 sic ostendo: Anno 1715, die 11 Civili Novembris
 fuit defectus Lunæ plusquam 8 digitorum, cùm ta-
 men an. 1734 nullum fuerit Lunæ deliquium: anno
 1729 duplē Lunæ defectum totalem vidi Europa
 universa, die 13 Februarii, & ineunte 9 Augusti.
 Viceversa, an. 1738 nullum habuit Lunæ defectum
 sive supra, sive infra Horizontem. Cyclus ergo En-
 neadecaëteridum non est illa Eclipsium periodus, quam
 inquirimus; sed imperfectio hujus Cycli magis dete-
 gitur ex plurim sibi mutuo succendentium compara-
 tione. Eclipsis Lunæ fuit an. 1619, die 21 Decem-
 bris, hor. 3, 53' vespertin. dig. X, 47'. Post annos
 XIX, nempe anno 1638, die 21 Decembris, hor.
 3, 16' matut. totalis. Post simile intervallum 1657
 die 20 Decembris, hor. 7, 47' vespert. fuit dig. III,
 min. 9'. En duo Periodi continuæ, sed hic finis, quia
 non redit ulla Eclipsis circa diem Solstitii hybneri an.
 1676; nec anno 1695, nec 1714, in quibus fuit cir-
 ca 5, vel 6 Decembris. Simile quidpiam contigit in
 defectibus Solis. Fuit hic Mense Septembris circa Ä-
 quinoctium Autunnale an. 1596, 1615, 1634; sed hic
 finis; transfertur enim ad mensem Augusti, circa in-
 gressus Solis in Virginem, an. 1653, 1672, 1691, 1710:
 Deinde anno 1729 transiliit ad diem 26 civilem Ju-
 lii. Cum ergo sit Cyclus tam brevis, & bis tantum,
 vel ter Eclipses, easque inæquales restituat, dicensus
 est imperfectus, juxta septimam definitionem. Ni-
 hilominus si quis in illo velit continuare Eclipses, potest
 habe-

habere rationem predictorum saltuum, qui tamen non semper sunt æquales, præsertim in Lunâ. Saltus autem illi ~~mensurantur a motu retrogrado Lunarium Nodorum~~, eorumque distantia a Sole.

C A P U T I V.

De Eclipticis Aliorum Periodis:

S. XII. Illustratur prima Periodus Ægyptio-Chaldaica 18 annorum, 11 dierum, &c. Illationes, & annotationes, (Nova, & minima Periodus Alternationis) Plinii locus explicatus cum Hipparchi defensione. Quæ sit media Periodus inter inæquales. An dicta Saros: quomodo concordet cum observationibus. Periodus Secundus Ordinis.

Antiquissima omnium, quas ab aliis detectas accepimus, est Periodus Ægyptio-Chaldaica simplex Babylonica Ægyptiorum Coloniz: contineare dicebatur (^a) dies 6585 $\frac{1}{3}$ ferè: Lunationes 223 in annis Ægyptiacis Vagis 18, plus diebus 15, & h. 8, five annis Julianis 18, plus diebus 11, cum horis 8 circiter, quo tempore completerentur menses periodici 241 cum gradibus 10, 40', Anomalistici 259, Latitudinis 242. At juxta Recentiorum Tabulas, ad complendas 223 Lunationes supra 18 ann. Julian. requiruntur dies 11, h. 7, 43', 35". Mensi Periodico, abjectis circulis, supersunt gr. 10, 48', 14". Ab hoc subtracto motu Apogei gr. 13, 40', 16", remanent promotu Anomaliz medio Sign. XI, gr. 27, 7, 58", adeoque ad complendam totam Orbitam desunt gr. 2, 52', 2": atque hæc est ratio cur similia restituantur Lunæ deliquia, quod in principio & fine hujus

T 2

Pe-

(a) Ricciol. Almag. L. IV. c. 19, n. 16, præter Ptolemyum, L. IV, Magn. Syntax. citat Geminum, c. 6, & hic loquitur de Periodo Composita, non de Simplici, c. 15, n. 6.

Periodi Luna sit circa eamdem suz Orbitz partem : Motus Nodi Asc. Sign. XI, 18, 43', 36"; ergo si ab initio fuisset, v. g. in principio Arietis, motu suo retrogrado contra seriem Signor. esset in fine in gr. 11, 16', 24" ejusdem Signi. Motus Solis, secundum seriem Signorum directus, decurso toto Zodiaco, est gr. 10, 47', 16"; ergo initio ducto ab eodem punto Äquinoctiali, totidem numeraret gradus Arietis; & consequenter distantia mutua Solis, & Nodi est 29', 8", in quo mutuo recessu ferè semigradus reliquæ Tabulæ convenient. *Cf. Hallejas* (^a) veteres observationes cum Recentioribus fortasse comparavit, quando hanc periodum definivit annorum 18, dier. 11, h. 7, 43', 45". Nobis, qui Veterum observationum meridianos propiores non sine causa existimamus, quâm olim putaretur (adedque videmur breviare tempora) ex Primâ Nostrâ Tab. prodit hzc Periodus annor. 18, dier. 11, h. 7, 43', 36", 15", 20". Motus Helio-Draconticus Sign. XI, grad. 29, 31', 49", 43": Unde distantia Solis a Nodo est 28', 10", 19". Igitur (per 1, & 6 Fundamentum) est Periodus maximè Ecliptica, quamvis indigeat ultra 18 annos Solaris illa appendice XI dierum, hor. 7, cum tribus ferè quadrantibus. Hinc plura deducuntur. 1.º Non est hzc Periodus 18 annorum *Lunarissim* (^b); sic enim non essent nisi 216 Menses Synodici (^b), sed Solarij; addantur 7 aliz Lunationes embolismales, & fieri æquatio, ac supererunt 12 Lunationes ad complendum Cyclum Metonicum. 2.º Non erravit Hipparchus, cuius creditur ea sententia (^c): *Defectus CCXXII*

MEN-

- (a) In Commentar. R. Sc. Ac. Par-
tis a. 1732, pag. 675, edit Batav.
(b) 18 annor. *Lunar.* legitur apud
Ricciol. L. V, Almag. cap. 14,
n. 18, sed Loc. supra cit. agno-
scit esse Solares.
(c) Apud *Plinium*, Nat. Hist. II.
13, ita legitur in edit. Ven. Pauli
Man. an. 1559, & in aliis plurimis.

(S)	18
	12
	36
	18
	2.6

mensibus in suos Orbēs redire, certum est. Loquitur enim de veris Lunæ deliquiis, & mensibus integris intermediis: Lunatio autem, quæ deesse videtur ad complendum numerum 223, integratur ex duabus dimidiis Lunationibus Periodi, quæ incipit, ac definit in Plenilunio. Ita juxta principia nostræ Concordiæ in Philosophicis magnum virum φιλόσοφον, καὶ φιλολόγον, veritatis, ac laboris amantissimum, malo benignius interpretari, quām cum aliis redarguere, quasi unam Lunationem omiserit, præsertim cùm scriberet in Ægypto, ubi Magistros audierat, & Cœlum diu obser-vaverat. Aliam responsionem suppeditat Eruditissimus Hardinus in suis ad Plinii locum notis: consensus, inquit, Librorum Veterum, ut Chiffletiani Codices, teste Dele-campio, editio Romana a. 1478; Parmensis a. 1476, ut & versio Italica Landini, Venetiis ejusdem anni, Tar-visiana 1479; alia Veneta 1483 habent constanter: Mensibus CCXXIII. Editio Veneta an. 1496, prior scri-pfit CCXXII, quam cetera perperam sunt secuta. 3.^o Alii viderint, an Chaldaei dicendi sint errasse, assumen-do tempus uno ferè horæ quadrante majus vero, an potius neglexisse minutæ: unicè solliciti, ut obtem-perarent oraculis, monentibus sacrificare patrio ritu Secundum Tria (^a), videlicet *Menses*, *Dies*, & *Annos*, quos poscebat æquari problemate tum temporis non minùs arduo, quām foret aliud Geometricum de du-plicandâ arâ cubicâ. 4.^o Sive dicendus sit error, si-ve neglectus Chaldaeorum, optimè P. Regler fortè de illis nil cogitans (multæ enim veritates inquirenti ultrò se offerunt, quas tunc dicere non solemus in-ventas, quia jam antea sese aliis videndas præbuere) loco hor. 8, quas Veteres numerare videbantur, sub-stituit h. 7, cum tribus ferè quadrantibus, quod tem-pus melius respondet superiori calculo, & medio spa-tio. Notandum 5.^o In motibus veris scip̄tæ inæqua-libus

(a) Geminus, Elem. Astron. c. 6.

ibus hoc spatium aliquando brevius, aliquando diutinius inventum. *Bullialdus* ^(a) comparatis duobus
www.LiberLiber.com *Lunaribus* defectibus a Tychone observatis anno 1577,
 d. 26 Septembris, & anno 1595, d. 7 Octobris *Astronomica*, reperit intercedere dies 6583, h. 7, 26^m. Nos in primâ Periodo Nostrâ Tabulâ VI, inter de-
 liquia mensis Januarii 1721, & 1739, ex observatio-
 nibus ibidem allegatis, invenimus, præter dies, & an-
 nos, intercedere hor. 7, 25^s, 20^m. Hoc quoque in-
 tervallum est brevius assignato. Aliam Periodum vi-
 dere est in gradu 13 Nostrâ Tabulâ V, ubi inter de-
 liquia Mensis Septembris (facta reductione ad eum-
 dem meridianum) supersunt h. 7, 2^m, 15^s. Omnium
 brevissima ex iis, quas ad examen revocaverimus, re-
 peritur in gradu 14 ejusdem Tabulâ V inter Luna-
 res Eclipses 29 Augusti 1719, & 8 Septembris 1737,
 ubi ex calculo, juxta Cassinianas Tabulas, supersunt
 h. 7 fermè: ex observationibus vero h. 7, m. 0^s, 28^m.
 Quod si quis propterea dubitaret motus Cœlestes sen-
 sim accelerari; en contraria exempla diuturnioris in-
 tervalli tam ante, quam post priora. Nona Periodus
 in nostra Tab. VI, ex Observatione Uranosturgenii
 Tychonis 7 Octobris an. 1576, & Goësana Lansber-
 gii 28 (stylo Juliano 18) Octobris 1594, supra annos
 18, & dies 11, numerat hor. 7, 51^s, 22^m. Octava
 Periodus, innixa observationibus Lansbergii, & P. A-
 leni, habet hor. 8, 2^m, 35^s. Ibidem secundâ Periodo
 supersunt horæ 8, 4^m, 20^s. In alia, cujus Pekinenses,
 & Romanas observationes videre est in secunda Par-
 te, inter medium Eclipsis diei 21 Octobris 1725, &
 medium Eclipsis diei primæ Novembris (2 Civil.)
 1743, deprehendi superesse horas 8, 21^s, 28^m. Inter
 oppositiones vero e Cassinianis Tabulis calculari hor.
 8, 18^s. Cum ergo misceantur Periodi diuturniores
 brevioribus, non datur locus, ut quis ex hoc præci-
 se ti-

(a) *Bullialdus*, *Astron. Philol.* L. III, c. 52.

sè titulo suspicetur motus Cœlestes aut sensim accelerari, aut perpetuò retardari. Comparando Periodum ex datis observationibus brevissimam, cum alia diurniore, media inter extremas haberet supra dies 6585, hor. 7, 42^o, 58^o, qui numerus differt tantum 38^o a medio per superiores cálculos reperto. Ex auctor quoque prodiret, si haberentur accuratiores Observations; si medio Eclipsis addatur, vel detrahatur quod requiritur ad veram oppositionem; si meridianorum differentia exploratiūs inveniatur, quām quæ hactenus prodiit. 6.^o Comparando novem Periodos sibi immediate consequentes in prædicta Tab. VI, in qua plures sunt longiores, quām breviores, a primo ad ultimum terminum factâ æquali divisione reditur ad numerum Chaldaeorum octo ferè horarum supra dies 6585. Notandum 7.^o Quando in Octaeteride sunt quinque Bissextilis (incipiendo enim a primo anno post intercalarem sunt tantum quatuor) tunc dies, qui post 18 annos superabundant, non sunt undecim sed decem, quia undecimus continetur in quinto bissextili. In Periodo 2, Tab. VI apparent superesse dies 12, quia anno 1700, qui debebat esse quartus bissextilis, non fuit, omissa unâ die. Notandum 8.^o hanc haberi posse tamquam primam Periodum simplicem; licet enim resolvatur in suas partes, non resolvitur in aliam Periodum minorem respectu ejusdem Luminaris. Et hac fortiè de causâ a DD. quibusdam Viris creditur apud Chaldaeos dicta Saros.^(a), quasi radix aliarum; sed Chaldaeorum εάρος, Berofo Chaldeo est spatium annor. 3600^(b), vel totidem dierum, iudice Syncello; (hic numerus nec cum annis, nec cum Lunationibus, nec cum diebus Periodi concordat) & componitur ex Neris sex: Nerus ex decem Saffis, sive sexagenis. Dixi respectu ejusdem Luminaris, quia si quis contentus sit in fine redire deflectionem alterius

pla-

(a) ράρος Radix Chaldaicæ.

(b) Syncell. Chronograph. p. 17, & 32, edit. Reg. Paris. 1692.

planetz, offerre possumus novam, & minimam Periodum Alternationis, quaz si initio habuerit Solis defensionem, in fine habebit deliquium Lunæ, & viceversa: est autem annor. 9, dier. 5, hor. 15, 51', 48". Sol distat a Nodo posteriore 14', 5", 10" (unde est dimidia Ægyptiacæ) minorem autem distantiam Solis, & alterutrius Nodi in nulla alia Periodo reperi; unde potest continuari per plurimos ordines cum Eclipsi, v. g. hoc nostro sæculo sibi hoc intervallo respondent defectiones Solis 11 Maii a. 1706: Lunæ 18 Maii 1715: Solis 32 Maii 1724: Lunæ 29 Maii 1733: Solis 2 Junii 1742. Attamen in primo casu Sol Nodum Ascendentem superaverat grad. 6, 51', 55". 9.º Si ad examen revocemus integrum Periodum in suis gradibus, & partibus nostrâ ætate absolutam, deprehendemus miram harmoniam inter Plenilunia Ecliptica, supra quam sperari potuisset in tam vario Planetâ, inter se correspondentia, etiam quoad eamdem speciem: totales defectus sibi respondent an. 1700 quinta Martii, & anno 1718, 16 Martii. Ut an. 1702, 1720, 1738 nulla fuit Lunæ Eclipse, ita nulla fuit an. 1705, 1723, donec an. 1741 reassumatur sub finem primæ diei civilis Januarii. Dimidia ferè pars ad Austrum obscurata est 1707, 22 Februarii, & an. 1719, 5 Martii. Partialis ad Boream an. 1706, 21 Octobris, & 1724, 1 Novembris: Item 1712, 23 Januarii, & 1730, 3 Februarii. Similiter 1713, 8 Junii, & 1731, 19 Junii. Idem evincunt tres Eclipses supra observatz a P. Kegler, in quibus pars deficiens fuit ad Boream; nam an. 1703, d. 3 Januarii summam obscurationem 7 digitor. min. 58' notavit De la Hire, nec re ipsa dissentit D. Eustachius Manfredi initio anni 1721, prænuntians die 13 Januarii digitos obscurationis 7, 20' Boreal.; unde ex mero impressoris errore in ejusdem Eclipse typo legitur Semprematri ex parte non obscuranda, ubi scribendum erat Meridies. Binarius numerus in Lunaribus variat in

in duobus casibus: alter est, quando initio Januarii, per Aestatem, & sub finem Decembris datur locus tribus deliquis, ut an. 1722: Alter est quando occurrit vacatio per 17 Lunationes; tunc enim vel annus nullum habet deliquium, ut 1723, vel habet unicum, dum alter terminus annum correspondentem ingreditur, ut 1741; sed vide integræ periodi collationem in nostrâ Tab. V, ubi plura uno intuitu oculis subjiciuntur. 10.^o Ibidem intueri licebit periodum extendi etiam ad Solares Eclipses revocandas, licet maiori cum varietate tum in numero, tum in specie, præsertim respectu loci determinati, eo quod defectus Solares non sint universales roti hemisphærio diurno, ut Lunares nocturno. Eclipsi Solari Aprilis 1736 nulla apparet correspondere anno 1718; licet enim Sol esset intra terminos possibles, Luna habebat latitudinem ubique Terrarum, majorem aggregato semidiametro utriusque Luminaris. 11.^o Ordines Periodi possunt in futurum, & in præteritum continuari, quādiū duret arcus Eclipticus, atque ita haberi prædictio Eclipsum tam in Noviluniis, quam in Pleniluniis ad multa tempora. Cūm autem numerus medius hujus Periodi simplicis, interim assumptus dier. 6585, h. 7, 43', 36'', vix differat ab extremis hactenus inventis $\frac{2}{3}$ horæ partibus, notetur hoc parvum discri-
men, quod erit usui non contemnendo ad invenien-
das veras Syzygias. 12.^o Si conjungantur simul duae Periodi Simplices, ut fecimus in Tab. V, jam habe-
bitur *Periodus Chaldaica Secundi Ordinis Lunationum* 446, dier. 13170, hor. 15, 27', 12" circiter. Plura binaria videri possunt in Tab. VI.

S. XIII. De Periodo Chaldaicā composita Tertii Ordinis in annis 54, & diebus 34. Arcana Periodi 179 annorum Lunarium detecta. Usus, & Machina a Cl. Philippo de la Hire inventa. Alter usus per divinationes numericas.

Solent nonnulli admirationem excitare ex ignorantia causa, vel originis, vel artificii, ut disciplina majori in pretio apud Auditores habeatur; nobis tamen placet suum cuique tribuere, & veritatem sublato velo spectandam proponere, ut plures a pravis voluptatibus abductos, in sui convertat amorem, & ad supremam deducat Veritatem. *Gosefridus Wendelinus* (^(a)) scribit εξαγμόν, seu reversionem Solaris Eclipsis Uraniburgi visę a Tychone anno 1579, die 25 Februarii hor. 5, m. 50 post meridiem, obscuratis digit. 5, 50^o spectandam in simili Eclipsi anno 1633. Prædictioni eventus respondit anno 1633, die 8 Aprilis, stylo novo, hor. 5, min. 15, obscuratis 5 digitis. Quod fundamentum hujus divinationis? Jungamus illi prius Celeberrimum *Philippum de la Hire*, qui duas diversas Eclipsium Periodos memoravit (^(b)), alteram Veterum, qui eosdem defectus recurrere putabant post 669 Mensam Revolutionem: alteram, quam extendit ad 2148 Menses. Qui Menses sunt isti? Synodici, an Periodici? Anomalistici, an Latitudinis? En Lumen ad detegendam priorem, quæ est *Periodus Chaldaica Tertiæ Ordinis*. Nam cùm Veteres Periodum simplicem facerent dierum 6585, & horarum 8 fermè, triplicarunt hunc numerum, sive ad vitandam fractionem, & ad habendos dies integros, sive ex aliis causis supra memoratis. Hic numerorum ordo est (^(c)) a Chaldaicis inventus, existimantibus diebus 19756 (in annis Ægyptiacis vagis 54, & diebus 46, sive annis Julianis 54, dieb. 34) compleri Menses Synodicos 66,

(en

(a) *Wendelinus*, Eclips. p. 46.

(b) Vide Hist. Reg. Sc. Acad. Re-

ris. an. 1686, pag. 261.

(c) *Geminus*, Elem. Astrar. cap. 25.

(en numerus Mensium, qui quarebatur), Periodicos 723, cum gradibus 32, Anomalisticos 717, Draconicos 726; quaz si intelligantur exacte, non sunt vera, ut olim advertit *Hipparchus*, & sequitur ex dictis de Periodo Simplici. *Ricciolus*^(a), factâ collatione Eclipsis totalis a Tychone Uraniburgi observata anno 1588, die 12 Martii, stylo novo, h. 15, min. 2 post merid. ; & alterius totalis a se Bononiz conspecta an. 1642, die 14 Aprilis hor. 14, min. 44' post merid. invenit intercedere dies 19755, h. 23, m. 42': deessent ergo 18 minuta ad complendum Chaldaeorum numerum dierum 19756. Sed non est perinde versari Bononiz, & Uraniburgi, quia hoc in Tabulis Manfredianis ponitur Orientalius, quam Bononia 6', 10"; adeoque tempus prioris Eclipsis, relatè ad meridianum Bononiensem, erat h. 14, min. 55', 50". Consequenter ad-complendam ultimam Chaldaeorum diem desunt in hac combinatione 11 minuta: at etiam in Anno Solari Astronomico, licet scirentur deficere undecim ferè minuta ad complendas sex horas, tamen in Julianâ computatione negligebantur. Quid ergo mirum, quod similem neglectum civilem Chaldaei facerent in suâ Periodo compositâ Tertii Ordinis? Aliæ exempla dabimus in novo progressu, deducendo usque ad complementum nonæ Periodi Simplicis intra decem Terminos, sive Eclipses finales.

Veniamus ad alterum Cyclum 2148 *Mensium*. Quoniam ex præcedenti numero constat menses enunciatos esse Synodicos; dividatur hic numerus per 12, & habebimus 179 annos Lunares, quos clarè tradit *D. De la Hire* in usu Tabularum pag. 89, comparans annos Lunares expletos cum Solaribus. Hic Cyclus ipsâ suâ constructione restituit Syzygias medias; neque enim Periodi Eclipticæ ostendunt Syzygias veras, sed solvunt problema, num in datâ Syzygiâ sit Eclipse. Ut inveniatur motus nodi sic ratiocinamur. Si

V 2

unus

(a) *Ricciolus*, Almag. L. IV, cap. 19, num. 6.

unus annus Lunaris, juxta laudatum Actorem, consi-
 tinet dies 354, hor. 8, m. 48', 38" (vel 40", nam
 minuta secunda & tertia, variè variis temporibus nu-
 meravit) ergo per analogiam 179 anni Lunares da-
 bunt dies 63431, horas 17, 5', 22". (Juxta alium
 calculum hor. 17, min. 23', 16", sumamus quid me-
 dium 13') hoc est, annos Solares 173 cum diebus
 $143\frac{1}{2}$ ferè. Motus Nodi retrogradus conveniens huic
 tempori, abjectis circulis, indicat ejus a priore sede
 distantiam Sign. III, gr. 29. Medius Solis motus con-
 veniens eidem tempori, ex Hiricanis pariter Tabulis,
 est Signorum VIII, gr. 0, min. 18', 32: ergo, si
 uterque initio Periodi fuisset in principio Zodiaci non
 stellati in fine Cycli, Sol esset in primo gradu Sagittarii:
 Nodus quoque motu retrogrado esset pariter in primo
 gradu Sagittarii; & consequenter est pulcherrima Pe-
 riodus Ecliptica (per V, & VI Fundamentum) cùm
 Sol, & Nodus sibi obviam eant contrario itinere in
 eodem gradu Zodiaci. Nihilominus, qui utuntur hoc
 Cyclo pro Eclipsibus, non ponunt ejus Epocham in
 Syzygiis Eclipticis: Epochæ enim, quæ assignantur ab
 iisdem sunt vel Novilunium anni 1680, 29 Februa-
 rii, hor. 14, min. 24' post meridiem Paris.; vel 1701
 die 8 Januarii, hor. 9, min. 45' vespertin. vel 1682
 die 8 Januarii, hor. 9, min. 26' vespertin., in qui-
 bus Noviluniis non fuit Eclipsis, ut constat ex La-
 titudine, quam tum Luna habebat longè majori, quam
 requirat duorum semidiametrorum utriusque Lumi-
 narum aggregatum, visum ex centro Terræ, si initium
 Cycli statuatur cum Hирео in Conjunctione 29 Fe-
 bruario 1680: ergo additis, quos invenimus, 173 an-
 nis Solaribus cum diebus $143\frac{1}{2}$, finis Periodi inci-
 dit in diem 29 Octobris 1853, in quam diem pro-
 pterea non potest cadere Novilunium anno 1854, qui
 est primus sequentis Periodi; nec est credibile D. De
 la Hire omisisse in suâ Tabulâ notare finem Periodi,
 cuius partes per annos expletos indicabat. Quod er-
 go

go in impressione Parisiensi, quâ utor, anni 1727, legitur tributum fini anni primi post Periodum, hoc modo: i. 1854 Octobris, die 28, hor. 26, min. 17', Sic legendum existimo, 179, 1853, 29 Octobris, hor. 2, min. 17', seu d. 28, hor. 26, min. 17' (a). Deinde i, 1854, &c. præscindendo ab Epochâ, motus medius Lunæ per Zodiacum dat in fine Cyli Sign. VII, 18, 11', 52''. Locum medium Apogei Lunaris distantem ab initio Sign. VII, 16, 42, 42''; quo subtracto a priori, relinquit pro Anomalia media gr. 1, 29', 10'', quæ differentia, cæteroquin adeò parva, minui ulterius potest per consuetas æquationes; ergo Luna restituitur propè eumdem gradum Anomaliz, quæ est altera hujus Cyli perfectio, licet non in eodem loco Zodiaci; nam cum anno Solari primâ fronte apparet habere dissensionem irreconciliabilem (modum tamen conciliandi assignabimus capite sequenti), unde complectitur novem Cyclos Metonicos Enneadecaëteridum, ac præterea undecim annos, & 243 dies, quot dies numerantur inter initium Januarii, & finem Augusti. Idem Cyclus amplectitur novem Chaldeorum Periodos Simplices, & insuper 141 Menses Synodicos, qui continentur in duodecim annis Lunaribus, detractis tribus Lunationibus. Non obstante hac dissonantiâ, quæcumque sit, mirus est ejusdem Periodi usus.

Primus sit, quem se excogitasse D. *De la Hire*, testatur loco citato, compositâ machinâ a se inventâ ex tribus circularibus laminis, quibus circumductis, quilibet ignarus calculi nullo negotio utriusque Luninaris Eclipses tam præteritas, quam futuras in Cyculo 179 annorum Lunarium cognoscere potest. Fabricam, & usum Machinæ habes apud eumdem, & apud *Bionem* ejus amicum, L. VI, cap. 4 de Instrumentis Mathematicis, qui cum illi tribuat machinæ inven-

(a) Juxta Constructionem effet d. 29, hor. 6 $\frac{1}{4}$ post merid. in motibus mediis.

inventionem, & hunc Cycli usum, non aliud; locum quzrendi Auctorem Periodi præbet, qui fortasse descendit ab Ægyptiis per Hipparchum, cui *intra decennos annos*^(a) fiebant in statis Mensibus Eclipsum revolutiones; sed cùm Plinii textus variè explicetur, & certiora documenta non se offerant, præstat Judicium suspendere, quàm temerè pronunciare, ne forte vero Auctori, quicumque illi sit, corona detrahi videatur.

Secundus usus ab iisdem laudatis viris affertur incerto Auctore ad solvendum paucis mysticis numeris problema, num in data Syzygia fuerit, vel futura sit Eclipsis. Liceat tantisper eorum genio indulgere (quis enim est, qui per ambages loqui non possit, si velit?) revocando Leges a prædictis Auctoribus fusiūs propositas, & quidem diversas, pro Noviluniis, ac Pleniluniis ad hanc unicam brevissimam formulam. Si $\frac{ab \ddagger c}{d}$, sit minus quàm c , non curato quotiente, poterit esse Eclipsis: si plus, subtrahatur ab ipso d ; & si residuum fuerit majus quàm c , non erit Eclipsis; si minus, possibilis est Eclipsis^(b): èd major futura, quòd minus fuerit residuum, vel differentia inter residuum, & divisorem. Literæ autem indicant sequentes numeros.

a. Numerus Lunationum intra Periodum assumptam completarum ab Epochæ supra memoratâ 8 Januarii 1701. (olim dabatur Novilunium diei 29 Februarii An. 1680, vel die 8 Januarii 1682.)

b. 7361) Pro quavis Syzygia, sive conjunctione,
d. 43200) sive Oppositione Lunæ cum Sole.

c. Pro

(a) *Plin. Nat. Hist. Lib. II*, c. 13.

(b) Ostendemus addendum esse *f* terminum Eclipsis certe: ut si residuum, vel ejus differentia a

Divisore sit minor quàm *f*, Eclipsis sit certa. Si major quàm *c*, non potest dari Eclipsis in tali Syzygiâ.

- c. Pro Noviluniis 33890. Pro Pleniluniis 37326.
 c. Pro Noviluniis 4060. Pro Pleniluniis 2800.

www.libtool.com.cn

Exempli causā, quāratur an in Novilunio diei 13 Junii anni 1741 sit Eclipsis Solis. Ab Epochā Recensore statutā ab his Auctoribus in Novilunio anni 1701, die 8 Januarii hor. 9, min. 45' post meridiem, in Meridiano Parisiensi ad aliam conjunctionem 1741, Mense Junio, die 13 Civil. hor. 10 matutin. min. 28, numerantur 500 Lunationes, seu Menses Lunares Synodici completi; intersunt enim 8 Lunationes supra 41 annos Lunares Tabulæ, qui ducti per 12 dant 492, adeoque additis aliis 8, reddunt 500 Lunationes, qui in nostro casu est numerus a ; hic multiplicatus per b , qui erat 7361, dabit ab 3680500: huic addito c , nempe 33890 (quia loquimur de Novilunio), resultabit ab plus c 3714390; hoc diviso per d , seu per 43200, nec curato quotiente 85, residuum erit 42390. Demum hoc subtrafacto ex d , hoc est ex 43200, remanet 810 longè minus quam e , idest quam 4060, adeoque est conjunctio cum Solis Eclipsi.

7	3	6	1		b
5	0	0			a
—————	—————	—————			
3	6	8	0	5	0
3	3	8	9	0	c
—————	—————	—————			
3	7	1	4	3	9
4	3	2	0	0	ab * c
—————	—————	—————			
3	4	5	6	0	0
2	5	8	3	9	0
2	1	6	0	0	0 Diff. 810
—————	—————	—————			
4	2	3	9	0	

Si

Sic etiam ab Epochā antiquiore diei 29 Februario 1680 ad Novilunium diei 3 Junii 1742 intersunt www.libropoldi.it **duæ Lunationes** supra 64 annos Lunares, sive Lunationes 770 pro a. Facta operatione, ut in præcedenti, supereft pro differentia a Divisore numerus 540 longè minor quām e; ergo fuit conjunctio Ecliptica. Idem, facta dupli variatione notatā in e, & e, servatur in inveniendis Eclipsibus Lunaribus, computando Menses Synodicos completos usque ad illum, qui præcessit oppositionem, de quā sit quæstio an sit Ecliptica.

§. XIV. Præcedentium numerorum, aliorumque similiū mysteria patefacta. Quomodo partes temporis revocentur ad partes circuli. Quis arcus multiplicatoris. Notanda in Epochis statuendis. Cur divisor per sex Signa. Non omittendum Terminum Eclipsis certæ.

Ratiocinio, atque ordine investigemus prædictorum numerorum mysteria, quando illorum artificium frustra tentatum a multis, sibi Auctores reservarunt; quodd enim eorum expositio inter ea, quæ dari nequeunt ab aliquibus, relata fuerit, nos allicit ad interpretationem. Mysticī illi numeri dari sunt ad prædicendas. Eclipses; istarum ergo continent elementa. Hæc dupli methodo tradi solent (§. IX), & uterque indicatus in Hirei præceptis, aut Veterum per simplicem terminorum distantiam a Nodis, aut Recentiorum per semidiametros Luminarium, Umbræ, & Disci Terrestris. Juxta Recentiorum Methodum, resolutis illis numeris in minutiores graduum particulas, prodeunt quidem plures semidiametrorum æquipollentiz, & combinationes non contemnendz; sed planè accidentales, quia integras regulas clarè non redundunt. Idcirco ex altero latere inquiramus in Veterum Methodo, & quidem per constructionem, quod ex altero per resolutionem non potuit inveniri. Si independenter a laudatis Auctoriibus simile ædificium nobis esset construendum, sic progrederemur. a Nx-

a Numerum Lunationum designare debet post Epocham completarum. Quia vero sic darentur partes temporis, hoc aliquo pacto revocandum ad communes circularis circumferentiz divisiones: id vero melius obtineri non potest, quam adnotando arcum, quo Sol ab Ascidente Luna Nodo elongatur spatio unius Lunationis, sive revolutionis Synodicz: tali enim tempore medio Sol, & Nodus recedunt invicem grad. 30, 40^o, 14^m ferè (vide nostram Tab. I), in quo convenienter Recentiorum Tabulz Hirei, Cassini, Flamstedii, qui addit 15^m. Conferendus propterea cum iteratis observationibus, quia si tantillum hic pectetur, vel ex defectu, vel ab excessu, error, qui initio erat contemptibilis, in progressu fieret sensibilis, eo quod hic arcus toties sit multiplicandus, quot sunt Lunationes elapsz post Epocham.

*b Erit præcedentis numeri Multiplicator, qualis arcui elongationis Solis a Nodo Luna ascendente tempore unius Lunationis mediz (cum enim hic numerus conkitanter idem servandus sit, congruet Syzygiis mediis), quem arcum interim assumemus grad. 30, 40^o, 14^m, 110414^s. Si forent 110415, essent grad. 30, 40^o, 15^m; sive minuta prima 1840 $\frac{1}{4}$, sive semiminuta prima 3680 $\frac{1}{2}$, sive minutorum primo:um quadrantes 7361 (erat ne hoc b apud Hircum?) Sed cum ex diversis Tabulis, etiam ipsius De la Hire, eruerimus 14^m, & non 15^m, non videtur singulis Lunationibus addendum illud minutum secundum, quod multiplicatum per 60 Lunationes in quinque annis Lunaribus, redderet arcum abundantem uno minuto primo. Jam vero numerus, qui resultat ex multiplicatione *a* in *b*, debet connecti cum loco Solis, & Nodi, vel saltem cum relatione, quam habebat uterque in Epochâ. Hinc factò ex *a* in *b*.*

c Erit numerus addendus, tanquam nexus inter mediaturum revolutionum cum Epochâ. Ac primò loquamur de Novilxnijs, dimissâ veteri radice d. 29

Februarii 1680, in quâ arcus elongationis Solis a
nodo pluribus gradibus differt (proprius accedebat a
lia d. 8 Januarii an. 1682) ab arcu Epochæ anni
1701, in Novilunio diei 8 Januarii; in hac Nodus
Lunæ Ascendens obibat 19 grad. Leonis, Sol 19 Ca-
pricorni. Quia verò ex diversis Tabulis, & zquatio-
nibus diversæ minutorum, & secundorum particulæ
eruuntur, ad vitandam litem ponamus tunc Solem,
& Nodum Ascendentem distâsse invicem Sign. IV,
grad. 22, min. 12', 30", sive grad. 141, cum præ-
dictis particulis; sive minuta prima 8472 $\frac{1}{2}$, sive se-
miminuta 16945, sive minutorum quadrantes 33890
(hunc numerum addendum referebat *La Hire* in con-
junctionibus), sive minuta secunda 508350". Quam-
vis verò ex annis Lunaribus facile eruatur nume-
rus Lunationum, & a Cyclo Metonico annorum So-
larium 19, dentur 235 Lunationes, tamen ne nume-
rus multiplicatus nimium excrescens, aut molestiam
afferat, aut in errorem inducat, expedit subinde no-
vam Epocham constituere. Si nova Epochæ deposci-
tur servatâ anni eadem die statuemus, anno 1750, cum
emolumento, quia est Novilunium Solis Eclipticum,
quod e Cassinianis Tabulis ad meridianum Bononiæ
consignatur die 8 civili mensis Januarii, hor. 10,
min. 32' post medium noctem præcedentem.

Locus Solis in λ gr. 18, 6°, 42"	Ex Hirianis verò	λ 18. 6. 37"
Locus Nodi A in λ gr. 9. 51'. 1"		λ 9. 52'. 15"

Sol & Nodus dista- bunt invicem	gr. 8. 15'. 41"	8. 14'. 22"
------------------------------------	-----------------	-------------

Hoc ergo potest esse novum & pro Noviluniis gr. 8,
15', 41", hoc est, min. 495 $\frac{1}{2}$, semiminut. 99 $\frac{1}{2}$,
seu quadrantes min. 198 $\frac{1}{2}$, sive secunda 29741".
Juxta Tabulas *De la Hire* arcus gr. 8, 14', 22",
quaivalet min. secund. 29662". Si observetur ille de-
fectus Solaris, per se futurus in Europa visibilis, pote-
rit adhiberi melior correctio, quam ex quavis Ta-
bularum zquatione.

c, No-

e, *Numerus Addendus* in Pleniluniis erit nexus revolutionum cum primo Plenilunio post Epocham, adeoque major numero precedente, propter majorem Solis a Nodo distantiam (contraria de causa foret minor, si eligeretur primum Plenilunium ante Epocham) convenientem tempori dimidiz revolutionis Synodicz, quz differentia in motibus mediis est gr. 15, 20', 7"; sed in motibus veris erit nunc paulo major, nunc paulo minor. In Epochâ oppositionis d. 24 Januarii 1702, ex numero Hirzano, eruitur Sol distans a-Nodo Lunz Ascendente gr. 155, 31', 30", sive minuta prima $93\frac{1}{2}$, hoc est, semiminuta 18663, sive minutorum quadrantes 37326, (en numerus qui quzrebatur), sive min. sec. 559890. Cùm autem dentur pro arcu distantiz Solis a Nodo in Plenilunio praedicto Sign.

V, 3, 37', 30"

In preced. Novil. IV, 21, 12, 30

o, 14, 25, 00 erit differentia resultans inter utrumque. Pro Epochâ nostrâ Plenilunii libenter assumerem Plenilunium pariter Eclipticum, proximè precedens d. 23 Decembris an. 1749, hor. 8, min. 43' ad Meridian. Bononiz; sed quia tunc Sol erit citra Nodium in minori longitudine, & in accessu ad illum; idcirco ne quis patiatur zquivationem, feligo Plenilunium proximè sequens diei 22 Januarii, hor. 1, 33' ad meridianum Bononiz; sed quia hic quoque Tabulz nonnihil dissident, antequam lis ex observatione decidatur, addi potest interim, precedenti Epochz motus medius supra notatus grad. 15, 20', 7". Hic methodo arcus distantiz in Plenilunio diei 22 Januarii 1750 inter Solem, & Nodium, erit juxta Caffinianas Tabulas grad. 23, 35', 48', sive Minuta $141\frac{2}{3}$, sive semiminutorum $283\frac{1}{2}$, sive quadrant. minut. 4663, sive minutorum secundorum 84948'. Eadem Methodo, juxta Hirzeanas Tabulas, novum & pro Pleniluniis foret arcus gr. 23, 34', 29", sive

five minutorum $14\frac{1}{4}$, **five semiminut.** 2829, **five quadrant.** minut. 5658; **five minut. secundorum** 84869^o. **Quia** vero Eclipse contingere potest **five ad unum**, **five ad alterum Nodum**; in hoc progressu Solis a Nodo Ascendente advertendum, quando circa alterutrum Nodum sit intra terminos Eclipticos. Hinc

d Divisor erit **zqualis sex Signis** (quantum scilicet distant invicem Nodi), **five grad.** 180, **hoc est minuta prima** 10800, **five semiminut.** 21600, **quadrantes minut. 43200** (ecce tibi numerum interpretatione donandum), qui multiplicatus per 15^o datur **minuta secunda** 648000^o. Tota precedens operatio instituta est, ut cognoscatur quandonam Sol sit, vel futurus sit intra Terminos Eclipticos.

e Terminus Possibilis, ultra quem dari non potest, intra quem dari potest Eclipse, sed incertum est an sit futura, quandiu non attingat terminum necessarium. In Noviluniis mediis, juxta Cassinum, aliquosque Recentiores, sunt grad. 21, **hoc est, minuta prima** 1260^o, **five semiminuta** 2520, **five minutorum quadrantes** 5040, **five minut. secund.** 75600^o; assumi potest numerus paulo minor, v. gr. secundorum 75400^o ad securius comprehendendas Eclipses sensibles. In his non comparet numerus oblatus, quia illius Auctor assumpsit arcum multo minorem, nempe grad. 16, 55'; **five minuta prima** 1015, **semiminuta** 2030, **five quadrantes minutorum** 4060 (en numerus qui quarebatur), **five minuta secunda** 60900^o, intra quem terminum dicitur^(a) a De la Hire: **possibilis erit Eclipse**. At hic Arcus gr. 16, 55' accedit ad Terminum necessarium in Conjunctionibus mediis; & non solum superioribus faculis^(b), sed etiam hoc nostro^(c) habebatur pro termino necessario Eclipse futuræ.

In

(a) *Hire*, in *Præcepto XI*, Tab. e-
dit. Parisiis. an. 1727.

(b) V. *Auctores allegatos a Riccioli.*
Almag. L. V., cap. 12, n. 6.

(c) *Bien* (recogaitus a *De la Hire*)

Traité des Instrum. Mathématiq.
Lib. VI, cap. 4. Si est Moindre
que le Nombre 4060, il y aura
Eclipse de Soleil.

e, In *Oppositionibus Mediis*, juxta Recentiores, est arcus grad. $14\frac{1}{2}$, hoc est, minut. prim. 870', se-mimin. 1740', min. quadrant. 3480', secunda 52200''. Neque in his comparet datus numerus mysticus, quia Auctor illius Canonis assumpsit arcum grad. 11, 40', sive minut. 700', sive semiminuta 1400; sive minuto-rum quadrantes 2800; (en numerus datus) sive se-cunda 42000''. Comperto, quod Eclipsi sit possibilis, adhuc superest principale quæsitum, utrum futura sit in datâ Syzygiâ; posset enim impediri, v. gr. ex Apogeo Luminarium, quando eorum semidiametri ap-parent minores; idcirco non debet omitti arcus, in-tra quem Eclipsi est certa, qui vocari solet Termi-nus necessarius.

f, Ergo sit *Terminus Necessarius*, sive Eclipsi certe in mediis *Conjunctionibus*; juxta Recentiores est Arcus grad. 15, sive m. 900, sive semiminuta 1800, sive quadrant. minut. 3600, sive minuta secunda 54000''.

f In *Oppositionibus Mediis*, juxta Recentiores, vidimus esse arcum grad. $7\frac{1}{2}$, adedque min. 450', sive semimin. 900, sive quadr. min. 1800, qui mul-tiplicati per 15'', conficiunt per minuta secunda 27000''.

Et jam deteximus, cunctisque penitus introspi-cienda exposuimus, non tantum datorum numero-rum mysteria; sed etiam eorum fundamenta, sublate velo regulæ cæteroquin communis, quæ adhuc pro-fundiùs indagari meretur.

§. XV.

§. XV. Illationes variae. Nostræ expositionis ratio ex Harmonia. Cur vetus regula deficiens & fallax, tam juxta Epocham præcedentis sæculi, quidm nostri inveniuntis: quid si termini Kepleriani substituantur: quomodo inveniatur locus Solis, & Nodi Lunaris per novam Regulam: istius concordia cum Calculo.

Colligamus fructus. 1.^o Nostra Explicatio negari non potest, cum & congruat significatio cujusque dati numeri (quippe singulas ex illis unitatibus mysticis æquivalere deprehendimus sec. 15^o, sive quadranti unius minutus primi), & eorum Syntaxis concordet in tradendâ Regulâ Astronomica pro Eclipsibus. Sic Epistolæ arcans notis descriptæ, Ægyptiorum Hieroglyphica, aliaque id genus non aliter referantur, aut reserata existimantur, quam congruentia cujusque notæ, & earum continuatâ sententiâ, salvo loquentium systemate. 2.^o Cum illi numeri contineant fractiones, graduum circuli in min. primorum quadrantibus, non est cur quispiam suspicetur in illis, aut fractiones uncizæ Græcorum, aut *Hebakim* Cabalistarum Hebræorum, sive alias computandi ratios. 3.^o Prædictos Canones, quisquis sit Auctor, non satisfacere principali quæstio *an sit* Eclipsis in datâ Syzygiâ, contra quam aliqui (^a) opinantur. Quod si numeri dati 4060, & 2800 sumerentur tanquam termini *necessarii*, nimirum aberrarent a veritate præsertim in Lunâ. 4.^o Nec accuratè solvere alterum quæstum: *an sit possibilis* Eclipsis in datâ Syzygiâ, præsertim in Sole, quia sic excluduntur omnes illi Solares defectus, qui cæteroquin contingere possunt inter grad. 16, 55', & grad. 21. 5.^o Mirum proinde non est talem Solarem canonem fallere, quando in motibus mediis arcus distantiarum Solis a Nodo est major grad. 16, 55', & simul minor grad. 21. 6.^o In Luna

(a) V. Bion, loc. cit. & P. Albert. *Pappianum*, Tract. de Sphæra Armill. Sectione II, §. 1: *Succederanno gli Eclissi.*

na quoque potest fallere, quando praedictus arcus est major grad. 11, 40', minor 14 $\frac{1}{2}$, si Recentiorum termini subsistunt. 7.^o Vidimus datum multiplicatorem excedere integro minuto primo in quinque annis Lunaribus, sive in 60 Lunationibus, vel saltem intra Lunationes 80, si addantur minuta tertia; Flamstedii ergo etiam ex hoc titulo potest error obrepere; error autem adeo potest excrescere in progressu, ut deducat ad negandum possibile deliquium, etiam quando est intra grad. 11, 40'. Sit Exemplum in Ple-nilunio Ecliptico anni 1742, die 19 Maji, h. 3, 37, Sol in Tauri gr. 28, 21': Nodus ascendens in Gemini-norum grad. 7, 33 $\frac{1}{2}$. Distabant invicem gr. 9, 12 $\frac{1}{2}$; ergo Lunæ deliquium erat possibile, & tamen juxta oblatos numeros mysticos non esset possibile: nam ab Epochâ diei 8 Januarii 1701 ad Novilunium diei 4 Maii 1742 numerantur Lunationes completæ 511, conflatæ ex 42 annis Lunaribus, & aliis septem Lunationibus.

$\begin{array}{r} 4 \ 2 \\ 1 \ 2 \\ \hline \end{array}$ $\begin{array}{r} 8 \ 4 \\ 4 \ 2 \\ \hline \end{array}$ $\begin{array}{r} 5 \ 0 \ 4 \\ 7 \\ \hline \end{array}$ $\begin{array}{r} 5 \ 1 \ 1 \\ \hline \end{array}$	$\begin{array}{r} 7 \ 3 \ 6 \ 1 \ \ 6 \\ 5 \ 1 \ 1 \ \ a \\ \hline \end{array}$ $\begin{array}{r} 7 \ 3 \ 6 \ 1 \\ 7 \ 3 \ 6 \ 1 \\ \hline \end{array}$ $\begin{array}{r} 3 \ 6 \ 8 \ 0 \ 5 \\ \hline \end{array}$ $\begin{array}{r} 3 \ 7 \ 6 \ 1 \ 4 \ 7 \ 1 \ \ ab \\ 3 \ 7 \ 3 \ 2 \ 6 \ \ c \\ \hline \end{array}$ $\begin{array}{r} 3 \ 7 \ 9 \ 8 \ 7 \ 9 \ 7 \ \ ab * c \\ 4 \ 3 \ 2 \ 0 \ 0 \ (*) \ d \\ \hline \end{array}$ $\begin{array}{r} 4 \ 0 \ 3 \ 9 \ 7 \\ \hline \end{array}$ $2 \ 8 \ 0 \ 3$
---	---

Kell.

Residuum, quod relinquitur, est 40397 longe majus, quam e 2800. Illo subtracto a divisore pro differentiis ab 2803, qui numerus adhuc est major quam e; ergo non potuisset Luna pati deliquum juxta illam Regulam; & tamen passa est de facto. Similis aberratio prodit ab Epochā antiquiore diei 29 Februarii, a quo ad Novilunium diei 5 Aprilis anni 1742, sunt anni Lunares 64, qui ducti per 12 dant 768, adeoque in Plenilunio sequenti Majii habemus 769 Lunationes completas pro a: peractā operatione, atque abjecto quotiente 131, prodit residuum 38735, ejusque differentia a Divisore 4465 longè major, quam e 2800; ergo neque sic debuisset dari deliquum Lunæ, & tamen contigit.

8.^o Cūm geminæ datæ Epochæ 1680, & 1701 re ipsa non habeant eundem arcum elongationis, & multiplicator non exactus possit extra terminos prescriptos ducere juxta alteram, quando non dicit extra aliam, contingere potest, ut probetur possibilis Eclipsis, juxta Epocham 1680, quando non fuit possibilis juxta Epocham 1701. Exemplum sit in Novilunio diei 15. civili Septembbris 1746, hor. 9, 45' matut., arcus distantiae Solis a Noda Descendente erit grad. 7, 43' $\frac{1}{2}$; ergo cum Eclipsi certa. Idem eruitur ab Epochā antiquiore diei 29 Februarii an. 1680: ad hoc Novilunium sunt anni Lunares 68 cum aliis septem Lunationibus, adeoque habemus Lunationes 823 pro a: facta operatione relinquitur 793 pro differentia residui a Divisore; ergo deberet esse Solis defectio. Viceversa, non deberet esse si computetur ab Epochā 8 Januarii 1701; relinquitur enim ultima differentia 7545 longè major, quam e 4060.

9.^o Pro-

9.^o Propter easdem rationes potest contingere viceversa, ut Eclipſis, quæ juxta Epocham novam 1701 eſſet poſſibilis, juxta Veterem non foret poſſibilis. Exemplum ſit in Novilunio 17 Octobr. 1743. Sol diſtabat a Nodo ♂, grad. 15, 53'; ergo poterat eſſe Eclipſis. Idem eruitur ex Epochā anni 1701; relinquitur enim pro differentia a Diviſore numerus 2455 minor, quam e 4060.

www.libtool.com.cn

$\begin{array}{r} 7 \ 3 \ 6 \ 1 \\ 5 \ 6 \ 5 \ 4 \\ \hline \end{array}$ $\begin{array}{r} 3 \ 6 \ 8 \ 0 \ 5 \\ 4 \ 4 \ 1 \ 6 \ 6 \\ 3 \ 6 \ 8 \ 0 \ 5 \\ \hline \end{array}$ $\begin{array}{r} 4 \ 1 \ 5 \ 8 \ 9 \ 6 \ 5 \\ 3 \ 3 \ 8 \ 9 \ 0 \ 0 \\ \hline \end{array}$ $\begin{array}{r} 4 \ 1 \ 9 \ 2 \ 8 \ 5 \ 5 \\ 4 \ 3 \ 2 \ 0 \ 0 \\ 3 \ 8 \ 8 \ 8 \ 0 \ 0 \\ \hline \end{array}$ $\begin{array}{r} 3 \ 0 \ 4 \ 8 \ 5 \ 5 \\ 3 \ 0 \ 2 \ 4 \ 0 \ 0 \\ \hline \end{array}$ $\begin{array}{r} 2 \ 4 \ 5 \ 5 \\ \hline \end{array}$	b a ab c $ab+*$ d $(97) \frac{2\ 455}{43200}$
---	---

Viceversa, ab Epochā diei 29 Febr. 1680 ad hoc Novilunium ſunt anni Lunares 65 cum aliis 7 Lunationibus; unde prodit numerus 787 pro a; in fine operationis relinquitur 5003 numerus major, quam e; ergo juxta illam Epocham dari non potuiffet Eclipſis.

www.libtool.com.cn

	7 3 6 8 b 7 8 7 a
	3 1 5 2 7 3 8 8 8 8 3 1 5 2 7

	8 7 9 3 3 0 7 ab 3 3 8 9 0 c
43200 38197 ----- Differ. ^a 5003	-----
	5 8 2 6 9 9 7 ab**c 4 3 2 0 0 d

	1 3 0 6 9 9 1 2 9 6 0 0 (134 38197 ----- 43200

	2 2 0 9 9 7 1 7 2 8 0 0

	3 8 1 9 7

20.^a Cùm in expositis numeris tot sint, ac tam graves defectus, cùm neque congruant cum Tabulis Hiricanis, præsertim in arcu menstruæ digressionis Solis a Nodo Lunari: cùm nec ab amicis *Philippi de la Hire* illi tribuantur, si quis negaret eumdem præclarissimum Astronomum esse Auctorem talium numerorum, non contradicerem; si enim esset Auctor illorum, multò exactiores condidisset: Nec deest qui suspicetur ab extremo Oriente profectos. Nam in Siniis, teste *P. Du Halde* (^a) numeri quibus Ecliptici termini & proprietates Eclipsis exprimuntur plusquam

100

(a) *P. Du Halde* de script. & Chine tom. 2, p. 273, edit. Paris. 1735.

100 annis antiquiores sunt Epochæ Christi Dom. sed aded obscuri ut pauci Sinensium Literatorum intelligent. Quod nobis adjecit stimulus ad interpretationem Europæorum, a quibus forte non multum discrepant numeri Orientalium.

11.^o Consulto arcus Eclipticæ resolvimus in variis particulas minutorum Secundorum, &c. tum ut eadem clavi statim referentur, qui sub diversâ formâ a diversis proponuntur: tum ut in usu eligat quisque formam, quæ magis arrideat, sive in quadrantibus minutorum, sive in secundis, &c.

12.^o Keplerus loquens ceteroquin de Syzygiis visis, dederat pro Noviluniis arcum grad. 17, m. 16^o, (nempe minuta secunda 62160") ut terminum defectus Solaris possibilis: gr. 15 + 55' (hoc est minuta secunda 57300"), ut terminum defectus Solaris necessarii. Pro Pleniluniis assignaverat gr. 12 (sec. 43290") ut terminum possibilis deliquii Lunaris: grad. 10, 40' (sive sec. 38400"), ut terminum Lunaris deliquii certi. Si hi numeri dentur pro Syzygiis Mediis, quibus deservit Multiplicator invariatus, proprijs quidem accedent ad Recentiorum limites, atque observationes. Sed si hz substituunt, illi aliquando, licet rarijs, a veritate aberrarent, ut liquet ex mutua comparatione, v. g. in primo casu, quando arcus sit major grad. 17, 16', minor grad. 21. Recentiorum observationes possibilem ponunt Solis defectum, qui dari non posset juxta Keplorianos numeros Syzygiis mediis applicatos.

13.^o Quandovis sub velo tam denso, atque elaborato invenerimus latere vulgares notiones (ut est humana sors in similibus Investigationibus non infrequens); tamen forma, quâ proponuntur, suam habet utilitatem, ut vel Tiro sine Tabulis Astronomicis plerumque divinare possit Eclipses; quâ de causâ cuiuscumque claro viro tribuantur non refragabor.

14.^o Si quis vellit medium Solis locum, & No-

di Lunaris in Ecliptica in data Syzygia, advertat in una revolutione Synodica media mutuum Solis, & Nodi recessum ex nostra primâ Tab. esse gr. 30, 40, 13", 56", 41", sistendo in minutis secundis Solem procedere sec. Ser. Sig. gr. 29, 6, 24", sive sec. 104784"
Nodum Lunare contra
Ser. Sig. motu retro-
grado conficere gr. 1, 33', 50", sive sec. 5630"

Mutuam distantiam, sive

aggregatum utriusque gr. 30, 40, 14', sive sec. 110414"
 Proinde toties addendum Epochz arcum Solarem, quot fuerint Lunationes elapsz: Viceversa, subtrahendum ab Epochâ arcum Nodi, quot elapsz fuerint Lunationes, abjectis, si opus sit, integris circulis; numerus, qui remanet, ostendet quæsitum locum vel Solis, vel Nodi.

15.º Dedimus simul regulam completam, correctam, explicatam: ut

a, Sit numerus Lunationum completarum post Epocham Novilunii diei 8 Jan. 1701. Anno autem 1750 sumatur alia Epochâ, & mutetur numerus addendus juxta dicta

b, Multiplicator præcedentis 110414",

d, Divisor 648000.

Pro Noviluniss.

e, Addendus	508350
e, Term. Possib.	75600
f, Term. Necess.	54000

Pro Pleniluniss.

559800"
42000
27000

Quare multiplicato a in b, & addito e, totâque hac summâ divisâ per d, si residuus numerus, aut ejus differentia a Divisore sit major quam e, non erit possibilis Eclipsis in data Syzygiâ. Si minor quam e, & major quam f, est possibilis Eclipsis, sed incerta. Si

fue-

fuerit minor quām f , certò erit Eclipsis, et major futura, quod minus fuerit residuum, vel differentia inter residuum, & Divisorem. Ita extra ambages res, constituta juxta Recentiores terminos, qui ulterius cum observationibus conferendi, a quibus si inventiantur abludere, patet ex dictis modus corrigendi. Interim ad calculi leges expendamus. Proposito Plenilunio diei 23 Decembris 1768, calculus monstrat tunc futurum ingens Lunæ deliquium. In motibus mediis Nodus ϑ erit in Capricorni grad. 2, 57'. Sol in λ gr. 2, 35', cum distantia mutua 21', 22", siue secund. 1282". Ab Epochæ nostræ Plenilunio futuro die 22 Januarii 1750, ad predictum Plenilunium intercedunt Lunationes 234 completz (nam duæ extremeræ medietates faciunt unam integrum) redactis arcubus, & numeris ad minuta secunda, juxta nostram regulam, post operationem remanent pro Differentiâ inter residuum, & Divisorem 1824 (ad eoque certò erit Eclipsis, cum sit numerus longè minor quām f 27000") hoc est arcus distantiz inter Solem, & Nodum 30', 34": superat numerum inventum per calculus 542", sive min. 9, 2".

Pro-

Proprius acceditur operando ^{librabitur} juxta Tabulam Hi
reanas; differentia enim, quæ remanet a
Divisore, est 1745, sive 29, 5": discriminem a nu
mero invento per calculum 79", qualem con
cordiam vix ullus spe
rare potuisset.

25836,876	ab
84869	c

25921,745	ab*
25920,000	c
1745	

1 1 0 4 1 4	b
2 3 4	a
4 4 1 6 5 6	
3 3 1 2 4 2	
2 2 0 8 2 8	
2 5 8 3 6,8 7 6	ab
8 4 9 4 8	c
2 5 9 2 1 8 2 4	ab*
6 4 8 0 0 0 (*)	d
(*) 6 4 8 0 0 0	
4 0	
2 5 9 2 0,0 0 0	
additis 1 8 2 4	
2 5 9 2 1,8 2 4	

CA-

C A P U T V.

www.libtool.com.cn

*Novus ulterior progressus in aliorum
Methodo.*

S. XVI. *Elevare Periodum Chaldaicam per 9 Ordines inter se connexos usque ad decimum terminum. Progressus per annos vacuos, quamdiu duret. Argoli dubitationes sublate. Cautio in usu Ephemeridum.*

Dicitum in superioribus Periodum Simplicem Ægyptio-Chaldaicam tam in futura, quam in praeterita tempora posse continuari per plures ordines mutuo connexos, ut finis unius sit principium alterius. Id nunc ostendendum assumo per *novenem Periodos Simplices*, sive per tres *compositas* Tertii ordinis, quando peculiariter in hoc lucis umbræque conflitu, numero Deus impare gaudet. Initio ducto a Lunari deliquio, quamvis partiali 7 ferè digitorum, observato in Sinis a P. Kegler die 25 civili Mensis Januarii anni 1739, & Neapoli a Reg. Professore D. Petro Martini retrocedendo deteximus, partim ex observationibus, partim ex Ephemeridibus, partim ex calculo, unamquamque ex infrascriptis Periodis in Lunare deliquium desinere. Vide Tabulam VI, in qua dies Astronomicè computantur a meridie Loci, in quo facta fuit observatio. Ad annum 1648 *Argoli* typus repræsentat Australem Lunæ partem obscurandam; at Luna habebat tum latitudinem Australem decrescentem, &c.: ergo debebat obscurari pars Borealis. Anno 1666 omittitur ab *Argolo* in Ephemeridibus, & a *Ricciolo* in ultima Tabula L. V, Almagesti; at calculus, & vicinia nodi probant non defuisse. Septimam Periodum compleat Eclipsis Nangasachi, visa a P. Carolo Spinola anno 1612. Nonam absolvit defectus

Lu-

Lunaris, Romz observatus a Fr. *Egnatio Dantze*, & a *Tychone* Uranoburgi: Totum autem hoc intervallum
 www.digitaturnexi 2007 Lunationibus. Cætera quz hic es-
 sent adnotanda præmisimus §. XII. Unicè supereft in-
 quirendum, quamdiu duret Periodi Simplicis progres-
 sus per annos a Lunaribus deliquiis vacuos: cùm e-
 nim terminus cuiuslibet Periodi progrediatur per 11,
 vel 10 dies supra 18 annos, tandem Eclipsis ab ul-
 timo mense anni præcedentis pervenire debet ad ini-
 xiūm Januarii, & sic tollere vel transferre vacuita-
 tem. Itaque progressus ille videtur extendi posse a-
 liquando per 11 periodos; excluso primo, & ulti-
 mo termino, in quibus non desunt Eclipses. Nam
 cùm intervallum maximè diuturnum sine Lunari de-
 liquio sit 17 Lunationum, ut visum est cap. ultimo
 primæ Investigationis, 12 ex illis cum addita Epacta
 dierum 10, h. 15, 11', 22'' impleant annum Solarem;
 reliquum tempus usque ad XVII Lunationem com-
 pletam distributum per fines periodorum usque ad
 XII terminum apparet coquari. Exemplum sit in
 nostra Tab. VII, in qua die 1 Januarii 1741 redit
 tandem deliquium Lunz ad Annum, cui cæteri vacui
 correspondent. Retrogrediendo per 11 periodos per-
 venitur ad annum 1525, in quo fuit Lunz deliquium
 die 4 Julii (quz dici debuisset dies 13, si tum facta
 fuisset æquatio Gregoriana), illique mensi contigit
 per saltum ab alia Lunatione Augusti: Hoc tamen
 non est nobis terminale, sed aliud quod profertur eo-
 dem anno die 29 Decembris propter dictam æquatio-
 nem, sive propter decem dies ablatos deinde ab an-
 no correctionis revera tribuendum Januario anni se-
 quentis. Video *Argolum* in Præloquio anni 1669 præ-
 nunciare Lunam defecturam 15 Aprilis hor. 19, 47,
 interdiu; sed quasi sese corrigens in proprio loco,
 hoc est, d. 19 Aprilis, & omisit notare Eclipsem, &
 in meridie signat Australē Lunz latitudinem, crescen-
 tem grad. 2, 25'. Idem ad annum 1687 fuit dubius

an

an die 26 Maji (legi deberet die 28, quando nōtatur Oppositio) futura esset Eclipsis Lunæ; sed factetur ob magnam ejus ab Ecliptica deviationem *nul-*
lius ferè magnitudinis ^{www.LibriDigitali.com.it} habendam. Præterea cùm in meridie illius diei ponat Australem Lunæ latitudinem crescentem grad. 2, 51, & distantiam Solis a nodo grad. 16 $\frac{1}{2}$ pariter crescentem, nulla poterat esse suspicio deliquii. Placeret quidem inniti ubique observationibus; sed cùm multæ Eclipses sub nostro Horizonte contigerint, & Eruditorum, atque Academiarum Acta, quæ subinde allegamus ex nostris excerptis, non sunt ad manus, exemplo Riccioli ^(a), Ill. Blancini, aliorumque Clarorum Virorum adhibuimus, aliquando motuum cœlestium Ephemeridas, quas sancè, nemo non videt esse adjumento non mediocri, tum ad sublevandum laborem quærendi Syzygias Eclipticas, earumque species, tum ad dandam iteratis calculis, ubi coincident, securitatem; sed etiam negari non potest cum cautione adhibendas, cùm aliquando non solum in numeris, quorum diversitas in diversitatem Tabularum, ex quibus eruuntur, perspè refunditur; sed etiam in Typi delineatione a Cœlo disfideant: unde dolent Professores ^(b), quod tempus præcisum ex nullis Tabulis nisi quam rarissime deducatur: quod in Diagrammati, & delineationibus Eclipsium aliquando fuerit aberratum, præsertim alterius vitio: quod Argolus minus accuratus fuerit in Eclipsibus, &c. Propterea cautela ubique utilis, præsertim cùm ex Impressoris vitio non semel aberretur, v. gr. in Actis Nobilis Academiz consignatur Lunaris Eclipsis die 5 Septembri 1711, cùm tamen nec fuerit, nec potuerit esse stylo sive Juliano, sive Gregoriano; præcesserat enim die 29 Julii.

Z S. XVII.

(a) Ricciol. Almag. L. V, in fine. | (b) V. Eustach. Manfr. & Mezzavacca. Blancin. Tab. IX, Phenom. Ven. | c, in Praefationibus suar. Ephemer. &c.

**§. XVII. Excursio usque ad trigesimum tertium Ordinem Periodi Chaldaicæ in annis 595, &c. Cur ulterius bac
www.libtool.covidetur non progrediamur, cum ante 43 ordinem non fiat egressio ab arcu Ecliptico.**

Tanta Periodi hujus cum Cœlo consonantia stimulos addidit ad inquirendum, num ex ejus multiplicatione fieri possent paria anni Solaris, & Lunaris tempora unâ cum Eclipsium reditu. Sed res non cessit e voto tam in forma Juliana, quâm stylo Gregoriano, neque ex calculis, neque ex historiâ: nam vel falso apparet concurrere, vel deficit, vel excedit numerus dierum, qui requiritur ad illa tria simul restituenda: *Exemplum* ex defectu sit intervallum ab Eclipsi Lunari, quam refert *Ubo Emmius* an. 1155, d. 22 Maji ad aliud deliquium Lunare, cæteroquin nobis inconspicuum anni 1732, Mense Junio, die 8 (29 Maji stylo Juliano), hor. $2\frac{1}{4}$ post meridiem: hoc terminabit trigesimum secundum Ordinem, continebitque menses Synodicos 7136 cum intervallo annorum 577 ferè; requirit enim æquationem dierum, $2\frac{1}{4}$, ut perveniat ad Eclipsim correspondentem: nam periodum simplex annorum 18, dierum 11, min. 43', 35", ducta per 32, reddit annos 576, dies 362, hor. 7, min. 14', 40"; itaut ad annos 577 completos defint dies 2, hor. 16, min. 45', 20". Si quæramus finem Ordinis trigesimi tertii (post alias annos 18, & 11 dies, habebimus intervallum annorum 595 cum appendice) incidet in totalem Lunæ Eclipsim anni 1750, die 19 Junii, hor. $9\frac{1}{4}$ post meridiem; quando Nodus Ascendens erit in Capricorni grad. 1, minut. 15' ferè, quæ est Epochæ constitutio valde bona. Itaque finis Periodi Chaldaicæ Simplicis per circuitum anni Solaris deductus vel deficit, vel excedit numerum dierum anni tam Gregoriani, quâm Juliani: ergo hac viâ non licet intra sex sæcula paria face-

facere Anni Solaris, & Lunaris tempora, simulque restituere Eclipses cum desideratâ perfectione. Quanvis autem hic conatus non responderit voto, censui non omissendum, tum quia poterit fortasse quispiam contentus esse illâ bidui additione faciendâ, ut servetur zquatio; tum quia, qui hoc mari navigaturi sunt, gaudebunt nosse quod ducat Chaldaeorum, sive Aegyptiorum via: nam & in Tabulis Geographicis indicata videmus itinera illorum, qui vel in Mari Pacifico, vel inter Americam versus Polum Australem novas, quas quarebant Terras, non invenere. Similiter notantur Scopuli, & Syrtes, ut vitentur ab aliis, non ad insultandum cuiquam. Video quidem per hanc viam progredi ulterius posse usque ad ordinem 42, saltem respectu Solis, qui non egreditur a defectio- nis terminis, nisi in grad. 21 a Nodo. Motus autem Helio-Draconticus unius Periodi Chaldaicæ inventus est minor semigradu, nobis 28', 10", 19", ac proinde multiplicatus per 42, non excedit arcum Eclipticum, incipit excedere intra 43; sed hactenus diqua sufficiant, ut & per novem priores Ordines conexio cum Majoribus Periodis habeatur, & simul zquatio annorum Sælarium cum Lunaribus aliâ viâ inquirenda cognoscatur.

§. XVIII. Elevare Periodum 179 annorum Lunarium ad Secundum Ordinem. Novus usus noster Primi Ordinis immediatus pro Eclipsibus, sine macbindâ, ac sine mystis numerorum.

Et in viâ Annorum Lunarium nihilne progrediemur? Progrediamur, ut lubet, ultra terminos, quos accepimus: sed cum molestum sit Annos Lunares cum Solaribus assidue comparare, ut non ignoretur tempus usitatum, & notum, contenti erimus elevare Periodum prædictorum 179 annorum Lunarium ad Secundum Ordinem, præsertim cum D. De la Hire mi-

nimè tentarit tria paria facere , videlicet annos Solaris , Lunares , & motum Nodorum . Quia verò pri
 www.librolondon.org
 mum ordinem invenimus compleri annis Solaribus
 173 , diebus 243 $\frac{1}{3}$ ferè ; hinc SECUNDUS ORDO
 complebitur annis Solaribus 347 , diebus 122 , & 10
 horis cum aliquot minutis , continebitque annos Lunares 358 . Exemplum sit in defectu Solari anni 1387 ,
 die 9 Decembris , de quâ Bonfinius Decade secundâ ,
 Historia Hungaricæ : illi correspondet alia Solis Eclipsis anno 1735 , die 11 Aprilis Juliani (die 22 stylo Gregoriano) nobis invisibilis , cùm contigerit una hora post medium noctem . Volebam dare exemplum in Luna , sed in illa sculorum barbarie aut deficiunt observationes , aut aberrat historia in earum narratione , sive reductione ad nostros annos : nam anno 1307 , die 26 Februarii memoratur Eclipsis Lunæ , cui anno 1654 , die 28 Junii , hoc est , in termino intervallis non solum non correspondet Eclipsis , sed neque Plenilunium , quod contigit die 15 stylo Juliano (25 Greg.) , idem dic de aliis similibus .

Placet nihilominus hanc quoque viam tentasse , quia sese nobis obtulit *novus usus immediatus prioris Cycli annorum Lunarium 179* pro inveniendis Eclipsibus absque mysticorum numerorum ambagibus , & sine machinâ . Vidimus enim esse Periodum Eclipticam , adeoque , positâ Epochâ in Eclipsi , restituere debet aliquem (saltem ut plurimum) ejusdem Luminaris defectum . Methodus fuit comparare Eclipses primi ordinis , salvo semper eodem intervallo annorum Lunarium 179 , hoc est , Solarium 173 cum diebus 243 $\frac{1}{3}$. Inspectâ Eclipsium historiâ , ac suppletis quæ deerant , vel ex Ephemeridibus , vel ex calculo , hæc animadverti . 1.º In omnibus locis utcumque variis respectu anni , temporis , & Signorum Zodiaci , in quibus figere placuit Epocham in aliquâ Eclipsi seculi XVI , semper in nostro seculo XVIII , deprehendi in fine Cycli alias Eclipsim ejusdem Luminaris , ut vide

dere est in Nostra Tabula VIII. 2.^o Duo casus in contrarium se obtulerunt, sed ambo valde dubii: alter quo ex Alphonfinis Tabulis prædicebatur Lunare deliquum anno 1553, die 24 Julii, hor. 16 $\frac{1}{2}$ post meridiem, cui contraponi deberet aliud Lunæ deliquium anno 1727, die quinta Aprilis hor. 13 $\frac{1}{2}$ post merid., sive, stylo veteri, die 25 Martii, cùm tamen in hac coniunctione nulla fuerit Eclipsis, neque ferat initus calculus, sive ex Hiranis Tabulis, sive ex Cassinianis. Sed cùm Alphonfinz correctione indigerent, & obscuratio illa unius semiminuti diceretur, pro re tam exigua, & dubia, non videtur ulterius laborandum. Multò minus alter casus, quo promittebatur Eclipsis anno 1565, die 7 Martii, hor. 12, 53' post meridiem in meridiano Antuerpiensi ex Tabulis Prutenicis; huic enim anno 1738 neque Novilunium consonat nostro sculo pro die 4 Novembris stylo Juliano, sive 15 stylo Gregoriano. 3.^o Consultò inquisitum etiam in illos annos, in quibus nostro sculo non fuit ullum Lunare deliquium; retrocedendo per datum intervallum, nullus pariter defectus inventiebatur. Neque turbat hanc animadversionem Lunaris defectus die 8 Decembris 1554, quia Periodus non completeretur anno 1727, quo nulla fuit Lunæ Eclipsis, sed propter dies 243, adjectos annis 173, terminatur die 19 Augusti anni 1728, quo de facto fuit Eclipsis Lunæ, licet nostro Horizonti invisibilis. 4.^o Constitutâ Epochâ Periodi 179 annorum Lunarium in aliquo alterutrius Luminaris defectu, & si reddat in fine aliquam ejusdem Luminaris Eclipsem, non semper restituit ejusdem speciei. Sic in tertio Exemplo initio Periodi fuit totalis Lunæ defectus cum morâ; in fine fuit partialis digitor. 7 $\frac{1}{2}$, quæ varietas, præsertim respectu ejusdem loci Terrestris, est multò magis sensibilis in recursu defectuum Solarium. 5.^o Consequenter quantitas coloris, qui apparet per foramina Machinz Hiranz in nova Periodo non poterit ostend-

ostendere quantitatem Eclipsis; quare nisi adhibeatur aliqua correctio, vel mutatio, non foret universaliter verum in secundâ Periodo quod de Primâ scripsit

Auctor: Ex majore, vel minore nigri, vel rubri spatiis quantitate per ipsa foramina apparente, quanta futura sit Eclipsis magnitudo cognoscetur. 6.^o Non objiciendum huic Periodo, quod est commune aliis hæc tenus inventis, ostendere Eclipses in Syzygiis mediis: Cyli enim non aliter instituuntur, quæcum assumendo tempora media inter inæquales siderum motus. Deinde Periodus Ecliptica constituitur, saltem primariò, ad solvendum problema, num in datâ Syzygia sive mediâ, sive verâ futurus sit aliquis defectus. 7.^o Deservire etiam potest pro sæculis antea&tis, saltem ubi vel exceptione, vel correctione non indiget: si vero habeatur præ manibus historia Eclipsium secundi ante nostrum Sæculi, ex eo quod factum est, cognosci poterit aliquo modo quod futurum est. 8.^o Juvabit ulterius conferre per partes cum observationibus, num fallat in aliquo eventu, quiâ duo casus dubii, ex antiquis Tabulis desumpti, non evincunt, aut ad exceptionem minimè fréquentem ablegandi. Si duz integræ Periodi hujus generis exhibeantur, vix quidquam utilius in nostro argumento haberetur.

C A:

C A P U T VI.

*Nova Periodi Lunisolares simul, &
Ecliptica.*

§. XIX. *Aequaliter annos Solares, Lunares, & Helio-Draconticos pro Eclipsum redintegratione. Horum trium equationem reperiri in annis Julianis 521.*

HAECENUS inter tot Cyclos nullus se obtulit, qui ita æquaret annos Solares cum Lunaribus, ut simul cum illis perfectè restitueret Eclipses, quæ non fiunt nisi circa Nodos. Hæc tria simul completa obtinere inter quatuor priora saecula non fuit permisum, nisi imperfectè. Quæramus igitur an intra sexcentos annos queant inveniri. Deo propitio per generalis Harmoniz regulas, sive artis combinatoriaz, ut vocant, licebit paria facere, quæ aded aliis legibus reluctantur, ut post tot saeculorum labores non sint adhuc simul exactè deprehensa propter multa principia simul concurrentia, ut notavit Keplerus (^a). Methodum nobis aperit prædicta facultas, nempe inveniendo annorum Lunarium numerum, qui tantum excedat alium numerum annorum Solarium, quantum annus Solaris excedit annum Lunarem (idem dico de anno Helio-Dracontico). Sic enim inter illos sicut veluti æquilibrium, sicuti inæqualia pondera aequilibrantur in statera inæqualium brachiorum. Quærenda ergo prius proportio, quam habet annus Solaris ad Lunarem. Annus Solaris Julianus medius est dier. 365, hor. 6, ut patet ex die intercalari interposito singulis quadrienniis. Annum Solarem Gregoria.

(a) *Kepler. Epitom. pag. 895*

rianum vidimus supra dier. 365, hor. 5, 49', 12''. Annum verò Lunarem dierum 354, h. 8, 48', 38''. In horas resoluti, Julianus continet hor. 8766: Gregorianus 8765, & min. 49': Lunaris horas 8504 cum minutis 48', 37''. Anni Gregoriani excessus in horis integris supra Lunarem est horar. 261, quæ differentia continetur eodem anno vicibus $33 \frac{5}{261}$, sive $\frac{1}{8}$ ferè. At verò anni Juliani differentia, per excessum supra annum Lunarem, est horar. 261, 11', 23''. Ut exactius procederem, nec minuta negligi viderentur, resolvi annum Julianum in sua minuta 525960, Lunarem in 510289: Differentia minutorum 15671', quæ pariter in majori numero continetur vicibus 33 cum fractione $\frac{8817}{15671}$, quæ est major medietate. Jam verò intra sex scula, quamproximè habent hanc proportionem anni 521 Solares Juliani cum 537 Lunaribus; nam differentia est 16; per quam si dividatur numerus major, deprehenditur in illo contineri vicibus $33 \frac{8}{11}$, quæ proportio maximè accedit ad proportionem nuper repertam anni Juliani; ergo per inventos numeros æquatus est annus Solaris cum Lunari. Simile ratiocinium si fiat circa proportionem, quam habet cum Solari annus Helio-Draconicus, invenietur eodem intervallo moralis ejus redintegratio; nam annua Solis, & ejusdem Nodi Lunaris obviatio nobis est dierum 346, h. 14, 52, 21''. Omissis istis 21'', Annus Julianus constabat minus primis 525960
Helio-Draconicus 499132

Differentia 26828, quæ in numero anni Juliani continetur $19 \frac{16228}{26828}$; annus autem Helio-Draconicus continetur 549 (supersunt novendecim ferè horæ) in Cyclo annor. Julian. 524 cum differentia 28, quæ in 549 pariter continetur $19 \frac{17}{28}$. Horæ verò illæ indicant ulteriore distantiā Solis

HARMON. PERIOD. CAP. VI. 185

Solis a Nodo 49°, 20" circiter; ergo triplex illa forma anni Solaris, Lunaris, & Helio-Dracontici moraliter sequatur, & fit Harmonica restitutio in Cyclo annorum Solarium Julian. 521, Lunarium 537, Helio-Draconticorum 549, & consequenter habemus Periodum Lunisolarem simul, & Eclipticam, quod erat inveniendum. 2.º Idem ostenditur ex Tabulis:

Defunt ad Syzygiam	Pro Complemento Epacie an. Jul. 521.			Dist. Solis ab eo- dem Lunæ No- do in fine annor. Jul.	
	hor.	"	i	"	"
<i>Kepleri</i> (a) in Rudolphinis	3	17	38	46	56
<i>Riccioli. Astron. Ref.</i>	3	17	43	50	22
<i>De la Hire</i>	3	10	53	49	31
<i>Flamstedii</i> (b)	2	53	39	47	47
<i>Jacobi Cassini</i>	3	10	48	48	39
Nostris	3	11	11	49	23

Hec in fine annorum Solarium Jul. Propter ilias tamen horas, in fine annorum Lunarium, idest in ultimâ Syzygiâ nobis distantia Helio-Dracontica est 57°, 39"; juxta Flamstedianas 55°, 18"; ergo cum Syzygiâ fit restitutio Nodi *intra primum gradum*; ac proinde (per V, & VI Fundamentum) est Periodus Lunisolaris *Ecliptica perfecta*, quz quzrebatur. Optandum fuisset, ut fieret etiam restitutio Lunaris Anomaliz; sed hzc ex Hireanis Tabb. in fine anni Jul. est Sig. I, gr. 12, 25°, 5"; ex *Riccioli.* Sign. I, gr. 10, 55°, 42". 3.º Idem evincitur in motibus veris ex observationibus. *Primum Exemplum*: an. 1147 Solis

A a defe-

(a) *Kepler.* Rudolph. pag. 43.

(b) Ex arcu gr. 1, 26°, 57".

www.libgoal.com.cn

defectio sub finem Octobris refertur a *Sigeberto* in Chronico: post annos Julianos 521, nempe anno 1668, non defuit alia Solis Eclipsis partialis ad Boream die 25 Octobris (4 Novembr. stylo Gregoriano), duabus circiter horis post meridiem. *Secundum Exemplum*: anno 1181, Idibus Julii (at revera Julius habet idus non die 13, sed 15) teste eodem *Sigeberto*, fuit Eclipsis Solis. Post annos 521 Julianos, hoc est anno 1702 Sol defecit die 13 (24 stylo Gregoriano) Iulii hor. 10 post meridiem. *Tertium Exemplum*: 1187 die 4 Septembbris Sol totus defecit, itaut stellæ conspicerentur. Illi concordat alia Solis Eclipsis anno 1708, Septembbris d. 3 Civili (14 stylo Gregoriano) duabus circiter horis ante meridiem, partialis tamen in Europâ. Si velis *Quartum Exemplum* tempore futuro ex parte adimplendum servetur Solis defectio anni 1239, 3 Nonas Junii, quam refert *Gaffendus* in Vita Peirescii: illi corresponebit alia in Europâ visibilis IV Nonas Jun. (propter Bissexturn) stylo veteri an. 1760 mane. Sed quid dicendum de Eclipsi Solari anni 1614, die 23 Septembbris stylo veteri (3 Octobris in formâ Gregorianâ), cui retrogrediendo per simile intervallum, respondere debet defectus, quem ex *Majero*, & *Dodecbino* refert *Marianus Scorus* ad annum 1093 Calendis Octobris? Hac de causâ cùm viderem Eclipsium historiam in sçculis barbaris esse admodum fluctuantem, ulteriore illorum inquisitionem omisi, præsertim circa Lunares defectus, quibus nostro sçculo neque oppositiones post annos Julianos 521, juxta Cycli, & Tabularum leges restituendæ reddebantur, ut proinde antequam agatur de ulteriori periodi determinatione, & æquatione (si qua opus habeat) ad examen revocanda sit Eclipsium historia, saltem in sçculis barbaris. Si ab istis ascendamus ad antiquiores Sapientum observationes, statim inveniemus *Quartum Exemplum* in Lunari defectu ejusdem speciei, nempe totali in utroque casu die 19 Martii, tum

tum anno 721, tum anno 200 ante Æram Christi vulgarem cum intervallo nostræ Periodi annor. Julianor. 521. Ex his initium primæ observatum fuit Babylone a Chaldaicis hor. $7\frac{1}{2}$ post meridiem; medium hor. $9\frac{1}{2}$, sive $2\frac{1}{2}$ ante medianam noctem diei 29 Mensis Thoth, anno 27 Nabonassaris; posterioris initium Alexandriæ visum ab Hipparcho anno 548 Nabonassaris, die 8 Mechir, hor. 11, 20' post meridiem ^(a). Suppositâ in Tempore Meridianorum veteris Babylonis ^(b), & Alexandriæ differentia 50', intervallum illud supra 521 annos, addit in eo casu hor. 3, 50' circiter, cùm ulterior præcisio pendeat ex diverso gradu anomaliz. 4.^o Stabilitur eadem nostra Periodus Lunisolaris Ecliptica ex connexione cum aliis Cyclis Eclipticis; sic enim Luminarium defectus, quos invenimus in principio & fine illorum, designabunt partes aliquotas nostræ Periodi, id quod auget istius utilitatem, ac perfectionem. Si comparetur cum Periodo Simplici Chaldaicâ, desunt 23 Lunationes ad complendum ejus ordinem 29, quo tempore Nodus Ascendens nondum absolvit 28, suam revolucionem per Eclipticam Periodum 179 annorum Lunarium elevavimus ad *Secundum Ordinem* per annos Lunares 358 in annis Solaribus 347, cum diebus 122, & horis 10. Nostra Lunisolaris constat annis Solaribus Julianis 521, Lunaribus 537, hoc est Lunationibus 6444 in diebus 190295, hor. 3, min. 11', 11'', si ab his auferatur una periodus 179 annorum Lunarium, incidemus in terminum prædicti Secundi Ordinis.

A a 2

Anni

(a) Utraque relata a Ptolemyo Magni Syntax. L. IV, c. 6, & 11.

(b) Ex Ptolemyo Jac. Cossin. Astronom. Elem. Tom. I, pag. 286;

Sed Ricciol. TAB. XIV, A. Ref. differentia est 54', 20'' Temp. R. Maire 56', 8''.

Anni Lunares.		Anni Solares.		
www.libtool.com.cn				
nam	537	347	dies 122, hor. 10, &c.	
subtractis	179	plus	173	243
				17
<hr/>	<hr/>	<hr/>	<hr/>	<hr/>
xelinquunt	358	Sum.	520	366
		nempe	521	0
				3
				3

ubi dies illi 366 revocandi ad unicum annum bissextilem latentem in quingentesimo vigesimo, & resultat ex combinatione aliorum, quod diligenter attendendum in similibus. 5.^o *Faecunditas*, perfectio, & utilitas ejusdem Periodi magis innoteſcat ex ejus multiplicatione, quam monstrandam aggredior.

S. XX. *Elevare nostram Periodum Lunisolarem Eclipticam ad ordines superiores. Inventio Cycli annorum Julianorum 1042, & 1563. Eclipsi Lunari in funere Christi Domini correspondere aliam in primo Hebreorum Paschate in exitu ab Aegypto, & aliam anno Aera Communis 1596.*

Superatā arduitate conciliandi illa tria, nimirūm annos Solares, Lunares, & Helio-Draconticos, non est adēd difficile progredi ad ulteriora. Ut elevetur nostra Periodus ad SECUNDUM ORDINEM, duplicentur inventi numeri 521, 537, sive 6444, & habebimus in annis Solaribus Julianis 1042, in Lunaribus 1074, Lunationes 12888. In fine annorum Solarium ex nostra Primā Tabulā defunt ad Syzygiām h. 6, 32^o, 16^o: Sol ultra nodum gr. 1, 38^o, 40^o (in fine ultimæ Lunationis gr. 1, 55^o, 44^o). Juxta Riccioli Tabulas ad complementum annorum Lunarium defunt h. 6, 35^o, 12^o. Sol distat a Nodo grad. 1, 40^o, 44^o, quibus addendus motus conveniens horis complementi. Anomaliz Sign. II, grad. 21, 51^o, 33^o. En aliis Cyclus Eclipticus. Concinunt Observationes. *Primum Exemplum*

plum anno 664, die 3 Maji (Ricciolus emendat die prima) Londini hor. 3 circiter (est medium defectionis paulò post quartam supputet *Petavius*, juxta Tabulas Parisienses sui temporis) hoc est Romæ hor. 3, 50' circiter, post meridiem fuit Eclipsis Solis digitor. 10 $\frac{1}{2}$ ex *Beda* (^a). Post annos 1042, nempe anno 1706 notavit Romæ Ill. Præfus *Franciscus Blan-*
tinus, ut refertur in ejus Observationibus, similem Solis defectum plusquam 9 digitor. die 1 civil. Maji Juliani (12 Gregoriani) hor. 10, 11', 56' post merid. Si stemus auctoritati Bedæ, differentia supra annos & dies dat hor. 6, 22', quod calculo superiori mirificè respondet: en usus exemplorum. Sit aliud *duplicem Exemplum* tam in Sole, quam in Luna. Anno 682, Mense Mayo (dies quinto nonas, neque cum præcedente observatione concordat, neque cum calculo). Si ergo anno 664 fuit Eclipsis die prima Maji; ergo post Periodum Simplicem Chaldaicam annorum 18, dier. 11, debuit redire die 12 Maji, adedque quarto idus, aut etiam quinto, juxta varios modos computandi) ex *Lycosthene* fuit totalis Solis defectus, quem præcesserat ante duas hebdomadas deliquium Lunæ. Post intervallum annor. Julianor. 1042, nempe anno 1724, die 11 Maji, stylo Veteri (22 stylo novo) vidimus Florentiæ plusquam 11 digitos Solem sub occasum obscuratum, quæ obscuratio in Galliâ fuit totalis; eamdemque præcesserat die 8 civili deliquium Lunæ nobis inconspicuum tribus circiter horis ante meridiem. Quemadmodum enim inter defectus notatos anni 662, & 684, intercedit Periodus simplex Ægyptio-Chaldaica; ita & inter defectus anni 1706, & 1724, Mensis Maji. Epocha ergo regnans gradus Dominantis ztate Venerabilis Bedæ in Zonâ Temperatâ Boreali, erat eadem, eodemque mense, a sculo nostro: sed relinquamus ztatem ferream, & fixcu-

(a) *Beda*. Hist. Anglor. L. III, c. 27.

sæcula illa, in quibus aut desunt observationes, aut referuntur non sine aliqua erroris suspicione.

Ut inveniatur TERTIUS ORDO triplicetur prima nostra Periodus Lunisolaris Ecliptica, & dabit annos Solares 1563, simulque Lunares 1611, Nobis deficiunt ad complendos Lunares hor. 9, 33', 33", distantia Solis a Nodo in fine ultimæ Lunationis gr. 2, 52', 40": in fine Jul. gr. 2, 28', 9"; ergo & hæc est nova Periodus Ecliptica. Absolutis annis Solaribus, juxta Ricciol. Tabb. ad complementum ultimæ Lunationis desunt hor. 8, 53', 9". Sol ultra Nodum constituitur gr. 2, 31', 7". Anomaliz Sign. IV, grad. 2, 47', 5". Consonant Observationes Claudi Ptolemæi, Veteris Astronomiz Principis, habitæ Alexandriæ in Ægypto. Sit primum Exemplum anno nostræ ærae 125, nocte sequente diem 17 Mensis Pachon (5 Aprilis) vidit defectum Lunæ partialē ad Austrum 10 dig.; & an. 1688, d. 5 Aprilis (15 stylo Gregoriano) horā septimā elapsā post meridiem Romæ fuit pariter defectus Lunæ partialis ad Austrum. Secundum Exemplum dat Lunæ deliquium totale tum anno 133, nocte sequente d. 20 Mensis Payni (6 Maij) tum anno 1696, nocte sequente diem 6 (16 Greg.) Maij. Tertium Exemplum, dig. 10 $\frac{1}{4}$ ex parte Boreali obscurata est Luna an. 134 circa horam 11 post mer. diei 2 Mensis Choëac (20 Octobris) pariter anno 1697 (nempe post intervallum periodicum) 19 Octobris stylo veteri (29 stylo novo) hor. 8 $\frac{1}{4}$ post mer. ex parte Boreali 9 circiter digitis deficiens. Quartum Exemplum an. 136, nocte sequente diem 19 Pharmutti, hor. 16 post mer. [inter 5, & 6 Martii] dimidium Lunæ defecit ad Boream. Similiter ex parte Boreali obscurationem paulò majorem habuimus Laureti an. 1599 circa hor. 8 $\frac{1}{4}$ post meridiem, Martii Juliani d. 5 (15 Gregoriani). Vides impare tertii Ordinis numero naturam gaudere; & non obstante IV Signorum diversitate in Anomalia in reditu servasse, eam-

eamdem speciem, ut quando præcessit Eclipsis totalis, in fine redditæ sit totalis; quando præcessit partialis, revolutione restitutâ, sit partialis ad eumdem, polum. Adèò Periodi nostræ consentiunt cum Cœlo, quando non desunt certae, & exploratae observationes, sed nulla horum deliquiorum consonantia illustrior, quām quae prodit ex Quinto Exemplo. Anno Ærae Christianæ 33, die 3 Aprilis ^(a) feriâ sextâ circa ipsum Solis occasum dabatur naturalis Eclipsis Lunæ, quam aliquatenus indicaverat Scaliger ^(b), aliique; Ricciolus ^(c) computat distantiam a Nodo Descendente gr. 7, min. 10'; Lunæ Latitudinem Australem min. 37'; summam obscurationem dig. VII, min. 52', ex parte Boreali; veram oppositionem ad meridianum Hierosolymitanum hor. 7, 10' post merid. Paulus tamen Middeburgensis ^(d) Episcopus Forosemproniensis, hor. 6, 8'. Si haec fuit dies mortis Christi Domini, ut multorum fert sententia, quemadmodum illo in Cruce paciente, Sol non sine prodigio versus est in Tenebras; ita dum Filium Mortuum Deipara Virgo doloris gladio transfixa funeraret, deficiens Luna naturali Lege, conversa est in sanguinem ^(e), ut Joëlis Vaticinium Patres interpretantur. Scilicet Deus ita Luminarium motus attemperavit, ut eadem die per tales mœstitez habitum latentis in Christo Divinitatis indicia praebarent, & Mœstissimæ Virginis Mariæ quodammodo condolerent. Si vera esset sententia Scaligeri, Petavii, aliorumque de exitu Israëlitarum ab Ægypto, anno ante Æram communem 1531, optimè Figurato, congrueret figura Agni in primo Paschate immolati instante plenilunio [plenilunium versus ad meridianum Alexandriae supputavit Petavius ^(f) ex Paris. Tabb. d. 3 April. hor. 12, 18' post med.

(a) Idem volunt, qui supputant Astronomicè completam d. 2. h. &c. sionis Christi. Alii hor. 5, 50' ex RR. Tabb.

(b) Scaliger, L. VI. de Emend. temp.

(c) Ricciol. Almag. L. V, c. 18.

(d) Paulus Middeburg. de die Pas-

(e) Joëlis, Cap. 2.

(f) Petavius, De Ætr. Temp. L. IX,

c. 25; & L. XIII, a. a. n. 1531.

med. noct. & aequinoctium verum die 4, hor. 10,
 43'). Hebraica quoque traditio (a) fert exodus con-
 tingisse Fer. 5, d. 3 Aprilis, nocte inter 14, & 15
 mensis Abib, seu Nisan. Illam autem oppositionem
 fuisse cum Lunari deliquio ostendit eadem nostra Pe-
 riodus, terminata in memorato defectu d. 3 April. a.
 33 Aerae Christianae. Huic Lunari defectui (si exo-
 dum, & Christi mortem aliis annis attribuere majo-
 ra momenta suadeant, negari non potest correspon-
 dere anno 1596, alium a *Tychone* observatum Ura-
 noburgi post intervallum hujus nostrae tertiae Perio-
 di, feriâ pariter sextâ, die 2 Aprilis Juliani (12
 Gregoriani) post horam octavam a meridie, deficien-
 tibus sex digitis cum aliquot minutis, ut eruitur ex
 Tabulis, ex quibus desumitur locus Nodi Descenden-
 tis in gradu 13, 20' Δ . Lunae locus verus in grad.
 23, 9', vel etiam pluribus Δ , adeoque cum latitu-
 dine Australi paulò majori, quam in primo casu;
 unde prodiit minor obscuratio. Est aliquod dissidium
 circa praecisum tempus oppositionis: *Petavius* (b) e-
 nim plenilunium reducit ad hor. 9, 12', & plura..
Ricciolus ad hor. 8, 52' post meridiem Uranoburgi,
 a quo meridianus Hierosolymitanus distat in ortum
 circiter una hora cum dimidio; sed si haec posterior
 defectio contigit die 2 Aprilis, cur prior diei tertiz
 Aprilis consignatur? Num aberrat Eclipsum historia,
 aut lex Cycli? Neutrum ex his; neque enim temerè
 pronuntiandum. Quando diximus tertium Ordinem
 continere annos Julianos 1563, ita intelligendum,
 ut triplicetur numerus dierum, & horarum in pri-
 mo Ordine inventus, juxta seriem naturalem, sive nu-
 merorum, sive temporum, quibus debentur 390 dies
 intercalares in totidem annis bissextilibus, quales non
 sunt tres postremi. At vero in praedicto casu, qui
 incipit non ab unitate, sed ab anno 33, cum non
 solùm

(a) Vide *Seder Holam.* cap. V.

(b) *Petavius*, *Doctrinæ Tempor. L. VIII.* c. 13.

solùm quartus quilibet, sed etiam ultimus annus 1596
 sit bissextilis, & Eclipsis contigerit post mensem Martium, numerantur dies intercalares 391; adedque cùm una dies superaddatur præscripto numero, hinc oritur illa apparentia anticipatæ per integrum diem restitutionis Eclipsis, & redditus ejusdem feriæ; nam si numerentur dies intermedii, invenientur totidem quot Cyli leges requirunt etiam in hoc casu. Quod in similibus diligenter advertendum, ne quis ex propriâ inadvertentia decipiatur. *Sextum Exemplum* sit in Sole, de quo minus dubitari poterat. Solis Defectus a Plutarcho visus refertur a Keplerio in Tabb. Rudolphin. præceptis ad annum Christi 113, die 3 Junii: post annos 1563, nempe anno 1676, consignatur Solis Eclipsis diei civili 11, stylo Gregoriano, adedque primæ Junii in formâ Julianâ duabus horis ante meridiem. Plus ultra Deo Duce.

§. XXI. *Inventio Periodi Lunisolaris Ecliptice IV Ordinis annorum Julianor. 2084. Prospectus majorum Ordinum, eorumque usus diuturnior in noviluniis, quam in pleniluniis. Terminus nostræ periodicae Eclipsum Harmonia, detectus in Ordine XXII intra duodecimum annorum millenarium in arcu Recessionis a Nodo, sive ultra XXII annorum millia in toto arcu Ecliptico.*

Detectitur **QUARTUS ORDO**, si quadruplicetur prima nostra Periodus Lunisolaris, novusque Cyclus, contingebit annos Solares Julianos 2084, Lunares 2148. In fine Solarium abundant nobis pro Epacta hor. 11, 15', 16''. Distantia Solis a Nodo grad. 4, 19', 52', (sed in Syzygiâ 3, 50', 39'') ex Hippocratis Tabula. gr. 4, 19', 42'', Epacta h. 11, 16', 30'', Lunaris Anomaliz Sign. V, gr. 28, 45', 12''. Motus Apogei Lunæ Sign. VI, gr. 22, 54', 57''; vel juxta Flamsteidas Sign. VI, gr. 21, 52''. Ex Riccioli Tabulis Epacta est hor. 10, 49', 35''. Sol ultra Nodum grad. 4, 23', 44''. Anomaliz Sign. V, 26, 46', 39''. Neque

B b de-

desunt observationes; sed in comparatione Veterum Observationum cum Recentioribus cavendum ab apparenti dissidio integri anni; nam si sumantur anni completi inter duo quilibet Eclipsum paria, inventur intervallum annorum 2084, & non 2085. Sit ergo *Primum Exemplum*: Petavius, Ricciolus, aliquique Astronomi Eclipsem Lunæ Babylone a Chaldais visam an. 366 Nabonassaris, nocte inter diem 24, & 25 Mensis Phamenoth (tunc 18 Junii), ut ex Hipparcho refert *Ptolemaeus* (a), revocant ad annum 982 ante Æram Christianam; eidem concordat alterum Lunæ deliquium an. 1603, Mense Junio, die civili, 18 stylo veteri (29 in formâ Gregorianâ) hor. 2 $\frac{1}{4}$ post mediam noctem Romæ. *Secundum Exemplum*. Idem intervallum reperitur inter duas Lunares Eclipses totales iisdem annis recurrentes, alteram vi-sam Babylone nocte inter 16, & 17 Mensis Thoth (12 Decembris): alteram anno 1703 Decembris, die 22 in formâ Julianâ (23 in Gregorianâ) hor. 5 $\frac{1}{2}$ post med. noct. Romæ. *Tertium Exemplum* dat illa combinatio supramemorata, quam non sine admiratione celebrabat Cl. Jo. Dom. Cassinus inter defectum diei 23 civilis (22 Astronomici), mensis Decembris tam anno 383 ante Æram Christi, quam anno istius 1702 stylo Juliano; nam stylo novo tres illæ Lunares Eclipses incident in eundem annum Gregorianum 1703, die 3 Januarii, 29 Junii, 23 Decembris pari spatio sibi succedentes, ac illæ veteres. Tollitur admiratio, quando combinationem ad nostrum Quarti Ordinis Cyclum revocandam ostendimus. Veniamus ad Solis defectiones. Sit *Quartum Exemplum*; anno 404 ante vulgatam Æram die 3 Decembris Sol defecit, ut eruitur ex Xenophonte Lib. II Rerum Græcarum. Anno quoque Domini 1681 defectus Solis notatur in Argoli Ephemeridibus Mense Septembri, die 12 stylo novo (2 stylo veteri hor. 3 $\frac{1}{4}$ a mediâ

(a) *Ptolem.* L. IV, Magn. Syntax. c. XI.

dià nocte Romæ; intervallum est 2084 annor. Julianor. *Quintum Exemplum*: Idem spatium invenitur inter Solarem defectum anni 394 ante Æram, die 14 Augusti in prælio Navalí Cononis cum Persis ex ci-tati Xenophontis Lib. IV, atque alium defectum A. D. 1691, die 24 (14 stylo veteri) Augusti sub si-nem hor. 6 post merid. *Sextum Exemplum*: Idem in-tervallum invenitur inter Solis Eclipsim a Thalete, prædictam, prout a Petavio refertur, ad annum 597 ante Æram, die 9 Julii, atque aliam anno D. 1488, die 9 Julii, hor. 5 $\frac{1}{2}$ post meridiem, ex antiquis E-phemeridibus. Et jam pervenimus ad conciliandas Thaletis observationes, quibus priores Graecia non viderat. Licetne ulterius progredi? Deo Auspice, licet.

Quintus Ordo constat annis Julianis 2605, qui-
bus abundat ex nostr. Tabb. Epacta hor. 8, 4', 5":
convenit distantia Helio-Draconica grad. 5, 9', 15'
(sed in fine annorum Lunarium, qui sunt 2683 in
ipsâ Syzygiâ gr. 4, 48', 18"). Lunaris Anomalia ex
Riccioli Tabb. Sign. VII, gr. 7, 42', 21": Epacta
hor. 7, 31', 59". Sol ultra Nodum gr. 5, 11', 26".
Græcorum, & Chaldeorum observationes huic inter-
vallo deficiunt. Non deficit Sinica Solaris defectus
an. ante Æram 2155, d. 10 Octobris, hor. 18, 40'
Pekini, a qua si computentur anni Juliani 2605, usque
ad diem 10 Octobris an. 451 Ærz communis, infer-
tur alia Solis defectio hor. 10, 36' ibidem, cuius co-
mes, & index ante medium Lunationem fuit Lunæ de-
liquium 10 digit. visum Compostellæ (*) VI Kalend.
Octobris an. 451, hor. 17, 38'.

Sextus Ordo invenitur continere annos Julian.
3126, quibus ex nostra Tabula superfluit Epacta hor.
4, 52', 54": Sol ultra Nodum grad. 5, 58', 38".
Anni Lunares num. 3222, in quorum ultimâ Syzy-
giâ B b z

(*) *Mesius.* in Fakis pag. 28.

già distantia Helio-Dracontica grad. 5, 45', 58". Ex Ricciol. Tabb. Epacta est hor. 4, 14', 23", Lunaris Anomalia Sign. VIII, gr. 18, 38', 3" in fine annor. Julianor. Quando Sol prætergressus Nodum gr. 6, 8', 27": ergo utriusque Luminaris Eclipsis adhuc certò redditur. Ex Rudolph. Kepleri Tabb. hoc intervallum datur inter Solarem Eclipsem an. ant. Ær. 3993, d. 24 Julii, & aliam an. pariter ante Æram 867, eadem die; sed neutra constat ex observationibus.

SEPTIMUS ORDO deprehenditur numerare annos Solares Julianos 3647 cum distantia Solis a Nodo gr. 6, 48', 1"; & Epacta h. 1, 41', 44", congruunt anni Lunares 3759 (in istorum fine Sol ultra Nodum gr. 6, 43', 38") ex *Riccioli* Tabulis distantia Helio-Dracontica in fine anni Jul. grad. 6, 55', 48", cum Epacta hor. 0, 56', 46", & Lunari Anomalia Sign. IX, 33', 44". Nec defunt observationes, quia Solis defectui in Sinis viso an. ante Ær. 2155, die 10 Octobris, hor. 18, 40' Pekini, consonat alias anno Dom. 1493, die 10 Octobris, hor. 2, 40' ex antiquis Ephemeridibus.

OCTAVUS ORDO absolvitur ann. Jul. 4168, qui nostr. Tabb. habet pro Epacta hor. 22, 30', 33": pro distantia Solis a Nodo gr. 8, 39', 43" [correspondent anni Lunares 4296 cum motu Helio Dracont. gr. 7, 41', 17"] ex *Riccioli* Tabb. anni Solares habent pro Epacta hor. 22, 44', 3": Sol ultra Nodum, qui cum initio conjunctus, supponitur gr. 8, 47' 27": Lunæ Anomalia Sign. XI, grad. 23, 24', 48": cum autem Luna in ultimâ Syzygiâ egrediatur extra suos terminos necessarios, priores septem ordines assignare possumus ad certò reddendas Eclipses tam in Noviluniis, quam in Pleniluniis. Expediret quidem iterum totam seriem a capite inchoare, & novam Epocham in Eclipsi Lunari centrali statuere; sed si ostendendum est quod aperta via deducat, Deo Duce plus ultra.

Ita-

Itaque octo alii consequentes Ordines, ab VIII ad XV, indicant Eclipses adhuc certas, sive necessarias in Noviluniis; possibiles, sive incertas [quantum est ex vi præcisè distantia a Nodo] in Pleniluniis. Et quoniam cum aliorum Tabulis satis in præcedentibus contulimus nostras, ex his habes NONUM ORDINEM in annis Julian. 4689, cum distantia a Nodo grad. 9, 29', 6'', & Epacta hor. 19, 19', 22''; ante quas horas complentur anni Lunares 4833 cum distantia Helio Drac. gr. 8, 38', 2''.

DECIMUS ORDO numerat annos Solares Julianos 5210, pro Epacta h. 16, 8', 11'', pro distantia Solis ultra Nodum grad. 10, 18', 30''. Hanc minuunt anni Lunares 5370, ut in Syzygiâ sit gr. 9, 36', 36''.

UNDECIMUS ORDO completur annis Julianis 5731 cum distantia Helio Dracontica gr. 11, 7', 53'', & Epacta hor. 12, 57', ante quas horas complentur anni Lunares 5907, Sole ultra Nodum gr. 10, 34', 1''. Novus hic Cyclus connectit prima Mundi tempora [juxta Hebraicum textum, & vulgatam editionem] cum nostrâ ztate; nam hoc intervallum datur inter Solares Eclipses, alteram a. a. a. 3993, d. 24 Julii, ex calculo Kepleri totalem in Æthiopiâ, & aliam anno Ærz communis 1739, d. 4 Aug. Greg. [24 Julii stylo veteri] hor. 5, 43' visam Romz a P. Burgundio dig. 7, 4' ad Boream: totalem autem intra circulum Arcticum, quando Sol distabat a Nodo, ex dictis juxta nostram Periodum, gr. 10, 34', 1'', juxta Tabulas Hiricanas tempore vero 9, 57, 49,

Differ. 0, 36', 12'', in tanto anno. intervallo.

Hactenus discrimin inter annos Solares, & Lunares fuit aliquot horarum, quas indicabat Epacta: deinceps incipit differentia major integra die, quæ subinde tolli potest ex diversa insitione Bissextilis. Brevitatis causa vide reliquos Periodicos Ordines continua-

tinuata serie una cum præcedentibus per brevem synopsim expositos in nostra Tab. X, in qua facile est advertere Lunam non egredi a suo termino possibili, & Solem a suo termino necessario Eclipsis certz, nisi post ORDINEM XV, cui pro motu Helio-Dracontico in fine annor. Lunar. assignantur grad. 14, 24', 53" in ORDINE XX incipit Epacta bidui. Additur ultimo loco ORDO XXII in annis Solar. Julian. 11462, Lunaribus 11814 [his damus pro distantia Solis a Nodo grad. 21, 8', 30" in Syzygiâ]; tum quodd juxta alias Tabulas potest Sol adzquate intra suos terminos possibles gr. 21 contineri; tum ut appareant, ubi sint fines nostræ Harmoniz Periodicæ, five ubi incipiat Egressio a terminis Eclipsum possilibus, etiam in Sole ex hac parte, nempe per arcum Recessionis a Nodo, cui Luminaria supponuntur conjuncta initio primæ Periodi annor. 521; nam si opus esset, haberri posset ratio alterius arcus per accessionem Solis ad Nodum, incipiendo ab aliquo ex postremis ordinibus, ac regrediendo ad minores: atque ita ex toto arcu Ecliptico tam ante, quam post eundem Nodum, resultaret continuata series plusquam quadraginta Periodicorum ORDINUM in annis Julianis supra zo mille. Sed ne quid nimis.

C A-

C A P U T VII.

Corollaria, & Animadversiones pro usu Periodorum.

S. XXII. *Predictos Cyclos extendi ad omnia tempora rea-
lia, tam præterita, quædum futura.*

C O R O L L A R I U M P R I M U M .

PER eosdem Cyclos progredi licet ultra quamlibet observationem datam ex historiâ Eclipſium, imò ad Mundi exor- dia, si anni Solares ante Diluvium erant æquales nostris: unde in datâ hypothesi affignatur prima Solis defectio.

Thaletis Eclipsis prima est, quam habeat Histo- ria Gracorum; Chaldei, ut suo loco videbitur, non proferunt antiquorem deliquii Lunaris observatio- nem, eò quod contigit an. ante Æram communem 721, die 19 Martii, hor. 9 $\frac{1}{2}$ post merid. Babylone. Romani per calculos Taruncii Firmani non ascen- dunt ultra an. ante Ær. 772 in Solari defectu, dum Romulus conciperetur d. 24 Junii civil. Sinenses antiqüissimam omnium Solaris defectionis observationem memorant ad a. a. a. 2155, cui paulò ante affigna- vimus correspondentem. Keplerus (^a) censet Mundum creatum a. a. a. 3993, die 24 Julii, in formâ Julia- nâ: quo die infert ex motibus mediis fuisse magnam Solis

(a) *Keplerus* Tabl. Rudolph. cap. 18, pag. 52. Confer ejus Tabq. p. 78.

Solis Eclipſim Nodo Lunæ Ascendente, conſtituto ini-
tio Cancri, ſive in ipſo puncto Solſtitiali: Apogeо
Solari initio Arietis: Apogeо Lunari initio Libræ;
ſed ſecundūm veros motus vult Lunam tunc *Soli*
conjunctionem centraliter in grad. 27, 56', 17'' Gemin.; www.Libpool.com.cn
unde eruit defectum fuſſe totalem in Aethiopiam. Ric-
ciolus (^a) ſibi persuadere non potest Mundum in ſtatu
innocentia fuſſe conditum in Eclipſi, quam recenſet
inter indicia iræ Dei futuræ in fine Mundi, aut pri-
mum Solis phænomenon fuſſe ejus deliquium. Acca-
dunt plura alia momenta contra hanc primam hypo-
thesim ex iis, quas expendimus; quod juxta alias
Tabb. motus medii ex iisdem carceribus alio tempo-
re proſiliant; quod non ſit idem, Solem initio poſitum
circa aſteriſmum Cancri, ut tradunt Aegyptii, & So-
lem initio Signi Cancri conſtituere; hoc enim plerique
negant, cenſentes Mundum conditum in altero Aequinoctio:
quod juxta textum Hebraicum, & Vul-
gatam Versionem communior nunc ſit alia ſententia,
quæ Mundum creatum exiſtimat an. ante A. 4004.
In hac ſecunda hypotheti, ſi quis poſtulet ſibi aſ-
ſignari primam in Mundo condito Solis Eclipſim,
ſic eruemus ex una ex noſtriſ majoribus Periodiſ. Et
quia Undecimus Ordo annor. Julianor. 572 ad noſtrā
perveniebat ætatē, ſi illi detur Epochā in me-
dio a. a. 4004, finem habebit intra annum A. 1728
communis 1728, quo compleetur numerus Platonicus
factus ex cubo duodenarii. Jam verò an. 1728 fuit
Solis defectio 10 Martii [28 Februar. Julian.] ſed ſi
rerum creatio ſupponitur in æquinoctio verno, quod
a. a. 4004 cadebat in diem 23, vel 24 Aprilis Ju-
lianī; alter Periodi terminus caderet in Februariū
exeuntem, hoc eſt, antequam Mundus exiſteret. Ea
tamen Eclipſis deſervire potest pro hypotheti [hanc
dicamus Secundam], quæ Mundi creationem ponit in
Au-

(a) Ricciolus, L. V, Almageſti cap. 4, ſub finem.

Autumnali æquinoctio a. a. a. 4005. Altera Solis Eclipse, observata a Blanchino an. 1727, d. 14 Sept. [3 stylo Juliano] dig. 6 $\frac{1}{4}$ hor. 19, 50' post merid. Romæ, ac fere centralis in Disco Terræ caderet ante æquinoctium Autumnale a. a. a. 4005 ante rerum creationem, & deservire posset pro iis, qui Mundum condunt in æquinoctio Verno ejusdem Anni, quæ est *Tertia hypothesis*. Sumamus ergo pro *Quarta hypothesis* communiori Solis defectum a. 1728 die 4 Civili Septembris (24 Augusti stylo Juliano) e Cassinian. Tabb. hor. 1, 57' post medium noctem ad meridian. Roman., quo spacio utimur ut notiori, licet invisibilem in Europâ, Sole in gr. 11, 33', 38"} Virginis
 Nodo Descendente in gr. 2, 53, 17 }

Sol ultra Caudam Draconis gr. 8, 40, 21,
 sive à Nodo Ascidente gr. 188, 40', 21". Et quia idem Cyclus postulat in ultimo Novilunio arcum gr. 10, 34', 11", hoc [quia regredimur] subtracto a priore arcu, sequitur, ut initio Sol distaret a Nodo Ascidente gr. 178, 6', 20", hoc est, ante Nodum Descendentem grad. 1, 53', 40", ergo debuit esse conjunctio maximè Ecliptica in primo Mundi anno. Rursus, quia Cyclus abundabat hor. 12, 57, his subtractis ab eodem Cyclo, restituitur Novilunium cum Solis defectu a. a. a. 4004, die 24 Augusti Juliani, hor. 14, 54 post medium noctem, sive hor. 2, 54 post merid. Romæ: hoc est circa ipsum meridiem in Paradiso Terrestri. Consequenter propter dicta in Investigatione Prima de Eclipsum intervallis, hæc fuit in prædicta quarta hypotesi prima Solis Eclipse in Mundo condito: quod sine calculi molestia per nostrum undecimum ORDINEM ex Cyclis majoribus inventum est.

Quid si Mundus conditus fuisset medio sexto ante Christum millenario, ut communiter docent SS. PP. versionem LXX Interpretum sequuti? At de com-

Cc puto

puto LXX Interpr. quot sententiz? *Eusebius, Beda,*
 & Martyrologium Romanum referunt Christum na-
 tum anno Mundi 5199. *Clemens Alexandrinus* 5624.
Ricciolus in Magno Chronico, juxta LXX Interpr.
 a. a. a. 5634. Abb. *Langlet* in Tabb. Chronolog.
 a. a. a. 5872. Media videtur antiquissima Aegyptiorum
 traditio, apud quos, & in quorum gratiam LXX
 Interpretum versio facta est: docebant autem Aegy-
 ptii (^a), ex quo homines essent, quater sidera cursum
 vertisse, &c. quibus verbis a Græcis non intellectis,
 obscurè significabant tam Herodoti ztate, quam Dio-
 dori Siculi se versari in quarta Periodo Sothiaca,
 ac proinde Mundum conditum a. a. a. 5702, quan-
 do Sothis, sive Canis major erat prope Colurum Aequinoctiorum, quamvis nunc Sirius progressus sit ad
 gr. 11, Signi Cancri. Quod si a. a. a. 5702 addan-
 tur anni 29 Aërz [in 29 Christi mortem plures col-
 locant], redditur Cyclus XI annor. 5731. Ab a. a. a.
 5702 inchoato, si descendatur ad annum Aërz 1593
 pariter inchoatum, completur intervallum annor. Jul.
 7294, quot numerat Ordo XIV cum arcu gr. 13,
 27' pro distantia Solis a Nodo. Anno autem Dom.
 1593, d. 20 Maji Juliani observatus est Solis defe-
 ctus Servetx hor. 2, 3' post merid. ut testatur Ke-
 plerus in Opticis; ergo ante annos 7294 in meridia-
 no Paradisi Terrestris, si tunc existebat, per se redi-
 di potuisset Solis defectio. Et hæc dicatur Quinta
 hypothesis. Demus in Sextâ. Quid si Mundus crea-
 tus diceretur in æquinoctio Autumnali ejusdem anni
 5702, quæ esset alia hypothesis? Resp. Nos habere
 Eclipsem Solarem an. Dom. 1594, die 9 Maji Julia-
 ni [19 Gregoriani] quæ ex Tabb. Prutenicis promit-
 tebatur dig. 10, 23' ad merid. Venetiarum hor. 14,
 50', ab his subtractis hor. 13, 27' pro Epacta Cycli,
 redditur Solis Eclipsim a. a. a. 5701, &c.

CO-

(a) *Herodotus*, L. II.
Diodorus, Bibl. L. I.

COROLLARIUM SECUNDUM.

www.libtool.com.cn

Per eosdem majorum Ordinum Cyclos progredi licet usque ad finem Mundi, sive humanarum generationum, cuius finis indicium non est incrementum numeri Eclipsiū.

Cum enim non sit admodum verisimile Mundum conditum plusquam 57 saeculis ante Christum; si hunc Deus nobis dedit, ac *notum* fecit in morali *medio annorum*, cum circa Christi mortem completus foret XI cyclus annor. 5731, etiamsi tantumdem supereret ad ultimam conflagrationem, sufficerent XXII Ordines pro toto tempore ab initio Mundi ad finem. Multo magis si admittatur traditio Eliæ de duobus circiter annor. millibus Legis Naturæ, totidem Legis Scriptæ, totidemque aliis Legis Gratia, ut omne tempus humanis generationibus concessum sit 6000 ann., quemadmodum Mundi Opificium sex diebus completum fuit; *mille enim anni, ante Deum tamquam dies.* Inter Signa autem venturi proximi Judicii non sunt referendæ naturales Eclipses, quæ juxta ratos Cœlestes motus contingunt ex eo titulo (non enim hic loquimur de aliis symbolis per allegoriam, & umbram futurorum), quasi earum numerus quolibet saeculo augeatur, ut nonnulli sunt arbitrati; numerus enim medius, qui resultat tum apud Veteres, quam apud Recentiores, ut alias vidimus, est præterpropter quatuor Eclipsum pro singulis annis: ergo indicia Cœlestia advenientis Judicis erunt motus perturbati per extraordinarias Omnipotentia vires, quando Cœli magno impetu ^(a) volventur in ar-

Cc 2 gu-

^(a) Petri, Cap. 2.

gumentum Irz Divinæ. Quod si Deo non placeat tam citò finem imponere, illi qui vivent post secundam a Christo Chiliadem, si qui erunt in Terris, nec conditi sint novi Cœli, sive novus Astris motus tributus (statuit enim stellas in aeternum ^(a), præceptum posuit, & non præteribit. Tempus verò sive merendi, sive demerendi post judicium non erit ^(b) amplius), poterunt Cyclum Primi Ordinis iterum inchoare, atque ita certius habere Eclipses in Pleniluniis.

§. XXIII. Determinatio Epochæ Periodorum in nostro seculo. Animadversio circa Periodos extravagantes, & coherentiam historiæ cum calculis.

COROLLARIUM TERTIUM.

Respectu Solis Epochæ, & gradus præsenti sæculo Dominans in nostrâ Zonâ Temperatâ Boreali, debetur Eclipsi Solari Maji 1706, vel 1724, cui correspondet alia similis anno 1742, die 3 Junii, nobis quidem invisibilis, sed visa in Sinis. At respectu totius Globi Terraquei, & Zonæ Torridæ, Epochæ tribuenda Solis defectui an. 1716, die 15 civili Octobris, Italiæ non viso, quamvis una hora cum dimidia ante meridiem, propter Australē Lunæ latitudinem, qui gradus regnans terminatur in alio defectu anni 1734, die 26 Octobris hor. 6 $\frac{1}{4}$, nobis pariter invisibili. Melior etiam for-

(a) Psalm. 148.

(b) Apocalips. X, 6.

fortasse Solis Eclipsis penè centralis in
Disco Terrestri 1727, d. 14 Septembris
visa in Europa, cui consonat alia Eu-
ropæ inconspicua an. 1745, d. 25 Se-
ptembris, hor. 5, 36' ad merid. Bonon.

Prima pars constat ex definitione sexta, & ex
inspectione nostræ Tabulæ V. Ratio secundæ partis
est, quia illæ Eclipses, in quibus umbra Lunæ per-
meat Zonam Torridam, sunt propemodum in ipsis
Nodis; & axis umbræ productus transit per centrum
Terræ, vel prope illud; unde si oculus ex Lunâ con-
templaretur Telluris obumbrationem, videret umbram
transire per medium ejus Discum, quam pulchritudi-
nem aliæ Eclipses non habent.

COROLLARIUM QUARTUM.

Epocha gradus Regnantis, respectu
Lunæ, hoc eodem nostro sâculo debe-
tur ejus deliquio totali cum mora, ac
penè centrali diei civilis 23 Decembris
hor. $7 \frac{1}{4}$ an. 1703 utrinque immediate
stipata à duobus Solis Eclipsibus in prin-
cipio, & fine ejusdem Lunationis; altera
die 8 Decembr., altera die 7 Januarii
sequentis.

Hoc quoque sequitur ex citatâ sextâ Definitio-
ne. Superiori Ternario periodice consonat aliud si-
mile Eclipsum Ternarium an. 1722. Media Lunaris
Eclipsis Totalis die 2 Januarii: dux extremæ Sola-
res

res terminant eamdem Lunationem utrinque die 19 Decembris, & 17 Januarii. Eidem periodice concinuit annus 1740: Deliquum Lunæ Totale paulò ante medium noctem sequentem diem 13 Januarii: stipatur ab Eclipse Solari diei 30 Decembris præcedentis, & aliâ subsecente 28 Januarii, hoc est in principio, & fine ejusdem Lunationis. Simile intervallum unius Periodi Chaldaicæ simplicis habetur inter duos pariter ternaria an. 1718, & 1736 circa æquinoctium Autumnale; nec admiratione vacat, quod omnes isti quinque totales Lunæ defectus observari in Europâ, saltem aliquâ ex parte potuerint. Quis jam dicat *conuax Luna fidus?* Si non paret Legibus ab humano ingenio ad arbitrium excogitatis; at paret legibus Periodorum; nec solùm in nostro sculo, sed etiam in intervallis bis mille, & amplius annorum, ut vidimus ex observationibus. Astra nostris calculis obtemperare videbuntur, si nos ideas nostras Cœlo accommodemus; nec contendere velimus, ut Cœlum nostris cogitatis obtemperet; stellæ enim obediant Ei, qui fecit illas, & *pergunt in propriis constanti Lege Chœris.*

COROLLARIUM QUINTUM.

Possunt etiam extra Cyclorum Lunisolarium fines Eclipsum paria coincidere: quamvis non omne par Eclipsum efficiat Periodum, etiamsi detur in principio, & fine Cyli Lunisolaris, atque in die anni cognomine.

Primum visum est sèpius, præsertim in gradibus nostris Tabulæ Quintæ. Alterum sequitur ex iis, quæ dicuntur per accidens occurrere, ut §. X vidimus in

in Cyclo annor. Julianor. 2122, aliisque. Quare non omnis Eclipsum combinatio, etiamsi incidat in eamdem anni diem efficit novam Periodum; sed quæ vel multiplicata, vel in suas partes aliquotas resoluta, vel cum aliis alterius Ordinis comparata restituat pariter aliquam ejusdem, vel saltem alterius Luminaris defectionem, aut certè restitutionem sèpius promittat ex nodi *intra terminos necessarios* revolutione. Alioquin erit in iis, quæ dicuntur per accidens evenire, quod ex Nodorum motu, sive Luminarium distantia circa terminos egressionis dignoscetur. Aliud Exemplum sit in Eclipsi Solari circa æquinoctium Autumnale Mensis Septembbris, tum anno 1661, die 23 (13 Juliani) hor. 1, 36' post meridiem ex Argolo; tum anno 1718, die 24 Civili (13 Juliani) hor. 9, 37' mat. ex Manfredio: intervallum est annorum 57 minus 4 horis; nam dies ablata anno 1700, juxta Gregorianam reformationem, debetur æquationi sacerulari, non prædicto spatio annorum 57. His pro Eclipsi conveniunt in motibus mediis hor. 1, 36', 38''. Motus Solis a Nodo gr. 22, 39', 40' ergo extra terminos Eclipsum possibles. Quomodo igitur potuit Eclipsi recurrere? Scilicet Nodus vicinior in primo casu erat in Libræ grad. 7, 25' ferè: in secundo casu circa gradum 15, 19' Virginis, hoc est citra initium Libræ grad. 14, 41': Atqui gradus 14, 41' plus gradibus 7, 25' constituunt simul arcum graduum 22, 26'; ergo Tabulæ rectæ ponebant arcum majorem grad. 22; sed quia Sol in utroque Novilunio consitebat circa initium Libræ, hinc utrobique quasi in medio erat intra suos terminos; per accidens tamen, respectu intervalli annorum 57, qui triclini constant Ennedecaëteride: Si enim altera Eclipsi ponatur in Nodo, non fiet ulla restitutio. Quid tamen si pari 57 annorum spatio recurreret similis constitutio, ut Luminare in principio, & fine hujus intervalli, patiens Eclipsum, esset medium inter suos terminos

minos? Non negamus simile Phænomenon; nam Martii die 30 Astronomica Sol defecit, tam anno 1699, quām an. 1642; in primo casu Nodus propior erat in grad. 1, 49 Arietis, in secundo circa gr. 24, 20'. Sol utrobique in medio circa grad. 10, vel 11 ejusdem Arietis, adēque intra suos terminos. Natura tamen non repetit eumdem Ludum ad leges Cycli.

COROLLARIUM SEXTUM.

Nec Solis calculis inhærebitur cum certitudine in longioribus sæculorum intervallis, sine prævia Observationum comparatione; nec Soli Eclipsium historiæ, sine cohærentia calculi.

Enimverò Calculi, quibus utimur in Astronomiæ, orti sunt ex Observationibus. Nihilominus cùm in ipsis peragendis misceantur plures subtilitætes, e quarum varietate variij prodeunt numeri; hinc videmus diversos calculos ex diversis Tabulis prodire, etiam factâ revocatione ad idem tempus, & ad eumdem meridianum. Si quis ergo solis fidat Tabulis unius Auctoris, poterit saltem in *longioribus sæculorum intervallis* non parum a Cœlo disfidere, aut forte metuere, ne Cœlum magis faveat alterius Tabulis. Quis dirimet hanc litem, vel dubitationem tollat, nisi cohærentia cum observationibus? Gressus enim sine altero crure vacillat: nam observatio sine lege Cyli facta, vel sine cognitione motuum Cœlestium, non parit scientiam, ut patet in Rusticis, tollentibus ignaros oculos ad Luminarium deliquia. Quod si observatio petita ex historia non conveniat cum calculo, vel Cyclo, non statim hic damnandus, sed prius examinanda narratio: vidimus enim non pau-

paucos errores in eam irrepsisse, saltem in sculis barbaris. Sic ex *Ubone Emmio*, præter Eclipsum Lunæ diei 22 Maji anni 1155, refertur alia Mense Decembribus ejusdem anni, die Dominico ante Natalem Christi: cùm tamen septimum Plenilunium a primo distare, debeat dies 206^{1/2} ferè: a die autem 22 Maji ad 25 Decembribus intersint dies 218, unde non sufficit residuos præcedentis hebdomadæ dies detrahere. Nec concordant cæteri characteres illius anni, qui habebant pro Numero Aureo 6, pro Cyclo Solari 16, B pro litera Dominicali. Dies ergo Dominica, fuit Decembribus die 4, 11, 18, 25, in quibus non fuit Plenilunium, quod debetur diei 15; ergo nec potuit esse Eclipsis Lunæ. Quid quodd Annorum characteres aliquando apparent confusi, etiam ubi sermo est de Romanâ historiâ. Sic Annus Urbis Conditæ 109 non bene copulatur cum anno 343 ante æram; huic enim sociari debebat annus U. C. 410, Varronianus Olympiadis 109 (en æquivocatio) annus primus: hic enim est, qui habuit iterum Consules Cajum Martianum Rutilium, & Titum Manlium Torquatum, a quibus dedicata est ædes Monetæ, juxta Livium Lib. IV, post quam dedicationem nox interdiu visa intendi, si hoc tamen indicat Eclipsum. Quare optandum esset, ut aliquis peritus Calculator, relictis Mundis possibilibus, merèque Idealibus, vires suas exerceret in hoc nostro Mundo, ubi plurima sunt, quorum adhuc ignoratur exacta dimensio, aut numeratio, quamvis ut cognoscantur, non indigeant interminabili Infiniti divisione; potissimum autem historiam Eclipsum ad veritatis regulas revocaret, & ad nostra tempora deduceret, quorum alterum e diversarum Tabularum, & Cyclorum concordiâ in motibus mediis, alterum ex observationibus, quæ habentur in actis Academiarum, & Eruditorum, potest exequutioni mandari. Vicissim si Cyclus non concordet cum historiâ; non statim hæc falsitatis insimulanda, sed videndum an Pe-

D d riodus

riodus ad suos pervenerit terminos, an sit ex imperfectioribus, quæ una tantum, vel altera vice restituunt Eclipsum.

www.libtool.com.cn

§. XXIV. De Reductione anni Juliani ad Gregorianum, & bujus conciliatione cum Periodis Eclipticis. Animadver-sio circa tempus Paschatis indici solitum ab Ecclesiâ.

COROLLARIUM SEPTIMUM.

Forma Anni Juliani, licet accommo-datior sit ad Cyclos Eclipsum, non ideo absolutè perfectior Gregoriana, in qua tentatur detectio Periodi Eclipticæ plu-rium sæculorum.

Ratio est, quia absoluta anni civilis perfectio attendi debet pensatis omnibus, ac præsertim com-mensuratione cum Solari motu; atqui cum motu So-lari, sive anno Cœlesti commensuratur annus Grego-rianus, non Julianus, qui in 133 annis circiter, in-tegram diem recedit, adedque non est fixus, ut pu-tabatur, sed vagus; unde in quatuor sæculis antici-pat tribus diebus Äquinoctia, & Solstitia, atque in-decursu per singulos anni fixi dies circumducit; non igitur alteri est anteferendus. Sic annus vagus Ägyptiacus sine intercalari placebat *Keplero* propter Ecli-pses, juxta illius formam consignatas in æra Nabonassaris a Chaldæis, ab *Hipparcho*, & *Ptolemaeo*, &c. Numquid ideo præferendus Juliano? An desunt Ecli-pses tam in formâ Julianâ, quam in Gregorianâ com-putatæ, & quidem longè plures, quam extent in an-nis vagis Ägyptiacis? Si Julianus appetat magis con-gruere cum Eclipsibus, quando istæ stabilem sedem non habent, idipsum confirmat nimirum esse minùs stabilem. Forma quoque, & correctio Gregoriana- suis

suis affigens sedibus æquinoctia juxta peritissimos Astronomos post plura sœcula exigit aliquam æquationem, ut eidem diei affixum retineatur civile æquinoctium, non dissentiente Clavio (^a) in hypothesi, quod diversa quantitas anni Solaris inveniretur, de qua S. V, ubi vidimus in sententia Equitis *De Louvillie* integrum diem confici post annos 21600, in alia post ann. 7200, &c.. Nec propterea turbantur Tabulæ in ordine ad prædicendas post certum dierum numerum Eclipses, & Syzygias, ut patet in formâ anni Juliani; sed tantum innuitur diversus computandi modus, ut annus sit fixus. Neque idcirco Luminarium defectus adeò sunt instabiles, ut nullo modo conciliari queant cum Anno Gregoriano. Si hæc quoque concordia exponitur, non detrecto tentamen, saltem ad detegendum modum eam conciliationem ineundi. Quoniam in Anno Gregoriano Æquinoctia, & Solsticia civilia sedem habent fixam, saltem ad annum Ærz 5000, sequitur ut si ad istos cardines, vel ad determinatam ab illis distantiam, tam Veterum, quam Recentiorum observationes referamus, possint anni Gregoriani cum Eclipsium revolutione conciliari. Sed quia Veterum observationes ab annis Ægyptiacis ad annos Julianos sunt revocatæ, ab ipsis ad Gregorianos transferentur, auferendo tres dies in quatuor quibusvis sœculis, juxta Legem supra explicatam, hoc est in annis sœcularibus, qui quaternario non mensurantur. Forma enim Julianæ abundat una die in annis 133 ferè, sive tribus diebus in annis 400, adeòque 30 diebus in annis 4000. Hinc illi, qui Mundum conditum putant in Æquinoctio Autumnali circa annum 4000 ante Christum, assignant civiliter in Formâ Julianâ diem 26 Octobr., quæ est 23 Septembbris Gregor. Hac reductione opus non habemus in illis Eclipsibus, quæ intra idem sœculum contigerunt,

Dd 2 quia

(a) *Clavius*, Calen. c. V, n. 15, & c. 12, tradens modum æquandi ad annum 8200, si opus fuerit.

quia Cycli intra 100 annos totidem numerant dies tam in formâ Julianâ, quâm in Gregorianâ, & quidem sicut anno Solari terminentur imperfecti, quem vidimus in VIII Fundamento Cyclum XIX annorum. Multò imperfectior Cyclus annorum 38, quod duplē continent Ennedecaēteridem, & alii de quibus §. V. Ibidem deteximus a majoribus Cyclis annorum 6039, & 2900 reddi Eclipses, imperfectè tamen, propter distantiam Solis a Nodo. Quin & ex Observatione Sinica, omnium antiquissima, anni 2155 ante Æram Christi, quo dicebatur Sol defecisse circa initium Libræ, si descendamus ad aliam Solis defectionem pariter circa *Æquinoctium Autunale*, sive circa initium Libræ an. 1661. Intervallum continet annos Gregorianos completos 3815: Nobis Epacta conveniens huic intervallo in serie annorum naturali relinquit diem 1, hor. 23, 14', 18". Motus Heliō-Drac. grad. 347, 23', 41"; unde ad vicinum Nodum defunt grad. 12, 36', 19": dies autem absorberi potest incipiendo ab anno Bissextili; ergo ex duplice titulo est imperfectus. En aliud Tentamen: defectui Solari, quem *Keplerus* supputavit contigisse anno ante Æram 3993, attentis motibus mediis die 24 Julii in Formâ Julianâ in ipso Solsticio; adeoque 21 Junii in Formâ Gregorianâ, responderetne Solis Eclipsis anni 1629 circa *Solstitium Æstivum* d. 21 Junii penè totalis in Indiâ Orientali? Intervallum inter unum, & alterum Solstitionis (nam extremi semestres utpote extra illos terminos non computandi) continet annos Gregorianos 5621, in quorum fine nobis Sol esset citra Nodum 24', 52", in serie numerorum naturali, hoc est incipiendo ab unitate, sive a primo anno post bissextilem, Epacta foret dier. 2, hor. 4', 55", 51"; Epacta Cassiniana dier. 2, h. 5, 10', 20': Pro Epacta Flamstedianâ in arcu circuli grad. 28, 42', 12". Motus solius Nodi, juxta Cassinianas, dat Sign. XI, gr. 28, 14', 3"; juxta Flamstedianas (de-
tra-

tractis 42 diebus Formæ Julianæ) dat Sign. XI, gr. 29, min. 28', 25"; ergo hæc foret Periodus Ecliptica, bidui tamen æquatio, licet post 56 sæcula redollet imperfectionem Cycli. At biduanam æquationem *Keplerus*, juxta suas Tabulas, concedebat deberi motibus veris; dum ponebat Eclipticam illam oppositionem in grad. 27, 56', 17" Geminor. re ipsa, quando motus medii dabant initio Cancri; complementum enim illud gr. 2, 3', 43" Sol conficit diebus 2, hor. 1, 48'; an per Keplerum concordant veri motus cum illo bidui excessu in Cyclo? Si autem hic oriatur dissensio inter diversos Astronomos, hoc est, quod ab initio monebamus in longioribus intervallis mentem humanam hæcere dubiam propter Tabularum dissidia; quærantur minora spatia (methodum enim jam monstravimus), & minor erit æquatio facienda. Nec erit inutile obiter hoc loco observare, quod in inquirendo ordine Eclipsum animadvertisimus circa tempus Paschatis, indici solitum ab Ecclesiâ. Divinum Præceptum celebrandi Phase in primo Mense Anni Sacri intimatum est hominibus, & rudi Hebræorum Populo, a quo exigebat annuam observationem circa illud tempus moraliter, non verò in rigore Mathematico, quasi synagoga, & multò minus Ecclesia adigeretur Astrolabio, vel Quadrante Astronomico, verum Plenilunii, & Äquinoctii momentum explorare. Id videre est in triplici celebriori Paschate; nam si vera esset sententia *Petavii*, quam propugnat tum L. IX, cap. 25, tum L. XIII, D. T. a. a. 1331 (abjectâ aliâ hypothesi de exodo in Plenilunio Maji) Israëlitæ primum Pascha celebrarunt cùm exirent ab Ägypto, nocte inter 2, & 3 Aprilis Juliani, fer. V ineunte (aliqui mallent nocte inter 3, & 4 April. ineunte fer. VI): Äquinoctium autem medium ex Paris. Tabb. supputat ad meridian. Alexandriæ d. 5 April., hor. 19, 14' post med. noct.; Äquinoctium verum d. 4, hor. 10, 43'. Plenilunium medium d. 3 April. h. 21 post

post med. noct. Plenilunium verum hor. 12, 18'; unde existimat Äquinoctium, ac Plenilunium civile incidisse in diem 2 April., ne ante æquinoctium Pascha peragi videretur. Ex adverso, Ägyptii deplorabant Pharaonem interemptum suo octavo Mense *Pbarmatbi* (hoc enim sonat lingua Ägyptiaca *Pbarmatbi*, idest, *Pbaraonis mortem*), qui respondet secundo Hebræorum. in an. sacro. Neomenia autem *Tbot*, seu primi mensis civilis eo tempore (etiam si varietur annus) cadebat ante medium Septembrem Julianum, unde septimus Ägyptiorum *Pbamenor* Dei jussu evasit primus Hebræorum *Abib*, postea dictus *Nisan*. Quin & Deus ipse voluit, ut qui primo Mense Paschales victimas offerre non potuisset, offerret Mense secundo, sive *Jiar*; annis vero consequentibus probat Baronius ad an. Chr. 58 Apostolos translatisse solemnitatem a XV Luna ad diem Dominicam sequentem: Deo miraculis approbante tempus ab Ecclesiâ indictum, etiam in annis, in quibus ante correctionem non exigua erat a Cœlo aberratio.

Alterum celeberrimum Pascha est illud, in quo immolatus est Agnus Mysticus Christus Dominus, quando æquinoctium civile cadebat in diem 24 Martii: die autem 25 Martii, fer. VI, an. 29 ærz communis fert multorum Patrum traditio Christum Dominum Crucifixum; ad quam diem consignabatur Luna XV in vitioso Hebræorum Cyclo annor. 84, cuius imperfectionem vidimus §. X, & tamen in rigore Astronomico hæc erat ultima Lunatio anni sacri præcedentis; nam Plenilunium medium an. 29 Mense Martio incidit in diem 18, hor. 7, 37', 38" post merid. Hierosolymis.

Tertium sit illud, quod veluti stabilis norma futuris sæculis An. Domini 325 propter Decreta Synodi OEcumenicæ, Niceæ inchoatae XIII Cal. Julii, affixo civili æquinoctio die 21 Martii, quicum Astronomicum tunc convenire putabatur; & tamen ex Recen-

centioribus Tabulis incidit in diem 20 civilem Martii (^a). Patres ergo non censuerunt majorem quærendam subtilitatem. Quæsita major subtilitas e Mathematicis Gregorianis, ut nulla haec tenus civilis forma melior prodierit: hi nihilominus æquinoctium an. 1600 ex Prutenicis Tabb. putarunt secuturum d. 21 Martii, quod ex Rudolphinis Tabulis deprehensum est contigisse die 20 civili, hor. 8, 48' in Meridiano Romano. Hinc illi apparent in quibusdam casibus magis observasse canones Astronomicos, quam minores suas Cycli Paschalis regulas. v. g. an. 1742 ex Manfredi calculo Äquin. Vernum fuit d. 20 Martii, h. 6, 51' ad Merid. Bononiz; Plenilunium d. 20, h. 19, 34' post merid., idest die civili 21, hor. 5, 34' p. med. noct. ; in Oriente , v. g. Pekini d. 21, semi-hora post merid.: cum ergo hoc Plenilunium non caderet ante æquinoctium, sive Astronomicum, sive civile, in rigore erat Paschale , adeoque Ecclesia optimè indixit Pascha Dominicâ proxima, idest d. 25 Martii; alioquin Pascha ad secundam Lunationem fuisset dilatum. Et hæc satis hoc loco in ordine ad Cyclos indicendo Paschati deservientes, qui notiores erunt sensibus, si fuerint simul Ecliptici .

§. XXV. Alii Periodorum usus in Chronologia, & Astronomia.

COROLLARIUM OCTAVUM.

Nec contemnendus Cyclorum usus in Chronologia, sive ad componenda Historicorum dissidia, sive ad emendandas Veterum temporum falsas observationes.

Id sapientius ostensum in superioribus, ubi ex cycli legie deteximus falsas Eclipsum narrationes, hoc est non

(a) E. Manfredi, Parere, ec.

non suo tempore relatas ; quare Eclipses per earum Periodos, in seculis præsertim barbaris, determinatæ, sunt totidem veluti columnæ, quæ viam monstrant in arenoso deserto : Quod pertinet ad Historicorum dissidia, addo Exemplum in Sinica Solis Eclipsi circa Æquinoctium Autumnale an. 2155 ante Christum, quam alii referebant ad annum 2152, alii aliter computabant. Cyclus noster litem videtur dirimere, & tum ex Epactâ, tum ex motu Helio-Dracontico, tum ex correspondente observatione, ostendit præferendam esse sententiam P. Societ, qui prælegit annum 2155; alioquin aut Eclipsis non contigisset Sole Libram in eunte, aut in numeratione fieret ex mero arbitrio saltus occultus. Non poterunt tamen lites componi, nisi certæ positiones sint datae : sic ad inveniendum veræ Christi Nativitatis Epocham, non sufficit scire Lunam defecisse, dum Infanticida Herodes Antipatri Filius ægrotaret; neque enim mortuus perhibetur circa Pascha, ut aliqui existimant, sed die 5 Mensis Castor (hic est mensis nonus in anno Sacro, & respondet nostro Novembri cadenti, ac majori parti Decembris), quam diem propterea Hebræi annuâ letitiae commemoratione recolunt, quod in eâ obierit Piorum Osor Herodes. Quare Pascha illud, antea quod contigit Judæorum seditio, a Josepbo memorata^(a), incidit in quartum mensem a morte Herodis, dominante jam Antipatro. Defecit quidem Luna ad 6 fermè digitos anno 4 ante æram, nocte inter 12, & 13 Martii circa horam tertiam post medium noctem in Meridiano Hierosolymitano, ut Cyclus exiguit, atque consentiunt Chronologi^(b); non ergo ad meridianum Hierosolymitanum hor. 3, 21', 26' post merid.^(c), ut per errorem typographi legitur apud non ignobilem Scriptorem in calculo illius Lunaris Eclipsis

(a) Joseph. Antiquit. L. XVII. c. 12. Usserius, Annal. ad an. quartum an-

(b) Petavius, Doctr. Temp. L. VIII. te Æram.

Ricciol. Almag. L. 5, c. 9. (c) W. P. A. pag. 452.

pis an. 4710 Periodi Julianz; quod etiam demonstratur ex eo, quia alioquin idem deliquum contingisset interdiu, adeoque non fuisset visibile Hierosolymis. An autem Herodes obierit eo anno, quo contigit defectio Lunæ circa Pascha non invenio in locis, qui allegari solent ex Josepho, sive Belli Judaici Lib. primo, cap. 21, sive Antiquitatum Lib. XVII, cap. 8, & 11; & alii Lunares defectus ante eam contigerunt.

COROLLARIUM NONUM.

Periodi Simplices deservire possunt ad inveniendum tempus quamproximum Syzygiæ veræ: Majores autem ad exactius determinandos motus medios cum veris per exempla comparatos.

Discrimen Syzygiæ veræ a mediâ, quæ habetur ex Tabulis, assurgere posse aliquando ad 14 circiter horas demonstravit *Tacquetus* (^a). Discrimen Periodi Simplicis Chaldaicæ a Motibus Cœli veris invenimus (§. XII) minus tribus horæ quadrantibus; quanta est hæc approximatio, & concordia cum Cœlo in comparatione Epactarum communium, quæ aliquando a Cœlo dissident 12 ferè horis? Modus eam concordiam obtinendi est habere in promptu alias Syzygias veras, tam Eclipticas, quam non Eclipticas ante 18 annos peractas, hoc est in eâ, quam vivitur ætate. Epocha Periodi affigatur illi Syzygiz, quæ distat ab aliâ quæsita 223 Lunationibus, hoc est, toto intervallo Periodi Simplicis annorum 18, dierum 11, (si fuerint quatuor tantum Bissexiles) hor. 7, 43', 36",

E e

ut

(a) *Tacquet*, Astron. Lib. IV, num. XI, *Wijbom*. Præl. Astron. L. XIII, pag. 147.

ut factum est in nostra Tabula V, & finis Periodi dabit quamproximè Syzygiam veram quæsitam; hoc est, intra horam quâ fiet in Cœlo sine molestiâ calculi. Usus autem in majoribus Cyclis erui potest ex supradictis per plura exempla ad hunc finem producta, ut unusquisque per se comparare possit æquabiles Periodorum numeros cum inæqualibus & veris Cœli motibus.

§. XXVI. *Divinare Eclipses sine labore, & sine calculo in quo sensu, & cum quâ restrictione liceat: aliquæ regulæ generales, & exempla.*

COROLLARIUM DECIMUM.

Planam Ægyptiorum viam, qua dicuntur tradidisse artificium prædicendi Eclipses sine labore, & sine calculi molestia, nostræ ætati accommodatam aperi-
re, addita ejusdem methodi extensione,
& varia restrictione.

Communis sententia, quâ dicuntur Ægyptii tra-
didisse artem divinandi Eclipses sine labore, & sine
calculi molestia, dupli sensu potest intelligi. Primi:
Ad solvendum principale quæsitus *an in datâ Syzy-
gia sit defectio, necne.* 2. Ad determinandam vel spe-
ciem, vel præcipuam aliquam proprietatem Eclipsis
inventz, v. g. an sit visibilis in nostro Horizonte.
Primum quæsitus, ad mentem veterum, pro eo qui aut
nesciat, aut nolit uti calculo subtiliori, solvitur duo-
bus modis; primo, per Epactas & motum Solis a no-
do Lunari. Quando enim Sol invenitur intra termi-
nos necessarios, certa erit Eclipsis; sed incerta, quan-
do est intra terminos tantùm possibles, & incertior
hora Syzygiz verz. Hanc priorem methodum expe-
ditio-

ditio rem reddidimus in nostrâ Tabulâ primâ, inqui-
rendo elongationem Nodi a Sole pro dato numero si-
ve annorum ^{www.vitobiblio.it} Lunationum: sic enim uno intuitu
apparet num motu medio Sol sit intra terminos
possibiles vel necessarios. Exemplum in unâqueque
Syzygiâ anni Solaris datum est cap. VIII, Investigationis
primæ; inde enim deciduntur quæstiones, an
datâ Eclipsi initio primæ Lunationis, redire possit in
fine ejusdem, an in secundâ, in tertia, usque ad 17.
Exemplum pro majoribus annorum intervallis datum
est in reddendâ generali ratione, petitâ ex prædictis
terminis, cur, v. g. in fine annorum Julianorum 521,
vel 1042, redeat Syzygia cum Eclipsi, non verò in
fine totidem annorum communium.

Alter modus solvendi primum quæsitum est per aliquam ex datis periodis. Si quis ergo non solum sine labore, sed etiam sine calculo velit determinare an in data Syzygia fuerit, vel futura sit Eclipsis pro suo saeculo, habeat ante oculos Eclipses per unam Periodum Simplicem radicalem, quæ facile haberi possunt ex tot Actis Academiarum, Ephemeridibus, &c. aut ex propriâ cujusque observatione; tum alterum ejusdem Periodi terminum affigat Syzygizat: si alter terminus habeat Eclipsem, habet pariter data Syzygia. Si unus non habet, nec habebit alter terminus (paucis casibus jam aliâs notatis in exceptione) ut videre est in Tab. V, in cuius gradibus singulis habetur pars annorum cum suis Eclipsibus, ita ut si ignoretur alter terminus, eruatur ex altero. Sit exemplum: Proponatur quæstio, an in Novilunio Augusti 1742 fuerit Eclipsis Solis, retrogradiendo per simplicem Periodum devenitur ad annum 1724, in quo conjunctio Ecliptica fuit Florentia, mense Majo, die 22, hor. 6, 6' circiter ad meridianum, Florentinum; ergo cum post tres Lunationes non possit contingere Luminarium defectio, mense Augusto nec 1724, nec 1742 fuit Solis Eclipsis: Viceversa,

E e z die

die 2 Junii, anni 1742 Periodus reddebat conjunctionem ad meridianum Florentinum hor. 13, 49',
www.BIBLIOTECASANCTAE.COM.AR 36" (Manfredi Ephemerides ad meridianum Bonon. promittebant conjunctionem hor. 13, 37 cum Eclipsi nobis invisibili) Meridianus, in quo tunc numerabatur hor. 24, erat circa confinia utriusque hemisphaerii, sive circa grad. 180 longitudin. Terrest. Pekini medium obscurationis hor. 19, 35' post merid. ut habetur in secunda parte, sive hor. 5, 35' matut. d. 3.

Non invenio Aegyptios, aut Chaldaeos progressos ultra tres, aut quatuor Ordines sux Periodi. Nos autem in Tabulâ VI dedimus exempla per novem consequentes ordines, innuendo ulteriorem progressionem, qux fieri potuisset. Multò verò magis Periodicam viam extendimus ad plura annorum millia in nostris cyclis pro primi quæsiti solutione. Fuit qui (ad explorandam, ut arbitror, utilitatem, & metavix Periodicæ) postularet, ut per aliquem e superioribus cyclis designaretur Solis, vel Lunæ defectio ann. 1923, addebat dubitandi rationem, quia, inquit, talis defectio inveniri non potest ope cycli majoris ordinis annor. Julianor. 521, cui in historiâ Eclipsium ann. 1402, nulla extat correspondens Luminarium defectio, neque datur Tabula, in quâ consignentur Eclipses omnes illius Periodi; neque ope minoris 18 ann. cum appendice horarum & minutorum, quia hæc ab Anno 1707, duodecies esset repetenda; atque ita augeri in singulis distantia Solis a Nodo, ut in fine tam magni intervalli Luminaria sint extra terminos Eclipticos. *Respondeo* primò: Non ea mens nostra fuit, ut longioribus intervallis breviores Periodi adaptarentur, sed minores minoribus, majores majoribus: præsertim cùm hæc multiplex repetitio, & varia bisextilis insertio dura sit admodum Tironibus, cùm tamen recessus Nodi in radicali Chaldaeorum Periodo sit minor semigradu, in duodecim cyclis erit minor sex gradibus, nobis grad. 5, 36', 42"; ergo si Epo.

Epocha collocetur in deliquio prope alterum nodum, datur locus restitutioni Eclipsis. Idem dico de nostris majoribus Periodis, servatâ proportione, ut in Tab. X. Neque necesse est habere intermedias Eclipses, ubi regula jubet attendi principium, & finem. Dedimus tamen in Tab. V intermedias Eclipses duplicitis Periodi Chaldaicæ nostræ ætatis, ut & totales Eclipses habeantur in promptu, & usui esse possint pro inveniendis Syzygiis Eclipticis reliquæ medietatis nostri seculi, pro quâ nondum, quod sciam, prodierunt Ephemerides. Respondetur secundò: In dato anno 1707, medium deliquii Lunaris totalis cum morâ, ac penè centralis, adedque ad Nodum quamproximè vidit Romæ Ill. Franc. Blanchinus die 16 April., hor. 14, 31, 22". Ab hac Epochâ per duodecim minores Periodos, sive per annos 216, & dies hoc loco 130 (non 135, propter quinque bissextiles in totidem cyclis) horas 20, 43', 15" pervenitur ad diem 25 Augusti, hor. 11, 14, 37" post merid. Romæ. Quod si quæratur aliqua Solis Eclipsis ann. 1923, per unam ex nostris Periodis invenienda, quoniam Periodo primi ordinis annor. Julianor. 521, nulla respondet in historiâ Solis deficientis observatio, ut neque cyclo secundi ordinis annor. Julian. 1042, deprehendetur Periodo tertii Ordinis annor. Julian. 1563, correspondere anno aerae Christianæ 360^(a), die 28 Augusti circa Solis ortum in Mesopotamia ad Tigrem (quando Romae numerabatur hor. 6, 11 post mediañ nonam) totalem, vel ferè totalem^(b), ut stellæ videarentur, adedque Sol parum distabat a Nodo. Periodus autem Tertii Ordinis ad complendam Syzygiam vult superaddi hor. 9, 33' (utor potius annis Solaribus Julianis cum illâ horarum appendice, quia sunt notiores quâ annis 1611 Lunaribus praecise, quia sunt

(a) 1563
 360

 1923

(b) Ammianus Marcellinus, L. XX.
Petavius, D. T. L. VIII, c. 13,
n. 37.

sunt minùs noti), quando Solis recessus a Nodo est tantùm grad. 2, 53'; ergo ab illâ Epochâ Sol in fine Periodi futurus erat intra terminos necessarios Eclipsis certae; atqui finalis Syzygia redditur an. 1923, die 9 Settembris (28 Augusti Juliani), hor. 3, 44' post meridiem Romæ; ergo tunc reddetur Solaris Eclipseis quantum est ex vi Periodi. *Respondeo tertio*: Id ipsum eruendo & confirmando ex nostra prima Tab. ex qua in hoc secundo casu idem Novilunium Eclipticum prodit ann. 1923, d. 9 Settembris Gregorian. hor. 5, 4' post meridiem Romæ cum distantiâ Solis a Nodo gr. 7, 46', 55": Ex quo arguitur initio Cycli, idest anno 360, die Juliano cognomine (28 Augusti) in mediâ Eclipsi Solem distasse a Nodo gr. 4, 54'. In primo casu plenilunium redditur die 25 Augusti, hor. 10, 42' post merid. Periodus dabat horam 11, 14', 37", quando recessus Nodi, qui per hoc intervallum eruitur ex eadem primâ nostrâ Tabula est gr. 5, 38', 34", & juxta aliorum Tabulas minor gr. 6. Cùm ergo in Epochâ, idest in deliquio Aprilis 1707, juxta D. Mezzavacca, Luna haberet latitudinem Borealem 1°, 32", Sol citra Nodum 17°, 45", in fine intervalli Sol erit ultra Nodum gr. 5 $\frac{1}{2}$ circiter, adèque Tabulæ consonant periodo in reddendo deliquio Lunari tempore prænotato.

Melius tamen Periodorum utilitas comprobari non potest, quâm majorum intervallorum comparatione. Fac enim, v. g. quæri num verè fuerit Solis defectio die 24 Julii, anno ante Æram 1993, uti consignatur a Kepler, solutio per Epactas, & motus medios Solis ac Nodi in communi via requirit calculum non ita brevem: quantò facilior est nostra methodus, quæ per undecimi Ordinis Periodum (§. XXI) connectebat *immediatè* Eclipsim Solarem nostræ ætatis an. 1739, die 4 Augusti (24 Julii stylo veteri) totalem ad circum Arcticum cum Kepleriana eadem die cognomine in formâ Julianâ a. a. a. 1993: poterat ne
majus

*majus vix compendium desiderari? & hic fuit scopus
nostrer in condendis majoribus Cyclis, quem veluti ma-
nibus attactum nemo non videt.*

Posito, quod sit Eclipsis in datâ Syzygiâ, alterum Quæsitum erat, quomodo Ægyptii determinarent speciem defectionis, aut an esset visibilis necne in nostro Horizonte. Augebitur difficultas si advertatur restrictio, quam apponendam duximus omnibus Cyclis Eclipticis, qui reddunt Syzygias medias non veras, adedque fieri potest, ut Cyclus indicet deflectionem ante Solis occasum, quando reverâ futurâ est noctu sub Horizonte. Ad hanc difficultatem tollendam præmisimus in Corollario IX modum quamproximè attingendi tempus Syzygiz veræ, affigendo initium Periodi Simplicis Ægyptio-Chaldaicæ, vel conjunctioni veræ, vel medio deliquio Lunari prope nodos. Sic enim finis non dissidebit a Cœlo ultra tres horæ quadrantes, & reddet deflectionem intra horam veram, ut dubitari non possit, an sit ante, vel post Solis occasum, nisi forte contingat prope horizontem intra tres horæ quadrantes, quos cæteroquin implet, ut plurimum semiduratio Eclipsis. Neque potest negari in Lunâ reddi deliquum ejusdem speciei, ut plurimum propter rationem aliâ insinuatam (§. XII, quod Luna restituatur propè eundem locum Anomaliz), & quidem visibile toti hemisphærio nocturno, ut opus non sit hic ulterius immorari. Difficultas ergo reducitur ad Solem, de quo, licet ex citato Coroll. IX, cognosci possit beneficio Periodi radicalis, an in fine sit supra Horizontem, saltem extra casum exceptum, adhuc non cognoscitur an sit passurus Eclipsem nobis visibilem, (id enim præcipue a plerisque solet inquiri, nequam sollicitis de alio loco aut tempore, in quo ipsorum oculis non foret conspicua), quia apud nos Luna circa conjunctionem potest habere apparentem latitudinem Australem majorem, quam sit aggregatum semidiametri utriusque Luminaris, in quo casu posset

posset apparere Australibus in nostro meridiano sitis,
non nobis. Proposito ad alterius libitum experiundi
www.LibriPoliorum.it
 gratia Solari defectu anni 1760, censeo ad solvendum
 nodum in dato casu sufficere nostram regulam Epo-
 chæ, positæ in gradu hoc saeculo dominante in Zonâ
 Temperatâ Boreali, de quâ in Tertio Coroll. (§.XXIII)
 propter restitutionem Lunæ intra tres gradus Anoma-
 liæ ab eo loco, quem habebat initio Periodi, ut va-
 riatio latitudinis in fine sit valde exigua. Quærebatur
 an aliqua Solaris Eclipsi anno 1760 sit visibilis in
 nostris Regionibus. Quoniam gradus Periodi nostro
 saeculo, & nostris in Regionibus Dominantis contine-
 tur inter annos 1706, 1724, 1742, huic post annos
 18 periodicè, correspondet annus 1760. Quia verò
 in hoc ultimo gradu continentur quinque bissextiles,
 hinc post annos 18 addendi 10 tantum dies. Si Epo-
 chæ in priori exemplo indicatæ addantur hor. 7, 43',
 36" debitæ Periodo, conjunctio media Periodica cum
 Eclipsi incidit in annum 1760, die 12 Junii, hor.
 21, 33' post meridiem Florentiæ (ubi ante duas Pe-
 riodos deprehendimus conjunctionem Eclipticam hor.
 6, 6' ferè, d. 22 Maii 1724, hoc est, die civili 13
 in Feste S. Antonii Patavini, hor. 9 $\frac{1}{2}$ post medium
 noctem.

Atqui tali horâ Sol erit supra nostrum Horizon-
 tem, etiamsi Periodus multò plus aberraret, quam
 observatum sit; & latitudo Lunæ ex dictis non admo-
 dum erit diversa a latitudine, quam habebat in Epo-
 châ gradus dominantis; ergo cum initio istius fue-
 rit Solis defectio anno 1742, die 2 Junii totalis Ma-
 cai, plusquam septem digitorum Sinicorum (VIII,
 24. Europæorum) Pekini, in fine aliquâ restituetur de-
 fectio Solaris *visibilis* etiam Italiæ, cujus pars Austra-
 lis ultra Neapolim coincidit cum latitudine, &
 parallelo Pekinensi. Video hanc solutionem facile re-
 stringi ad casus gradus Dominantis, qui minus aptus
 esset in locis Periodi intermedii: aliundè non constat
 nobis

nobis quam solutionem dederint Ægyptii reliquis casibus communem. Credibile est illos recurrisse ad generales, & faciliores regulas mediorum motuum: tales sunt sequentes, quæ etiam deservire possunt pro longioribus Cyclis, cæteroquin non ad hunc posteriorem usum conditis. 1.^o Si distantia Helio-Dracontica inveniatur prope terminos possibles, Eclipsis erit par-tialis; si circa Nodos, totalis, aut ubique in hemisph. noct. si sit Lunar., aut in Disco Terr., si sit defectio Sol. 2.^o Si conjunctio est ante Nodum Descendentem, aut post Ascendentem, tunc Solis Eclipsis videbitur Borealisbus; si viceversa, Australibus. 3.^o Ex eadem distantiâ Helio-Draconticâ, quæ eruitur ex nostrâ primâ Tabulâ (præfertim si conferatur cum Tertiâ) res exploratio in Lunâ (in Syzygiis enim vel est Soli conjuncta, vel opposita in eodem gradu. Hæc enim antequam assequatur Nodum Ascendentem, habet latitudinem Australem; ergo tendens in Boream obvertet Soli, vel propriâ obscuratiōni limbū Borealem; Viceversa, ante Nodum Descendentem habet latitudinem Borealem; ergo obvertit obscuratiōni limbū Australē, &c. Quia tamen hæc exactius habentur ex Astronomicis, Geometricisque Recentiorum Constructionibus, idcirco supersedeo ab ulteriori inquisitione. Atque hanc viam Periodicam, generalibus regulis muniam, reor fuisse præcipuam partem Sapientiæ, quam a molestia Calculi liberam Chaldaeis Ægyptii tradidere, & ad quam comparandam ex Joniâ, & Græciâ Veteres Sapientes in Ægyptum navigabant, ut videbitur in Investigatione Doctrinae Eclipsiū. Habeantur præ oculis memoratae restrictiones; & Periodorum utilitas, suis limitibus circumscripta, omnibus innoscet, & via plana universis aperta manebit, & veritas inquirenti elucescat.

Quod si pro eâ aetate in quâ vivimus, quaeratur adhuc via brevior Ægyptiacâ, adhiberi potest nostra minima Periodus *Alternationis* 9 Annorum, dier. 5,
Ff quan-

quando intra Periodum sint duo tantum bissextilis (4 dier. quando in eadem sint tres bissextilis) hor. 25, 51^o, 58^o pro inveniendo defectu alterius Planetae. Sic ex deliquio Lunari, & oppositione Eclipticā 1743, d. 2 Novembris Astron. hor. 15, 51^o post meridiem Romae, cum Lunae latitudine Australi decrecente 2^o, 11^o circiter, infertur praecedenti quidem tempore Solis Eclipsis a. 1734, d. 26 Octobris hor. 6, 48^o visibilis in America; tempore autem venturo alia Solis defectio post simile intervallum d. 6 Nov. 1752, hor. 6, 49^o post meridiem Romae, adedque nobis invisibilis, sed visibilis in Imperio Sinarum circa meridiem. Et hic nobis supremus ἡλιγός, δὲ Φιλόσοψις, nisi aliter jusseris, quibus est ante oculos illud Damasceni L. II, de Fide Orthodoxā: *Homo est mysterium, cuius initium a Deo exire, finis ad Deum reverti.*

Huc ad suum finem perducta erat Tertia Partis impressio, cum Acta Eruditorum Lipsiae anni 1744 in nostras manus pervenere: ubi narrant editum Amstelodami an. 1740, librum cui titulus: *In leiding tot de Algemene Geographie*, idest, *Introductio in Geographiam Generalem: addita sunt Astronomica, & alia Dissertationes a Nicolao Struyckio Matheos Profess.* Ex Astronomicis laudant prae cacteris Examen, & Catalogum antiquarum Eclipserum Solis & Lunae, quae ab Historicis non raro alio tempore consignantur, aut omissuntur. In illius Praefatione, (a) Auctor, inquiunt „ indicat notabilem quandam periodum Solis, & Lunae, quae ad investigandas antiquas Eclipses usui „ esse potest. Affirmat nimirum post 6444 Lunatio- „ nes, vel 521 annos Julianos utriusque sideris defec- „ tus ad eundem anni diem ferè aequales redire. „ Hoc multis exemplis confirmat, quae post medium „ prateriti saeculi usque ad an. 1737 observatae sunt „ , iisdem

(a) Act. Erud. Lips. 1744, pag. 501.

„ iisdem eorumdem mensium diebus , quibus in Saec.
 „ XII, & XIII, in quo ejus etatis historiographi, quos
 „ Auctor adducit, memoriae prodiderunt . „ Negare non possum ~~ingeniosum~~^{utilitatem} Auctorem , vidisse initium
 nostrae viae Periodicae Majorum Ordinum per idem
 ferè tempus quo illam deteximus , occasione Sinicarum
 Epistolarum (S. I) & Observationis Lunaris deliqui
 d. 25 Januarii 1739 ; quando initiale arcana non
 nisi sub grypo (v. gr. voce ΗΠ pro 321) amicis com
 municavimus . Sed prudens quisque animadverteret mul
 tiplex discrimen . Primo enim aequavimus annos So
 lares cum Lunaribus , & cum Helio-Draconticis : non
 enim est idem reddi Eclipses in fine Periodi , & ha
 bere illas aequationes ; cum veraque careat , v. g. Cy
 clus Metonicus , licet restituat aliquam Eclipsem . Se
 condò : Non solum indicavimus ; sed etiam posuimus
 fundamenta ex legibus Harmoniae , ex Variorum Ta
 bulis , &c. Tertiò : Nec tantum diem ; sed & horam
 ac minuta tempore medio , unà cum distantiâ Solis a
 Nodo Lunari . Quartò : Nec affirmavimus solummodò ,
 verum etiam multipliciter demonstravimus , ostensâ
 connexione cum aliis Cyclis . Quintò : Deditus exem
 plorum terminos non modò in Saculis barbaris , in
 quibus nutat historiae fides ; verum etiam ante Æram
 Christianam ex Observationibus Hipparchi in Ægy
 pto , & Chaldaeorum Babylone . Sextò : Per pluri
 mos ordines multiplicavimus , donec e terminis Ecli
 pticis post centum & plura saecula egrediatur . Se
 ptimò : Notavimus non posse reddere initio secundi
 Ordinis Eclipses aquales , quia Luna reperitur in di
 verso loco suae orbitae ultra 40 gradus anomaliae .
 Ottavo : Nec solum valet ad emendanda ~~tempora~~ in
 historiâ male consignata ; sed etiam multiplices alias
 utilitates in Corollaris ostendimus . Haec , & alia id
 genus , sufficiunt ut periodum 522 annorum Juliano
 rum nostram appellare pergamus : praesertim cum si
 multaneus duorum conspectus non impedit quod mi
 nus

nus dum alter maneat in suâ navi e longinquo , alter
in novum littus descendat , ejusque opibus potiatur .
Quod si quis sive Primam ex Majoribus Periodis ali-
quâ ex parte (neque enim solus numerus annor . Jul.
521 compleat primam lineam in nostrâ Tab . X Nume-
ricâ , sed ponitur simul aequatio annorum Lunarium ,
& distantia Helio-Draconica in fiae utrorumque ,
ut pateat progressus in sequentes Ordines) sive aliud
quidpiam ex iis quae afferimus prior prospexit pro-
betur , non refragabimur : quando enim aliquid pro-
tulimus veluti *novum* aut *impensum* , aut post datur
nam amissionem *repertum* , eo tantum sensu intelligen-
dum , ut illud a *Nobis* non sit ex aliorum lectione ac-
quisitum , sed unicè accepum ab Eo (^a) , qui docet be-
minem *Scientiam* , & quidem juxta ordinarias leges non
sine diligenti inquisitione ,

(a) Psalm . XCIII . 10 .



SCIENTIÆ ECLIPSIVM

COMMERCIO SINARUM
ILLUSTRATÆ

P A R S Q U A R T A.

ORDO DOCTRINÆ DE QUIBUSVIS ECLIPSIBUS

PRÆDICENDIS, REPRÆSENTANDIS, OBSERVANDIS,

A U C T U S P R A E S E R T I M

PRO PERIODICA EARUMDEM
HARMONIA

NOVIS TABULIS ASTRONOMICIS
P. MELCHIORIS A BRIGA
E SOCIE TATE JESU,



L U C Æ. MDCCXLVII.

Typis Salvatoris, & Jo. Dominici Marescandoli.
Superiorum Facultate.

INDEX CAPITUM

www.libtool.com.cn QUARTÆ PARTIS.

INVESTIGATIO TERTIA.

Ordo Doctrinæ

De quibusvis Eclipsibus calculandis, Opticè repræsentandis,
& observandis.

- CAPUT I.** *O*rdo præliminaris judicandi de Astronomicæ Eclipsium Constructionis Origine, Perfectione, Veritate.
- II. Ejusdem Recentioris Theoræ, ac Praxis Vetera Fundamenta, sive consensus novæ, & antique de Eclipsibus Doctrinæ.
- III. Ordo prædicendi, sive de Calculi ad Eclipsium Constructionem prævii regulis, ordinazione, & abbreviatione.
- IV. Ordo Typos Construendi, sive superioris calculi exemplum, Fundamenta, & usus in determinatione Eclipsium, earumque Opticâ Repræsentatione.
- V. Diversa Geometricæ Praxis subsidia, ejusque Concordia cum duplii contraria hypothesi.
- VI. Concordia Mechanicæ, sive Organicum triplicis Sphaerae subisdium pro Eclipsibus, ubi & de peculiaribus instrumentis ad illas prædicendas.
- VII. Ordo Observandi defectus Luminarium, Mercurii, & Veneris, ubi de istius maculis, & utriusque transitu per apparentem Solis Discum cum novâ Tabula Selenographicâ.
- VIII. De observandis occultationibus Martis, Jovis, Saturni, & utriusque Satellitum, Cometarum, atque Stellarum Inerrantium.
- IX. Ordo utendi Eclipsibus in Geographicis.
- X. Usus Eclipsium in Moralibus, & in Christianâ Institutione.
- Novæ Tabule Astronomicae pro Periodica Eclipsium Harmonia.

IN-



INVESTIGATIO TERTIA
ORDO DOCTRINÆ
DE ECLIPSIBUS

Opticè repræsentandis, prædicendis, observandis.

C A P U T P R I M U M.

*Astronomica Eclipseum Constructionis
Recognitio, Origo, Perfectio,
Veritas.*

S. I. Opticæ Eclipseum Projectionis Scopus, Utilitas, Inventores: humanum ingenium quantum in his admirabile.



Rdo Eclipseum non tantum in Naturâ suâ, variisque periodis spectari potest, verum etiam in Doctrinâ investigari, atque ubi opus sit, iniiri meretur. Et sane postquam Clarissimis Viris priorem dedimus locum, tum edito Tractatu de Geometricâ, sive Opticâ Ecliptici Typi projectione non minus in Theoria, quam in praxi ad integratatem ab Amico Viro perductâ, tum in Sinicis Eclipseum ^(a) nostri temporis Observationibus unâ cum

A 2 Euro-

(a) Plures exspectantur a R. P. Nicolo Giunprimo edenda.

Europæ consensu, ratio suadet, visu per alias Investigationes Naturæ exemplari in Cœlo, etiam imaginem in Doctrinâ præsertim Sinicorum munerum recognoscere, subsidiis munire, viamque ad illam planiorem aperire. Quemadmodum enim Novæ Urbis mœnibus optimè jam constitutis, licet tam ad præsidium, quam ad ornamentum externa munimenta adjicere, interiorem domorum seriem exornare, cuncta, quæ aliunde advehuntur aptè disponere; ita in re nostrâ, in quâ Lector Astronomicis prælectionibus non leviter imbutus a laudatis Auctoribus supponitur; operæ premium erit methodum observandi Eclipses, easque in varios usus deducendi tradere, perpetuam elementorum coordinationem (ne Tiro ex interruptione turbetur) ab infimo ad supremum contexere, Recentiorumque Astronomicarum Constructionum concordiam cum antiquitate, & veritate monstrare: ne quid majoris momenti ad plenam totius materiæ Harmoniam in iis præsertim, quæ ad eruditionem pertinent, deesse videatur. *Astronomica Eclipsum Constructiones*, ut passim consueverunt appellari, habent pro scopo præcipuo, oculis in Typo subjicere apparentem Solis defectum tamquam verum Telluris deliquium, quale conspiceretur a spectatore in axe illuminationis in eâ altitudine in quâ pro dato suz conjunctionis tempore Luna distat a Terrâ, cuius delineationis subsidio sine molestiâ calculi parallaxium, initium, summa, finis Eclipsum, duratio absoluta, qualitas, quantitas, & phases universæ ubicumque Terrarum videri queunt uno intuitu, & facili reductione dignoscuntur; ac per regulam, & *Circinum tantâ certitudine definitur* (^a) quanta alias ex operofissimâ computatione expectari possit. Quod sane inventum maximè ostendit, quo Deo Auspice progredi possit humanum ingenium, ut vix aliud in Europæ magis admirentur Orientis Sapientes.

(a) *Eustachius Manfredi L. I.*, *Introduct. ad Ephemeridas n. LV.*

tes. Sed & Romani, quibus familiaria erant Orbis miracula, nihil aliud magis sunt admirati, quam Astronomorum ingenium in prædicendis Eclipsibus, atque in veteri Schemate exhibendis, quos propterea vocare consueverunt (^a): *Consiliorum Naturæ participes, Viros ingentes supra mortalium naturam, Cœli Interpretes, &c.* certissimè enim annunciant, quæ in Cœlo ventura sunt, & in Naturâ locum obtinent remotissimum, quando plerique Naturalium studiorum Scientiores in suis hypothesis, aliquaque humanæ imaginationis negotiationibus tanquam fluctibus incerti vel hærent, vel jactantur. Quod autem post nova quoque Constructionum inventa non desinat hæc pars Astronomiz apud Cultiores Europæ Nationes in admiratione esse, testes sunt ipsi Recentiores Magistri omni exceptione majores etiam ex nostris: *Ricciol.* Lib. V, *Almagesti* sic inchoat: *Jam tenebras Eclipsum ingrediuntur, quibus tamen in toto Astronomia Theatro nihil est illustrius, nihil pra illarum contemplatione sublimius.* Cap. vero 2, præter multiplicem Eclipsum utilitatem, per quas tanquam per Scalas in Cœlum descendimus (en cur in Academiis pergant ab ipsis Astronomiz Praesidibus observari, ut scilicet hæc scala per proximiores nostri saeculi gradus exactius continuetur) nulla res artificium majus expassularat quam Eclipsum exacta prædictione; idcirco earum scientiam per se experendam tanquam Divini ingenii in iis ordinandas, & humani ingenii in iis perscrutandis argumentum luculentissimum. Tacquet in Praefatione Lib. IV, *Astron.* Opus Astronomia præcipuum est defelluum Solis, & Luna prædictione, ex quo sua potissimum huic Scientie apud homines constat admiratio, & fides: subtile negotium, & obscurum, sed, &c. Inter exterios David Gregorius Astron. Lib. IV, §. 7, ait: *Eclipses Luninarium Phænomena sunt inter cœlestia admodum conspicuæ.*

(^a) *Plinius Natur. Histor.* II. 12. | hibeat hanc admirationem, vide
Quo sensu Divus Augustinus co-

spicula, quarum contemplationi, causarum investigatio-
ni, & calculo plurimū [imd ipsos ferè Natales] de-
bet Astronomia, &c. Primam Novae Methodi inven-
www.libtooi.com.cn
tionem (primis enim suus servandus honos) Keplero^(a)
deberi fatetur P. Simonelli in sua Prefatione innuens
se de hoc plura dicturum, si aliam haberet notitiam;
in illā autem Europaeorum Librorum inopiat allega-
vit De Chales, cui consentiunt^(b) aliarum Gentium
Mathematici (generalem tamen ideam a nostro Schei-
nzero jam antea preeconceptam, & vulgatam in funda-
mentis Gnomonicae^(c) veritas fateri cogit): usum, &
perfectionem non pauci tribuunt^(d) Jo. Dom. Cassino a
quo primum hujus Orthographicæ Projectionis speci-
men vulgatum Bononiae in Eclipsi diei 30 Martii an.
1661 testatur D. Eustachius Manfredi, postquam in
priori Introductione retulerat ab eodem Cassino pu-
blicis Typis editum, & in Tabulam Geographicam re-
latum, aliud in R. Sc. Academiâ Parisiensi occasione
Eclipsis anni 1699, die 23 Septembri, ut in Actis,
seu memoriis illius anni refertur. Nihilominus in par-
tem hujus inventi adsciscunt Angli^(e) Wrenium, Flam-
stedium, & Wallisium. Keill quoque novam metho-
dum se addidisse gloriatur delineandi Solis Eclipses pro-
dato peculiari loco, quam libenter amplecti video cz-
teros qui consequuntur. Galli adjungunt Ismaëlem
Bullialdum Astronomiz Philolaicae L. IV, c. 4, sed
præ caeteris P. Courzier Soc. Jesu in egregio opusculo
post diuturnas, & varias manuscripti recognitiones
edito

(a) P. Simonelli in sua Prefatione;
 videatur Keplerus Epit. Astr. pag.
 874, posteror autem Libros
 Epitomes ediderat ann. 1622, &
 in Tabulis Rudolph. c. 32, præ-
 cepto 158, editis 1617.

(b) Riccioli. Almag. L. V, cap. 12.
 Tacquet. Astron. prop. 49. Da-
 vid Greg. Astron. L. IV, prop.
 48. Manfredi loco citato.

(c) Ubi traditur Novus modus de-

scribendi lineas Ellipticas cæ-
 teraque opticas projectiones I. gol-
 fladii 1615, a Christophoro Schei-
 nero Soc. Jesu.

(d) Eustachius Manfredi in Epistola
 ad Lectorem ante novissimas E-
 phemer. & Lib. I, Introd. n. 55.

(e) Wiffson. prælect. Astron. Lect.
 14, pag. 159.
 Keill. Introduc. ad Astron. Lect.
 14, edition. Oxon. 1718.

edito an. 1663; atque hic censetur primus liber, in quo Gallia viderit publicè ostensas lineas in Eclipsi Terrestri ab umbrâ, seu penumbrâ Lunaris descriptas. Successere Clarissimi Viri *Philippus de la Hire*, & *Jacobus Cассини* in usu suarum Tabularum, aliisque illustres Academicci. Belgae proferunt *Tacquet Astron.* L. IV, cap. 5, &c. Itali *Reinerium* in Tabulis Medicis parte 2 in praeceptis Eclipsi. *Ricciolum Lib. V, Almag. c. 12*; fusi s idem argumentum illustrantem: praeter laudatos Clarissimos viros *Cassinium Seniorem*, & *Eustachium Manfredi*, qui sub finem libri I, Introductionis in suas Ephemeridas modum docuit Solarium Eclipsi phases per universam Tellurem ex ejus obscurationis Typo aliunde descripto (plures autem ejusmodi Typos, & delineationes in sequentibus Tomis inseruit) deducendi. Artem tamen eosdem Typos ex integro construendi non vulgavit. Nihilominus artificium cum duo ex nostris Mathematicae Professoribus. *P. Nicetus Grammatici* in Ingolstadiensi, & *P. Horatius Burgundius* in Romani Collegii Universitate indagassent, antequam an. 1740 Cassinianae Tabulae prodirent, publici juris fecere; alter quidem in Novâ Methodo repraesentandi, & Geometricè delineandi Solis, & Lunae Eclipses usque ad ann. 1750 absque calculo ope regulæ, & Circimi edita Friburgi 1720; alter verò in Romanis Thesibus anni 1724, quibus Astronomicarum Constructionum Theoriam, & praxim breviter explicavit, solidèque demonstravit.

§. II. Ulterior perfectio novæ methodo in Sinis acquista. Solutio difficultatum contra Recentiorum viam a Cel. Astr. Dav. Greg. propositarum. Exemplo Telescopii ostenditur minimè præjudicare optimo invento, quod aliquandiù non fuerit in usu.

Harum Thesium exemplum cum Adm. R. P. *Simonelli* Soc. J. Maceratensis in Sinis degens accepisset^(a), eo

(a) Auctoris sui nomine a Nobis] cepit in Sinis P. Simonelli ante transmissum exemplum non ac- an. 1729.

eo viso fassus est, se incitatum ad pleniores, uberiorumque explicationem (quando persecutionis tempore a sacris ministeriis interdum vacare cogeretur) elucubrandam, quā nonnihil diversā methodo, Organicē, Geometricē, Trigonometricē res ad ulteriorem, perfectionem proveheretur; eò autem perduxit (^a), ut satisfactum videatur Ricciolii voto (^b), qui *ingeniosam banc inquisitionem, & utilem, & consuetā Solarium Eclipsum computandarum methodo faciliorē, & alteriori cultura dignam propter fecunditatem Theoremata, quae in gremio continet, judicaverat*: Nam quae sunt, rogo, in novā methodo difficultates, propter quas Clariss. *David Gregorius* ad antiquam viam, sive Hipparchi, sive Ptolemaei deflechteret quā longam & ex parte fallacem depræhenderunt alii cum P. *Simonelli* in Scholio Propos. 23? Illas opinor, quas perstrinxit in Propositione XLVIII, Libri Quarti suae Astronomiae (silentibus caeteris liceat nobis respondere, ne ex Celeb. viri auctoritate fiat bonae causae præjudicium) primū, quod id fiat modo minūs Geometrico, cūque calculus Trigonometricus vix inadficari posset. At hic videret, si viveret, Geometricam non modo subtilitatem, & exquisitam diligentiam adhibitam, sed etiam calculum Trigonometricum nullo negotio superstructum, ut non sit in eā parte allaborandum, dum relictas spicas præsertim circa eruditionem colligimus. Displicebat illi secundō, quod res minūs naturali procedat viā, & paulo longior videatur. At quid connaturaliūs, quā considerare, ut Eclipsum Terrae, ubi in defectu Sol ipse non privatur luce, sed Tellus ejus radiis orbatur? Quod fundamentum totius aedificii Veterum Sapientioribus notissimum capite sequenti ostendemus. Quid verò compendiosius, quā sublati calculus Parallaxis non Horizontalis, Longitudinis, Latitudo-

(a) In ultimo exemplari ad nos dicto anno 1738, quale editum fuit in prima Parte hujus Operis.

(b) Ricciol. Almag. L. V, cap. 12, numero 2.

Latitudinis, Declinationis, Ascensionis Rectæ, Altitudinis ad singula ferè momenta variabilis substituere, unicum Typum pro innumeris aliis, quæ condit possent, figuris pro quolibet loco, ex quo Eclipsi sit conspicienda? Totum ipsum Tractatum nemo non videt esse brevissimum, etsi integrum fermè verset materiem, breviorem sanè multis aliis, artem prædicendi Eclipses quomodocumque tradentibus. An brevius perfici possint ea, quæ in apparatu prærequiruntur, videbitur inferius: ea certè criminis verti non possunt, quamdiù sunt tam methodo Veterum, quam Recentiorum communia. Causabatur Tertiò idem celebris Astronomus, quodd Keplerus, qui certè inventi sui vires, limitesque satis noverat, in Rudolphinis Tabulis alteri institerit viæ a Ptolemæo Lib. VI Magnæ Syn-taxis indicatæ. Hoc verò quid est aliud, quam quodd Keplerus currum excogitarit, sed non usus sit, quando aut nondum erat constructus, aut nondum absolutus? Exemplum satis perspicuum habemus in Telescopio, de quo Keplerus ipse (^a) in Dissertatione cum Nuncio fidereo: *Nec nuper a Belgis proditis, sed tot jam annis antea proditum a Joanne Baptista Portâ (Neapolitano) Magia Naturalis L. XVII, cap. 10.* Tum conferre jubet quæ ipsem et scripsisset in Astronomiâ Opticâ (editâ Francofurti anno 1604) pag. 102, ubi similiter exhibet duorum vitrorum combinationem; alterum nempe utrinque convexum, alterum oculare concavum, quæ fuit prima forma Tubi Optici. Quamvis itaque Keplerus nosset Telescopium jampridem in Italiâ inventum, illudque sciret longè utilissimum ad augendam speciem, & claritatem objectorum præser-tim longè positorum, & jam post sepius editum Portæ librum quidam Artifex Belga (^b), sive is fuerit Zachearias Hansen, sive Joannes Lippestein, sive Jacobus

B

Me-

(a) *Keplerus in Dissert. cum Nuncio | cem ejusdem Nuncii.*

Sider. pag. 2, edit. Florent. 1610	(b) <i>Hugenius vult fuisse Zelandum</i> apud Joannem Caucum ad cal- circa annum 1609.
------------------------------------	---

Metius (^a), ut plerique volunt, breviori formâ in usum dederet; tamen hanc laudem reliquit *Galileo*, ut primus (saltem Italorum; non enim est nostrum decidere lites, quas habuit cum *Simone Mario* circa Jovis Satellites, aut cum nostro *Scheiner* circa maculas Solis, de quibus videri potest ex qua *Gassendi* (^b) compositio) longiore Tubum, audito, non viso, ut ipsem refert (^c) Opificis Belgz artefacto, construi juberet, atque in Cœlestia corpora dirigeret: unde paulò post summâ cum felicitate emisit Nuncium Sidereum, ejusque continuationem, ac verius reddidit illud Astronomorum elogium (^d): *Admodum oculis distantia sidera nostris*. Patet igitur optimum cæterum inventum, & ab omnibus approbatum aliquando posse inter eruditos latere, nec illi quidquam prejudicare, quod non statim in usum fuerit deducum.

S. III. Eorum, que in Astronomicis Constructionibus præsupponuntur, Veritas in sensu physico, & quod sensum. Oculus in axe illuminationis; aut in axe Telluris, & in quâ altitudine, num en Sole. An ex figurâ Terra vel Sphaericâ, vel Spheroide varietur quantitas Eclipsis, & Typi descriptio, Solis parallaxis subtracta, quantum minuat semidiametrum Disci Terrestris. Motus equabilis durante Eclipse, & Sectio recta Cons unbroſi. Correctio penumbrae Lunaris exactior, & Eclipticæ declinatio.

Prima novæ Methodi suppositio est, ut oculus intelligatur constitutus in linea rectâ conjugente centrum Solis, ac Terræ, sive in axe illuminationis Terrestris in eâ altitudine, in quâ centrum Lunæ inventum tempore Ecliptici Novilunii. Huic communi fundamento repugnare in speciem videtur Cl. Eustachius

(a) Vide *Wolfium Dioptricæ* n. 318, | ve Operum novæ edit, Tom. II. edit. 1715.

(b) *Gassendus*, *Physica* §. II, L. 2, | (d) *Ovidius*, I Fastorum sub initio pag. 553.

(c) *Galileus*, *Nunc. Sid.* pag. 2, si-

ebius Manfredi (^a), ubi ait: *in hac methodo consideratur Tellus tanquam a Solis centro visa tempore vera conjunctionis, ejusque projectio in Lunarem spharam transfertur; nimis intelligit radios a Solis centro, vel potius a visibili Disci Solaris umbilico prodeuntes, qui perstricto corpore Lunæ terminentur ad circumferentiam Telluris: hanc enim constituit in superficie Orbis Lunaris, cujus centrum sit centrum Lunæ, semidiameter distantia ejusdem a centro Terræ. Posset etiam ita exponi, ut oculus quamvis in distantia 60 fermè semidiametrorum Terrestrium, opticè referetur ad Solem, si ex centro Terræ spectaretur. Neque enim hic horrendum verborum cortici; tum quia non desunt qui censem (^b), *Telluris semidiametrum e Sole visam sub angulo prorsus imperceptibili, seu qui oculis distinguere nequit apparere, & tanquam punctum indivisible;* tum quia pro ratione parallaxis Solaris in Terrâ visae, vel 6° vel 10°, vel ad summum 14° secundorum appareret. Tota vero Telluris diameter e Sole conspecta *Cassio Seniori* ponitur 18° vel 19°: *Davidi Gregorio* (^c) 24°, adeoque impar ad representandam sensibilem projectionem Eclipsis Terrestris, quae cum sit lucis Solaris privatio, e Sole nullatenus conspiceretur, ex quo tantum videretur pars illuminata; ergo ad videndam Eclipsem Terrestrem, ortam ex interpositione Lunae, non debet oculus in Sole collocari, sed circa altitudinem Lunae. Quid si quis variare velit oculi positionem, potest aliam eligere, traditam a R. P. Nicafio Grammatici, in axe Telluris productio (non tamen ultra Lunam) ad evitandas mutationes curvitatis in lineis projectionis; sed quando umbra fecat Äquatorem oporteret duplum circulum exhibere, ut integra Eclipsi projectio haberetur. Oculum pariter polo Arcticō imminentem constituit D.*

B 2

Ja.

(a) *Manfr. Introduct. ad Ephemer.* | (b) *Keill Astron. Lect. XI, pag. 127.*
Lib. I, precepto LV. Confer P. | (c) *David Greg. Astronom. L. VI,*
Simonelli in Coroll. I, Prop. s. Peopos. I.

Ja. Matsb. *Hafus* in *Explic. Tabb. Ecl. 1715*, addito tertio modo collocandi oculum ab occasu.

Secunda, & communis suppositio est, *Tellurem esse sphaericam*; unde tam ejus Discus in Eclipibus Solaribus, quam ejus umbrae sectio in Lunaribus assumitur figurae ad sensum *circularis*, & non *elliptica* ut nonnulli vellent. Quaeritur an inde irrepat aliquis error sensibilis in Eclipsum calculo, ac Typo. Id aliqui vel concipiunt, vel affirmant cum Cl. Caffino in Actis R. S. A. Paris. 1708, & P. Nicafio Grammatici in Dissertatione de hoc argumento: alii negant cum hodierno Mathematicae in Collegio Romano Lectore, in Dissertatione de nova methodo adhibendi phasium observationes in Lunaribus Eclipibus; ubi advertit errores, qui obrepunt in calculo, vel Typo, aliunde posse provenire, praesertim ex nondum plenè perspectâ Lunae Theoriâ; longèque majores futuros, si figuræ diversitas esset nudo oculo sensibilis, ut volebat Childrans, qui e quibusdam Tychonis, & Kepléri observationibus umbram Terrestrém sub polis oblongam inferebat. Quid si uterque Caffinus (¹⁴) Tellurem oviformem fecerunt aliquando sub polis elevatam; Eques I. Newton ex adverso Princip. L. III, Propos. XIX; & Hugenius de causâ Gravitatis, contendunt sphaeroiden' ad polos depressam, elevatam sub Äquatore; quibus favere videntur Recentiores Observationes; quas tamen alii in aliam causam, vel instrumentorum diversitatem, vel subtilitatem humanâ diligentia majorem refundunt. Huc perductam Quæstionem accipio, quando in Americam profecti Geographi experientissimi ad dimetiendos gradus Terrestris ex repertis mensuris, statuunt axem Telluris ad axem aequatoris Terrestris esse ut 174 ad 175: novissime vero alii Academicici doctissimi, antequam illorum observationes accepissent in Sveciam advenientes, regulerunt se invenisse easdem diametros, ut 177 ad 178;

qua-

(14) Caffin. in Commentac. R. S. Ac. 1713, & alibi.

quare omissâ hac hypothesi, ostendo sensibilem differentiam non induci sive in calculum Astronomicum, sive in Ecliptici Typi constructionem. Ac primò loquamur de *Eclipti Solari*.

Quoniam *maxima* parallaxis horizontalis Lunae in Cassinianis Tabulis est $62', 11''$, abjectis istis $11''$ pro parallaxi Solari detrahendâ, remanet radius Disci Terrestris $62'$: diameter Disci, quando est *maxima* $124'$, id est $7440''$. Fiat ut diameter Äquatoris 178 ad Axem 177 , ita $7\ 4\ 4\ 0$ ad quartum terminum hic erit $7398''$.

		1 7 7
	5 2 0	8 0
	5 2 0	8 0
	7 4 4	0
<hr/>		
	1 3 1	6 8 8 0
per	1 7 8	($7398 \frac{15}{17}$)
	7 0 8	
	5 3 4	
<hr/>		
	1 7 4	8
	1 6 0	2
<hr/>		
	1 4 6	0
	1 4 2	4
<hr/>		
		3 6

Differentia ergo, quâ in hoc primo casu diameter äquatoris in Disci projectione excederet axem, minor est quâm $42''$; adeoque semidiameter Äquatoris semiaxem vix $21''$ superaret, quae tam in Calculo, quâm in formatione Typi non inducunt diversitatem notabilem (^a); imo in ipsâ immediatâ oculari inspectione si duo, aut plures Observatores cae-

teroquin diligentissimi, & experientissimi quantitatem phasis metiantur, plerumque non minus dissidebunt. Radius Disci, quando est *maximus*, e Cassinian. Tabb. prodit $54', 23''$, sive $3363''$, adeoque diameter Äquatoris $6726''$: tunc erit, ut 178 ad 177 , ita 6726 ad $6699 \frac{15}{17}''$: totalis differentia vix est $27''$: Excessus radii

(a) Amicus Vir exceptum vellet casum defectus Solaris centralis, vel quasi centralis.

dii supra semiaxem $13^{\circ}\frac{1}{2}$, quae nec essent facilè sensibilia, si semidiameter penumbrae ferè tota extra Discum perstringeret alterutrum polum Terrestrem; quanto minus sensibilis, ubi apparetens centri Lunaris semita cadit intra Discum, & minus distat ab Äquatore, quam polus? tunc enim radius ductus a centro Disci ad punctum initii, vel finis Eclipsis in Di-
sco, minus differret a radio Äquatoris.

In *Eclipibus Lunaribus* idem evincitur; nam penumbra Terrestris e Cassin. Tabb. quando est *maxima*, habet pro semidiametro $47^{\circ} 11'$: pro diametro gr. $1, 34', 22''$, idest $5662''$, erit in eo casu ut 178 ad 177 , ita $5662''$, ad $5630''$ cum differentia totali vix $32''$ inter diametros, sive $16''$ inter semidiametros. Quia verò Luna habet motum tardissimum, quando est circa suum apogaeum, ut deliquum duret ad 4 horas, quamvis semidiameter umbrae Terrestris tunc sit *minima*, idest $38', 25''$, adeoque diameter gr. $1, 26', 50''$, seu $4610''$, si fiat ut 178 ad 177 , ita

$$\begin{array}{r}
 4610 \\
 177 \\
 \hline
 32270 \\
 32270 \\
 \hline
 4610 \\
 \hline
 815970 \\
 \text{per } 178 \\
 \hline
 712 \\
 \hline
 1039 \\
 890 \\
 \hline
 1497 \\
 1424 \\
 \hline
 730 \\
 712 \\
 \hline
 18
 \end{array}
 \quad (4584 \frac{18}{77})$$

ad quartum proportionis terminum, erit hic $4584 \frac{18}{77}$. Differentia inter diametros vix est $26''$; inter semidiametros vix $13''$, adeoque incapax, ut inducat errorem sensibilem, sive in calculo, sive in scheme, praesertim in *Eclipibus* totalibus centralibus, in quibus apparetens Lunae semita longius distat a polis, & magis accedit ad Äquatorem. Quid si Eclipsum observatio-nes consulantur, nunquid in illis diameter Äqua-

Aequatoris Terrestris apparet sensibiliter major, quām axis? Nequaquam: nam si aliqua observatio illi hypothesi favere videtur, aliae sunt contrariae (ut ex hoc titulo nihil pro alterutrā eruatur; sic in Eclipsi Lunari anni 1736 propè aequinoctium autumnale nocte sequente diem 19 Septembbris Luna secuit umbram Terrestrem propè planum Aequatoris. Duratio deliquii, supposita Umbrā circulari, juxta Tabulas Hiraeinas promittebatur a P. Feytens hor. 4, 1', 18": juxta Cassinianas a D. Manfr. hor. 3, 58'. Si prope Aequatorem diameter esset major ad sensum, debuisset Eclipseis diutius perdurare, quām promittebatur ex istis Tabulis accuratiōribus; & tamen fuit brevior, quia Cl. Marcio Polenus observavit Patavii durationem illius Eclipseis hor. 3, 54', 58". Cæterum nec veritati, nec humanz industriae præjudicant verz caeteroquin anomaliae, quae contemni solent, quod vel non cadant sub sensum, vel non turbent operationem Astronomicam. Sic radii Solis centrales utrinque Telluris Discum tangentēs, habentur physicè pro parallelis^(a), quia in tanta distantiâ, si qua est diversitas, ea in consideratione physicâ evanescit. Pariter in formando Disco Terrestri, ejus semidiameter exactior deberet fieri aequalis parallaxi Lunae horizontali, subtractâ parrallaxi Solari: alioquin ejus radius centralis non posset exactè considerari, ut eidem Disco perpendicularis; sed quia Solis ferè nulla *parallaxis sensibilis*^(b) cum Hirero sit 6", Cassino 10" certè minor 15"; id circò in construendo Astronomico Typo unius palmi, vel pedis, vix potest attendi: quod si inter alias sententias aliquando refertur parallaxis 30' Ricciolii, & haec in aliquibus operationib⁹ evanescit, a fortiori supradictae tantò minores. Hęc mens Recentiorum. Motus quoque Luminarium, durante Eclipsei, vulgo assumitur aequalis, cùm plerumque sit inaequalis

(a) Keill, Lett. XI, pag. 117.

(b) Keill, Lett. XIV, pag. 178.

lis in fine ab eo, qui fuerat initio propter diversam distantiam ab apogeo. Similiter in ordine ad huma-
www.HOODCOLLECTION.COM
 nos sensus, sectio coni penumbræ, quam facit Luna, vel ejus projectio, consideratur ac si esset circularis: transitus vero centri per curvam visus ex Terris in tam brevi spatio, ac si esset linea recta.

Tertiè. Major difficultas suboriri posset *ex penumbræ Lunaris semidiametro*, quæ cum componatur ex aggregato horizontalium semidiametrorum Solis, & Lunæ; Lunæ autem augeatur pro ratione altitudinis supra horizontem propter majorem viciniam Spectatoris, & minorem parallaxim, qui velit illius penumbræ semidiametrum exactiore, subtrahere debet incrementum apparentis semidiametri Lunæ in eâ altitudine, quam habuerit Luna in dato tempore supra horizontem loci. Incrementum illud ex Tabula XXIII Cassin., ubi est maximum, & Luna perigea in vertice loci, ut in Zona Torridâ, pervenire potest ad 18"; in altitudine 51 grad. sicut inter 11", & 15". In altitudine 30 grad. non excedit 7", vel 9" in altitudine 12 gr. restringitur ad 3", vel 4". In idem recedit correctio, si horizontalis Lunæ semidiameter ponetur durante Eclipse non variari, & a semidiametro Solis tantum detraheretur, quantum deberet augeri Lunæ semidiameter in datâ horâ (a). Hæc vide- runt doctissimi Viri; nihilominus in praxi, sive in actuali Typi constructione aliquando talem subtilitatem se non curasse declarant (b), ut præstitit uterque Cassinus in Typo Solaris Eclipsei 1706, die 12 Maii. Cassinianam methodum sese profitetur sequi Cl. Es- thach. Manfredi (c), & tamen palam protestatur: Incrementum quoque Lunæ semidiametri, quod pro di- ver-

(a) *Jac. Cassin. Usus Tabb. cap. 9.* pag. 55.

(b) Idem ibidem, cap. XI, pag. 73. Confer Obs. Solar. defect. d. 3 Jun. 1742, relatam in II Parte.

(c) *Manfr. Introd. ad Ephemer. n. LV*, qui in Gnomone S. Petronii multa habet de mutatione Eclipticæ.

versa Luna a vertice distantia observatur, negletum est, ejusque semidiameter horizontalis perpetuo in singularis curvarum lipunctis definiendis usurpata. In deliquiis Lunaribus minor sollicitudo, quia quod magis Luna supra horizontem attollitur, elevatur etiam conus umbræ Terrestris, ejusque sectio appareat major. Summa varietas ex dictis extenditur paulo ultra semiminutum, quia haec est pars semidiametri Lunaris apparentis; & Luna in vertice, ut in Aethiopiam propior est Spectatori, quam in horizonte tota semidiametro Terrestri, quæ est ferè $\frac{1}{6}$ distantia Lunaris a centro Terræ.

Quarto. In Tabulâ Angulorum in Disco Telluris axium Äquatoris, & Eclipticæ, quæ eodem artificio, licet inverso ordine, construitur ac *Tabula Declinationis Eclipticae*, nullus jure difficultatem movere potest, quando non solum diligentissimi artifices ^(a), sed etiam severiores Geometrz ^(b) tam in operationibus Sciotoricorum Horologiorum, quam in Eclipsum constructione procedunt in eadem hypothesi ac si Ecliptica declinaret ab Äquatore gr. 23, 30, cum tamen sciant ulteriorem præcisionem a Recentioribus requiri, quam hic velut supervacaneam non attendunt. Quod si quis visus sit minutorum secundorum etiam in hac parte rationem habere (Illustriss. Blanchinus, in Solutione Problematis Paschalis, exhibet Tabulam Declinationis Eclipticæ ad obliquitatem grad. 23, 28', 35", cum differentia etiam in minutis tertiiis) non fuit quod speraret tantam subtilitatem in Eclipsum delineatione, sed solum ne in prædictâ Tabulâ fierent saltus inconcinni, præbere voluit specimen calculi diligentis ^(c). In hypothesi maxima obliquitatis Eclipticae 23 $\frac{1}{2}$ grad.; sed cur illam hypothesim elegit, in quâ exemplum calculi præberet? an quia in or-

C dine

(a) *Bian, Instrum. de Mathematique*. (c) *P. Simonelli* in sua propos. 3,
L. VIII, c. 3. C. Eclips.

(b) *Keil., Lett. XIII.*, pag. 156.

dine ad intentum finem est commodissima? an quia censuit non attendendum vetustioribus hypothesibus,
 www.LibrairieDigitale.net
 quarum incertæ observationes? nec assumpsit ullam ex Recentioribus (^a), qui angulum illum quotannis variabilem supponunt. An quia non desunt, qui periodum statuant ejusdem obliquitatis (^b), ut tandem ad antiquam sedem sit redditura? aliis etiam hoc sculo (^c) propugnantibus in Regiis Scientiarum Academiis invariatam, & constantem inclinationem; quibus favere videntur Hieroglyphica Ægyptiorum, qui Tropicorum Custodes veluti, in pavimento sedentes, monstrant ad denotandum stabilem eorum firmitatem. Quid si reipsa est variabilis, ut probant diligentiores Recentiorum observationes, facilius est Tabulæ levem aliquam correctiunculam adhibere, ceteroquin in Eclipsum Constructione non necessariam, quam nare sine cortice. In Tab. LXVII, Cassinian. ad obliquitatem Eclipticæ gr. 23, 29^o, anni 1670, additur angulus Eclipticæ cum Meridiano, & cum variatione unius Scculi; quæ quando est maxima in Æquinoctiis, ponitur post 100 annos unius minuti. Vide nostram Tab. XIV, pro triplici Obliquitatis hypothesi, seu varietate.

CA-

(a) Hinc sub init. hujus seculi inventum gr. 23, 29^o. Manfredi, an. 1714 observavit gr. 23, 28^o, 35^o. Eq. Dr. Louville, an. 1719 comprehendit gr. 23, 28^o, 24^o. Vid. Act. Eccl. 1729, M. Jul.

(b) V. Ricciol. Almag. L. III, c. 27. (c) Vid. C. Huart in Præfat. ad novam edit. Astron. Davidis Greg. & Hist. R. S. A. 1708, p. 115.

C A P U T II.

www.libtool.com.cn

*Eiusdem Recentioris Theoria, ac Praxis vetera fundamenta, sive consensus nova,
Et antiqua de Eclipsibus Doctrine.*

S. IV. Veram causam Eclipsum utriusque Luminaris non ignoramus *Ægyptiis, & Graecorum, Latinorumque Sapientioribus*. Fundamentalē Recentiorum suppositionem, quod apparet Solis defectus sit vera Telluris defectio, esse Thorema ab Antiquis demonstratum, licet ab aliis non sine damno ignoratum. Origo multorum errorum ex hieroglyphicis male intellectis, qualia sunt Caput, & Cauda Draconis, &c. Variae sententiae circa paciferae Thaletis Eclipsim: Earum crisis & usus; Ejusdem colligatio cum Epochâ Troja incensa, Olympiadum, & U. C. Solis defectio in Siniis visa ab. ant. cr. 776.

Innuimus superius multò magis connaturalem totius ædificii molem apparitaram, si omnibus constet eiusdem Theoriz fundamentum Veterum Sapientioribus innotuisse; etenim *Ægyptii, cæterorum*, ut mox ostendetur, in Astronomicis Magistri, sub velo fabulæ Osiridis in arcâ sepulcrali (vel scaphâ) inclusi, denotarunt in Novilunio quidem, sive in coniunctione Solem a Lunâ occultari, nostroque aspectui intra ejus umbram positis subduci, quin interimatur. In Plenilunio vero, sive in oppositione, quando Luna deficit incidens in umbram Terræ, e qua egressa lumen, & Solis conspectum recuperat (a); quod etiam significabat aliâ Fabulâ Typhonis deglumentis alter-

C 2 rum

(a) Plutarcb. de Isid. & Osir. pag. 407. Aldi. Τὸν ἐκλεπτικὸν αἱ νιγμα, &c. . ὅπερ φασὶ τὸν Οὐραῖον μὲ τὴν σφράγην, &c. & pag. 409. κρίθεσιν ἡλίου, καὶ ἀφανισμένης λάγης οὗδον ἐκδρομαῖ, καὶ ἀφραγί-

μοῖ καὶ (subintellige ἐπιεκτήνες) τυφῶνος. Et pag. 411. Τὸν ὄρον ... ἐξελόν κατέπιεν δὲ τυφῶν τὸν δρόμον, &c. πλήρωσιν δὲ τὴν ἔκλεψιν, &c.

rum Hori oculum (alterum Mundi Luminare), nec multò post Soli restituentis . Hoc erat duplex Aegyptiorum *xnigma* de Eclipsibus , quas *Obumbrations Typhonis, excursiones, occultationesque* appellabant , ab eo scilicet , vel per se , vel per Uxorem Nephthyn causatas . Eorum discipulus *Thales* ^(a) primus Græcos , sive Jonas suos apertè docuit totum Solem deficere , quando *Luna* (hanc dicebant a Sole lumen mutuari , quo privaretur cùm incidit in umbram Telluris) ad perpendiculum subtercurrentes ejus *Disco subjicitur* , idque in speculis ad sensum cerni manifestè (Dixi apertè , forte enim antiquior Endymionis fabula id ipsum obscurius insinuabat ; si enim ad Lunam laborantem referatur , ut docet *Tullius* in primo Tuscul. , eam latere post Latmum Cariz Montem cùm ad consopitum Endymionem tendet , nihil est aliud , quām occultari ab umbra Telluris , quando ad amicum suum Nodum tantū delibandum appropinquat) quam sententiam celebriorem reddidit , si rectè *Plinius* consignavit ^(b) Olympiadis XLVIII , anno 4 , prædicto Solis defectu , qui Halyatte Rege factus est Urbis conditæ 170 , quæ prædictio dum impleretur pax inita inter Medos , & Halyattem Croesi Patrem ; alii siquidem ad aliud tempus referunt de quo paulò post . Quicumque annus eligatur (plures enim defectus verosimile est a Thalete prædictos , quamvis unus tantū fuerit , qui conciliavit Medos cum Lydis) Græcorum Mathematici ^(c) , & illustriores Philosophicarum Scholarum Principes , ut Jonicæ *Thales* , Academicæ *Plato* , Peripateticæ *Aristoteles* , Stoicæ *Zeno* , sive per se cum AEGYPTIORUM Sacerdotibus versati , sive cum Jonibus eorum discipulis , hanc veritatem quasi per manus accepérunt , Luminarium defectus contingere juxta Cœlestes

^(a) Idem de Placit. Phil. Lib. II , c. 24. Τις σελήνης αύρα ὑποτρέχει καὶ κάθετον . . . ὅποτε . . . θεμένη τῷ δίσκῳ , pag. 413 Al-

di . Confer & cap. 28. ^(b) Plinius Nat. Hist. II . 12. ^(c) Plutarch. de Placitis II . 29.

stes motus constantes, & ratos, quando aut Luna interposita nobis eripit aspectum Solis, aut quando interposita Tellure in istius umbram incidit Luna. Quod cùm Anaxagoras^(a), non admodum grandævus in vulgus protulisset, edito scripto de Lunæ obumbratione, (quod primum censetur de hoc argumento publicè prodiisse) ab Atheniensibus conjectus in carcerem, a quo zgrè a Pericle liberatus est. Sed si Areopagitae in Senatu superstitione tenebantur, ne arcana naturæ vulgarentur, quomodo intra sua gymnasia excusari possunt illi Philosophi, qui ex innovandi cupiditate, veteri traditione relictâ, & manifestâ ratione posthabitâ, Auditores variis, infecerunt erroribus, quos in investigando Ordine causarum enumeravimus? Unde factum est, ut Nicias Dux Atheniensium, Perseus Rex Macedonum, aliique anili formidine, & ignoratione veræ causæ correpti integras classes, vel exercitus, vel opes suas amiserint: *In defectibus Stellarum scelera*^(b), *aut mortem aliquam Siderum paventes, in quo metu fuisse Stelebori, & Pindari vatuum sublimia ora palam est in deliquio Solis, & Luna beneficia argente mortalitate, & ob id crepitu diffono auxiliante.* Quem morem in extremo Oriente accepimus usque ad nostram ztatem perdurasse, ortum, ut opinor, ex Aegyptiis in Luminarium obscuratione sib[re]a quotientibus, & Lunæ Orbitam, ab eâque Eclipticam in duobus Nodis intersectam Draconum Hieroglyphico adumbrantibus, quorum caput Nodum Ascendentem, cuncta Nodum Descendentem denotaret: ex quo symbolo male intellecto, juxta vetus infortunium Doctrinæ, symbolicæ manavit apud imperitam turbam etiam in Sinarum Imperio^(c) prava imaginatio Draconis nigras alas sub alterutro Luminarium expandentis; nec desinunt etiam post agnitam veram Causam Mandarini pro veteri gentis ritu incipiente Solis Lunare defectu in aula genufle-

(a) Plintarch. in Niciâ.
(b) Plinius. Nat. Hist. II, 12.

| (c) Bartoli, Cina L. I. p. 58. Du Halde, Desc. de la Chine, T. 2, p. 271.

flectere, & Terram fronte percutere: quo tempore, per totam Urbem auditur ingens tympanorum ac cymbalorum fragor, existimante populo se Planetz laborant fucurrere, ne a Dracone devoretur. In ipsâ nostrâ Italâ inconditos Paganorum clamores (^a) in Lunz deliquiis fieri solitos sustulit demum S. Ambrosius, teste Barozio ad ann. 377. Quod si hzc apud cultas gentes, minus mirandum veram Eclipsum causam tamdiu ignoratam ab Americanis, ut Europzi passim invenient Mulieres in Peruviâ (^b), quz in Solis defectu gemitent, vestes, genasque lacerarent, capillos evelerent, & acutis spinis cujusdam Piscis membra dilaniarent, ad extinguedam scilicet, effuso proprio sanguine, iram, ut putabant, in Cœlo accensam. At Græcorum Mathematici non modò veram causam agnoverunt, sed etiam fundamentale Recentiorum Theorema demonstrarunt, quod apparet Solis obscuratio sit vera Telluris defectio, præsertim ex eo quod eodem tempore aliis mortalibus Solis Discus totus deficiat, aliis dimidiat, aliis pars minor medietate, aliis nullâ ex parte (^c), juxta Climatum diversitatem: Convexitate Globi alia aliis detegente. Romani cum Tullio (^d), palam docebant: Luna cum subiecta, & opposita Solis radios ejus, & lumen obscurat; tum ipsa incidente in umbram Terra, qm est e regione Solis interposita, interjectaque Terra repente deficit. Hinc etiam Seneca inferebat; non est ergo ista Solis defectio, sed duorum siderum coetus cum Lunâ humiliore currens viâ, infrâ ipsam Solem orbem suum, & illum objectu suo abscondit:

(a) Similes clamores D. Augustin. Serm. 215, de Temp. sustulit ab Africana circa an. 418 in Cesarea Mauritanie, Lunam se defensare putantibus a maleficiis.

(b) Segneri, Quæsim. Predic. 36, part. 2.

(c) Geminus, Astron. Elem. cap. 8. κατὰ τὸν ἀλιμάτων διαφορὰν περιβαλλουσι γίγενται περὶ τὸ μέσον.

γίγη τὸν ἐκλαθεών. κατὰ γάρ τὸν αὐτὸν χρόνον οἵς μὲν διάφοροι Κλιστοὶ ἐκλέπουν, οἵς δὲ τὸ θύμαν, οἵς δὲ τὰ ἔλατα τὸ θύμασιν. οἵς δὲ τὴν ἀρχὴν ἔδει μέρος τὸ ίδιον ἐκλεῖσθαι θεοπάτας.

(d) Cicero, de Nat. DD. 46, ubi oppositam dixit pro interpositâ.

(e) Seneca, lib. V., de Benefic. c. 6.

dit: & Plinio erat manifestum, Solem interventu Luna occultari, Lunamque Terra obiectu, ac vices reddi eosdem Solis radios ~~venientibus~~ Luna interpositu suo auferente Terra, Terraque Luna. Optimè itaque cum Macrobius conclu-debant (a): In defectu ergo Sol ipse nibil patitur, sed noster fraudatur aspectus. En Solis Eclipsis Veterum Sapientioribus cognita, immò & demonstrata, tamquam vera Telluris defectio, orta ex opaci Lunæ corporis interpositione, quod est principium, cui innititur tota recentior Theoria.

Reassumamus Thaletis Eclipsem, de quâ dubium erat, an Plinius' anno suo rectè consignarit: plures enim circumferuntur sententiz, quas juvat referre, quod inde pendeat non unam Epocham concordare, & hzc sit prima Græcorum Solaris defectio, ex qua hujus scientiz apud illos antiquitatem demonstrare licet. Anno ante Aeram Christi communem, quod significo per triplex alpha.

a. a. a. 607. Serbas Cabvifius (a. 141 Nabonassaris) ponit Solis deflectionem, quæ Medos a Lydis præpliantibus direxerunt die 30 Jul. hor. 10 matut. At quando umbra medium Telluris Discum secabat, non poterat obtenebrare regiones ad Halyn in confinio di-tionis utriusque gentis, ubi vix apparuit dig. 5 $\frac{1}{2}$.

a. a. a. 603 (Periodi Julianæ 4111) D. Fride-ricus Chr̄istianus Mayerus (b), d. 17 Astron. Maji, seu d. 18 civil. inter horas 9 & 10 matut. statuit totalem juxta Tabulas Rudolphinas. Umbra ex latitud. Bor. 1, 40'. Longit. 23, (occupans in amplitudine 46 mil-laria Germanica; erat enim Sol Apogeus, & Luna Perigea) perrexit versus Nili ostia, tum Cyprum at-tigit, cùm ibidem esset hor. ferè 9; inde per Cappa-dociam, & Ciliciam ad Trapezuntium, cùm ibi nu-merarent hor. ferè 10 $\frac{1}{2}$ (juxta alium calculum tunc attigit litus Asia Minoris propè Cyprum); demum per

(a) Plinius, II. 12.

(b) R. C. Mayerus, apud T. S. B. in

Chronologia Seythica, Tom. III.

Comment. Acad. Petropol. p. 278.

per medium Asiam Oceanum Orientalem ingressa Ter-
ris excessit. Ita *D. F. Mayerus*, qui inito calculo in-
ter an. Period. Jul. 4106, & 4158; hoc est inter 608;
& 556 a. a. a. nullam aliam Eclipsem reperit aptio-
rem ad salvandum, quod ait *Herodotus* L. I conti-
gisse, ut nox in diem quo Marte præpliantibus verte-
retur. At *Petavius*, qui Doctrinæ Temporum L. VIII,
cap. 13, edidit calculum Eclipsum ejusdem tempo-
ris ex Tabulis Parisiensibus, computat, juxta correctio-
nem postea factam, ab horâ 7, 51' ad horam 9, 51'
mat. Sardibus, vel potius ad Halym in latit. grad. 42°
(Sardeis enim ponuntur in latit. grad. $38\frac{1}{2}$) ubi sum-
mam obscurationem non invenit majorem dig. 7, 20'.

a. a. a. 601. *Usserius* in Annalibus ad hunc an-
die 20, sive ut Majerus computat die 19 Septembri.
At hæc defectio umbram projicit supra Euxinum ad
Boream. Vult quidem *Herodotus* Lib. I, pacem il-
lam firmatam sponsione nuptiarum Arienz Filiz Ha-
lyattis cum Astyage; sed *Usserius* fatetur Astyagen ex
aliâ priore uxore procreasse Filiam Mandanem, postea
Matrem Cyri; unde ex Cyri xstate nihil in contra-
rium. Neque ex xstate Darii Medi Filii Assueri (a),
quia aliqui censem hunc Assuerum Fratrem Astyagis.
Potius esset habenda ratio xbatis *Labineti Babylonii*,
qui, ut testatur *Herodotus*, pacem illam conciliavit: si
tamen est idem, ut communiter existimatur, qui po-
sseta regnare cepit Babylone circa an. ante xram 555,
sub nomine Nabonidi, apud *Berosum* L. III, & sub
nomine Balthassaris apud *Danielē*: nec pax diversa.

a. a. a. 597. *Petavius* tum loco citato, tum L. X,
cap. 1, eligit eam, quæ contigit die 9 Julii ab h. 4,
45', ad hor. 6, 45' post medium noctem in Lydiâ,
(oriebatur autem Sol ibidem hor. 4, 29', unde nimis
citè diremptum prælium aliis non placeret) ubi sum-
ma obscuratio fuit dig. 9, 22', vel potius, juxta po-
sterio-

(a) *Daniel VII*, 1. Vide *Herduin*. Dissert. de LXX Hebdomad. sub no-
mine Eusebii Franco-Romani.

steriorem emendationem Dig. 10¹ (umbrâ transeunte per Pontum Euxinum, & Paludem Mzotidem). At reliquus digitus cum dimidio? Respondet, potuisse nubibus obscurari; ita salvare conatur quod ajebat *Herodotus* L. I, & *Eudemus* apud Clementem Alexandrinum & Stromatum, diem versam in noctem præliantibus Lydis cum Cyaxare Medorum Rege, cui, censet *Persavins*, successisse Filium Astyagen a. a. a. 594.

a. a. a. 585. *Plinius* L. II, cap. 12; *Scaliger* in Animadversionibus ad Eusebii Chronicon posterioris editionis; *Keplerus* in Opticis; *Salianus* ad an. Mundi 3469; *Ricciol.* Astr. Ref. L. II, cap. 16; Eques Isaacus Newton in Chronolog. ad ann. 163 aeræ Nabonassaris; *Eustach. Manfredi* in Elem. Chronol. parte 2, c. 4, &c. *Tabula Rudolphina*, inquit *Ricciol.* loc. cit. *Sardibus* summum predictæ Eclipsis exhibent d. 28 Maji h. p. m. 5, 17', 4'', Digitorum 12, 1', 36'' cum vix Solis Anomaliâ grad. 359¹, Lunæ gr. 170: adeoque una saltem hora cum dimidia ante Occasum Solis, qui ibidem occidebat hor. 6, 47', juxta calculum Petavii. Dixi *falsum*, quia nec Sol tam vicinus Occasui, si *Geographicam* D. *De l' Isle* longitudinem amplectamur, qui Sardes a grad. 58, 40', quos obtinebat in antiquis Tabulis ad longit. grad. 45¹, retraxit cum differentia supra 13 grad. quantum satis est ad retardandum meridiem unam ferè horam, sive minuta temporis 52', 40'': si autem Helenopontus migrat in veterem Hellesponti locum, umbra, juxta Hipparchum (a), transivit per loca circa Hellespontum. Nec turbat admodum, quodd mortuus dicatur Cyaxares, sub quo cœptum bellum, ac sepiùs renovatum fuerat propter trans fugas Scythas; nam juxta Solinum cap. XIX, *Eusebium* ad an. primum Olympidis 49, prælium illud commissum censetur inter Halyatten (b) Crassi

D

Pa-

(a) *Hipparchus* apud Theon in Almag. Ptolem. L. IV.

(b) Scribo Halyatten (non paucis

Alyatten) quia Lingua Lidiæ significat *Halyos Dominum*, idest se-giones ad flumen Halyn.

Patrem Lydorum Regem, & Astyagen Cyaxaris Filium Regem Medorum pacem conciliante *Labyrinso*
www.Babylonion.co qui postea annos 17 Babylone regnasse creditur, antequam Cyrus ibidem Imperium Persicum fundaret. *Plinius* eam Eclipsem consignat anno IV Olym. 48, U. C. 170, qui potius dicendus erat 169 a majori parte suz coniunctionis. Juxta *Lansbergianum* aliosque plures tunc currebat annus tertius Olymp. 48. Triplex apparet discordia forte conciliabitur, si dicamus celebrem Eclipsem contigisse sub finem anni tertii: Annus enim Olympiacus incipiebat in Novilunio Solstitiali, adeoque paulo post memoratam Eclipsem coepit annus quartus, cuius postremi Menses coincidunt cum anno Varroniano 170 ab U. C. Huic autem conjungitur major pars anni 1, Olympiad. 49. Non vacat immorari in aliis sententiis.

a. a. a. 583. Kalendis Octobris, quæ erat alia *Scaligeri* sententia in Canone Isagogico; Nam in Asia minori, tempore Novilunii, Sol jampridem occiderat, adeoque videri non poterat ejus defectio.

a. a. a. 582, d. 16 Maji circa hor. 7 $\frac{1}{2}$: ita *Cappellay*. Verum Sardibus hæc fuit dig. 2 $\frac{1}{2}$; adeoque minimè apta ad salvandum quomodo ex die rerente fieret nox.

a. a. a. 582, cum *Scaliger* in animadvers. ad Eusebium primæ edit. d. 20, seu 21 Septembri. Sed propter Australem Lunæ latitudinem ac parallaxim videri in Lydiâ non potuit.

a. a. a. 581, d. 16 Martii circa hor. 6, & 7; sed in Lydiâ fuit dig. 2 $\frac{1}{2}$ ferè. Relictis igitur iis, quæ non salvant totalem, aut pene totalem Solis obscurationem, zquo Marte, diuque certantibus visam, tres sententiaz remanent probabiles; an. 603, 597, & communior an. 585: nam si prælium illud commissum fuisset an. 604, post *Ilium caputum*, ut narrat *Solinus* cap. 19 juxta primam sententiam ex istis tribus, Trojanum excidium contigisset a. a. a. 1207; jux-

ta secundam an. 1201; juxta tertiam 1189, qui magis accedit ad an. 1184, quo ponitur a *Scaligero*, *Petavio*, *Ricciolo*^(a), *Ufforio*, &c. ex convenientia tam Græcorum, quam Latinorum: quippe *Erasosthenes*, *Clemens Alexandr.* &c. ajunt Trojam excisam an. 408 (alii ex *Diodoro* 407) ante primam Olympiadem, (hujus initium incidit in a. a. a. 776, quo Sinenses memorant Solis Eclipsem d. 5 Septembris, Sole, & Luna in Virginis grad. 4, 5³): *Dionysius* verò *Halicarnass.* ex *Porcio Catone* Trojam incensam tradit ann. 432 (*Solinus* cap. 2, an. 433) ante U. C. Epocham autem U. C. in quâ fertur^(b) visa Romæ Solis defecatio die, Urbis Natali, 21 April. an. veteris (ne quid dicam de *Tarrenio Firmano*, ex quo revocatur ad an.^(c) 754), incidit juxta Varronem in 753; juxta Fastos Capitolinos 752; juxta Fabium Pictorem, qui primus de Romanis scripsit 748; hæ sunt origines diversitatis in Ærà Romanâ cum discrimine quinque, annorum inter ultimum modum, & Varronianum. Hinc facile fuit *Solinus* totidem annis memoratum, per illum antevertere; atque ex Olympiade 48 ad 49 transferre; quod si illi restituatur, ex anno 580 redibit ad 585, post Ilium captum 599. Quocirca cùm Eclipsis anni 585 concordet cum tot Epochis^(d), & tot Veterum Testimoniis, a quibus ceteræ discrepant, nec aliquid certi contra illam sententiam urgeat, imò a plexisque Chronologis pacieret Thaletis Eclipsi tribuatur, non est cur hunc honorificum characterem, eidem anno denegemus, nisi firmiora in contrarium documenta proferantur.

D 2

§. V.

(a) *Petrinius*, *Doctrina Temporum*

L. IX. c. 294. *Riccioli Chronolog.*

L. V. cap. 1; *Ufforius* ad hunc an.

(b) *Plutarchus* in *Romulo*.

(c) An quia si annus 599, & Epoch

cha U. C. numeratur a die 21 A-

pril. Kalenda præcedentis Janua-
rii, pertinet ad an. 754?

(d)	408	432	604	a. 4 Ol. 49.
	776	752	580	
	1184	1184	1184	

S. V. Primum quoque, sive artem observandi, ac predicendi tam Lunares, qudm Terrestres defectus, Antiquis non incognitam. Clavis ad expendendam Ægyptiacarum, & Chaldaicarum observationum antiquitatem. Epochæ Sesostris detecta in suo anno, & die. Periodus Sorbica. Æra Nabonassaris, cuius annis utitur Ptolemaeus in relatione Eclipsum, ab Ægyptiis Babylone fundata. Ingressus Alexandri Magni in Ægyptum ex Eclipsi Lunari ante pugnam ad Arbellas deductus.

Quâ methodo Thales, ejusque Magistri Sacerdotes Aegyptiorum ante Græcorum, & Persarum in Aegypto dominium usi sint ad prædicendas Eclipses non est aded exploratum. Creduntur tamen id præstissime independenter ab hypothesibus Concentrepicyclorum, Excentrepicyclorum, aliarumve imaginacionum Græcæ vel Arabicæ phantasiz. Quantum ex eorum historiâ eruere licet (nefas enim erat ante predicta tempora apud Aegyptios Naturæ arcana non initiatis palam revelare), maximè innixi videntur fuisse Majorum suorum observationibus & cyclis. Propterea Pythagoras, qui a Polycrate, Samiorum Tyranno, Amasis Regi fuerat commendatus, post diuturna, & æruginosa experimenta, in Aegyptiorum adyta admissus, literis ejus gentis assuefactis prateriti ævi commentarios scrutatus (a), innumerabilium saeculorum observationes cognovit. Separemus veritatem a vanâ superbi Populi gloriacione. Jactabant illi quidem a Vulcano (Mytis erat unus, idemque (b) & Vulcanus, & Sol, & Osiris: aliis vero ejusdem ignigenæ parens, adedque vel Cham, vel ejus Filius Misoris, seu Misraimus Nepos Noë: et si fabulæ alibi aliter Genealogiam disponant) jactabant, inquam, a Vulcano ad Alexandrum Magnum fluxisse annos, seu revolutiones 48863 (c), quo tempore Solis defectus observatos 373, Lunæ vero 832. At hic ipse non aded magnus obser-

va-

(a) Valerius Max. L. VIII, c. 7. | (c) Vida Leerrinus in Proemio:

(b) Jambl. de Myt. Bg. §.VIII, c.2.

vationum numerus in regione præ serenitate, Cœlo-
que ferè impluvio ad sidera contemplanda aptissimo,
ostendit memoratas revolutiones, seu conversiones non
esse annos Solares. Et verè quando extra ambages
sermo erat de annis Solaribus a primo Rege Mene,
(*Menes* ignigenam sonat, qui communiter creditur
Misoris, idest Osiris) ad Sesostrim non numerabant
nisi 52 Reges (^a) in quatuordecim circiter sæculis, qui-
bus verbis videbantur adstruere intervallum integræ
ferè Periodi Sothiacæ, hoc est 1460 annorum Sacer-
dotalium. Annus Aegyptiacus *Sacerdotalis* fixus erat
is, qui constabat 365 diebus, & quadrante, quem
annum nunc vocamus *Julianum*, quod ejus forma, ut
quarto quolibet anno addatur dies intercalaris, per Ju-
lium Cæsarem inventa sit in Orbem Romanum operâ
Sosigenis, ad id ex Aegypto vocati. *Annus vagus*, &
popularis, anatomaisticè *Egyptiacus*, constabat præcisè
365 diebus, nec unquam admittebat diem intercala-
rem: quod si quarto quolibet anno deficit una dies
in forma anni vagi, ejus initium singulis quadrienniis
Solaribus retrocedit una die: adeoque decursis tan-
dem omnibus anni fixi diebus 1461 anni vagi sunt
1460 anni fixi. Hæc est Periodus *Sothiaca*, ita dicta,
quod ejus initium ducatur ab ortu heliaco *Sothios*,
nempe Sirii stellæ omnium fixarum rutilantissimæ in
ore *Canis Majoris*. Jam verò, cum aliunde constet
ultimum annum sequentis periodi cadere in annum
Christi 138, his, aliisque de causis initium illius
omnino statuendum anno ante eam currentem 1322.
Hoc multi viderunt, sed adhuc quærebant Epocham
Sesostris, quo tanquam vinculo profana historia cum
sacræ colligaretur non designato anno, ut jure dici
posset (^b) *ta non inventa reperta es*, quia non agno-
sciebatur; sed ex Hieroglyphicorum inspectione, &
mul-

(a) *Diodorus Siculus* L. I. Confer P. Tournemine in Dissertatione de Sesostris Epochæ, ubi Mensis exor- dium ponit post Diluvium an- no 173.

(b) *Ovid. Metam.* L. I.

multiplicis historiz comparatione, videmur nobis de-
 præhendere epocham Sesostris affigendam diei 19 Ju-
 lii, ut hæc sit prima dies primi mensis Thot, ejus-
 dem anni 1322 ante Christum, quando Sirius erat
 in grad. 27, 8°, 51' Tauri circiter, adedque Helio-
 poli, & in vicinis Aegypti Urbibus adhuc oriebatur
 Heliacè, non multò post Aestivum Solsticium. Si hoc
 initium sit finis prioris periodi eadem lege ascenden-
 do (si fuerit integra), incidet ejus principium in an-
 no 2782, cui melius congruit ortus Heliacus Sirii, respectu
 Heliopolis, Memphis, &c. Viceversa, ab anno 1322
 descendendo invenietur sexto post Sesostrim Szculo
 Assyriorum Monarchia inter plures divisa, quando
 Aegypti Sacerdotes a Nabonassare Babyloniorum Re-
 ge ad emendanda tempora acciti, novam Babylone-
 fundarunt zram Nabonassaris; idque præter Veterum
 testimonium (a) satis evincunt, tum introducta apud
 Chalzdos forma popularis anni vagi Aegyptiaci sine
 ullo die intercalari; tum indita cuique Chalzdo-
 rum Mensi nomina Aegyptiaca, *Thot*, *Phamsti*, *Mi-
 foris*, &c.; tum quodd auspicati sunt Neomeniam pri-
 mi Mensis Thot a die 26 Februarii, anni fixi Sacer-
 dotum Aegyptiorum, quando in illam diem cadebat
 de facto apud Populum Aegyptiacum prima dies Men-
 sis Thot anni vagi, qui erat 576 post Epocham Se-
 sostris, & 747 ante nostram zram. Tanta nominum,
 & rerum convenientia, ut alia deessent, satis prodit
 suam originem. Illud diversum, quodd Colonia, si-
 ve Academia Babylonica non admisit illam legem non
 vulgandi arcana, & observationes Naturæ. In Aegy-
 ptio viceversa observata est usque ad Ptolemyorum
 dominium post Alexandrum Magnum, qui ingressus
 est Aegyptum non prius anno 332 ante communem
 zram, qui erat annus 418 Nabonassaris, & 993 So-
 thiacæ Sesostris periodi. Dixi non prius a. a. 332,
 quia

(a) *Diodorus*, loco citato Bibl.

quia Lunarem Eclipsem, quæ contigit nocte XI ante ultimam cum Dario pugnam ad Gaugamela propè Arbellas, quamvis Pet. Appianus ponat anno ante Christum 326, die 11 Julii; Eusebius 328; Scaliger tamen, Petavius, Ricciolus, atque Usserius ex Veterum testimoniis, & calculo Astronomico ann. 331, nocte inter 20 & 21 Septembris: ex quibus liquet, quod etiamsi integra Sothiaca periodus 1460 annorum, ab Osiride ad Sesostrim admitteretur, quod negant non pauci; & a Sesostris ad ingressum Alexandri Magni fluxerint anni 990, quod inficiantur, qui confundunt Sesostrim cum Sesach, tempore Roboami (etsi hoc nobis sit certè falsum), adhuc a primo Aegypti Rege ad Alexandri ingressum in Aegyptum non essent numerandi nisi anni 2450^(a), ac propterea numerus ille fictitius 48863, nimis exorbitat a vero, cum longè superet numerum etiam mensium, qui eo tempore fluxerunt. Dimissis annis vagis, ne oriatur confusio, ingressus Alexandri Magni in Aegyptum incidit in annum ante Christi Aeram 332. Mors Alexandri, juxta Petavium, an. 324; juxta Usserium 323, Mense Mayo; Aera Seleucidarum, XII^(b) annis post mortem Alexandri. Aera Nabonassaris incipit anno 747, die 26 Februarii. Epocha Sesostris in nostra sententia anno 1322, die 19 Julii. Misoris, seu Misraimi incerta, caderet in annum 2782, si inter ipsum, & Sesostrim integra Sothiaca Periodus intercessisset. Sed locus Diodori in suo Graeco textu non est italicus; & Thebanorum Regum Chronologia, juxta Braboskenem, primo aspectu favere potius videtur annis

$$\begin{array}{r}
 (a) \quad 1\ 4\ 6\ 0 \\
 \underline{9\ 9\ 0} \\
 2\ 4\ 5\ 0 \\
 \underline{3\ 3\ 2} \\
 2\ 7\ 8\ 2
 \end{array}$$

(b) Judæi cum Lib. I Macab. a Nisan, seu vere a. a. 2. 311. Chaldei cum L. II Macab. a Septembri ejusdem anni. Syri ab Autunno a. a. a. 311. scilicet Annus Aegyptiacus Alexandro Magno emortualis, coepit cum Thot d. 12 Novemb. 324.

nis Patriarcharum, juxta vulgatam editionem, quām
juxta LXX Interpretum Versionem. Litem fortasse
dirimeret Obeliscus Sesostris in Campo Martio sepul-
tus, si certos quosdam ejus characteres nobis aliquan-
do liceat inspicere. Interim ultimam de Misori de-
terminationem cohibeo. En clavis ad intelligenda Ve-
terum monumenta, quibus consignata est series Ecli-
psium, præfertim apud Claudium *Ptolemaeum*, qui u-
titur annis vagis $\pi\tau\pi$ Nabonassaris; ex datis enim E-
pochis nullo negotio conciliari possunt cum nostris
annis Solaribus, sive Julianis, sive Gregorianis.

**§. VI. Veteres præcipue usos Observationibus in suā me-
thodo prædicendi Eclipses.** Cur eorum observationes in
Ægypto ante Cambysen peractæ non extant. Quare
ex Chaldaicis, quæ supersunt, nulla proferatur ante *Æ-
ram Nabonassaris*. Quid de Babylonicis Callisthenis.
Quid de Hebraicis Columnarum Patriarche Seth, &c.
Solis defectus ante 39 Sacula in Sinis visus. Modus
expeditissimus revocandi Veterum monumenta ad præ-
sentem computandi rationem independenter a periodo Ju-
lianâ Scaligeri. Quid de Insitione anni intermedii in-
ter tempus ante, & post *Æram Christi*. Prædictiones
Eclipsium factæ a Græcis, & Romanis. Helicon Cy-
zicenus talento donatus. Organica veterum subdia-
ctriam pro Eclipsibus. Antiquis diagrammatiis novos Ty-
pos ex parte successisse.

Ex praemissâ doctrinâ plura in rem nostram
facile deducuntur. 1º Veteres tam Aegyptios, quām
Chaldeos, quamvis rationes, seu calculos non negli-
gerent, usos præcipue Observationibus, quibus etiam
ad Periodum detegendam pervenerunt, ut in Perio-
dorum Investigat. ostendimus. 2º Habemus cur *Hip-
parchus*, & *Claudius Ptolemaeus* L. IV Magn. Syntax.,
quamvis uterque scripserit in Aegypto nullas referant
Eclipses ab illius gentis Sacerdotibus ante Cambysen
observatas, utpote non modò sepultas veteri silentiâ
Lege, sed etiam incendio Victoris Persæ deletas dum

Bi-

Bibliothecas exussit, totamque vastavit Aegyptum.
 3.^o Cur inter Babylonicas, sive Chaldaicae Aegyptiorum Coloniz nullas memorent ante Aeram Nabonassaris (ex illis enim antiquissima Lunz defectio cadit in annum 721 ante Christi Aeram d. 19 Martii), quia scilicet ante correctionem temporum, factam ab Aegyptiis in Chaldaea, magna ibidem in rebus Astronomicis confusio: & Zoroaster Junior, cuius nomine inscribuntur Oracula, & *Zundavesta*, sive *Igniarium* est longè posterior: quidquid sit de antiquiore sive uno, sive pluribus, quorum nullum opus, aut observatio supereat. 4.^o Cur inter tot Graecos Scriptores nullus afferat peculiares observationes Cœlestes annos. 1903, quas, captâ per Alexandrum Magnum Babylone (id contigisse ponitur a. a. 331, adedque additis 1903, refutat Epochâ Babylonica a. a. a. 2234) fertur *Caliphenes*, rogatus ab Aristotele in Græciam misse, ut ex Porphyrio narrat *Simplicius* (a), quz enim proferruntur *ante Nabonassarem*, recidunt in historiam Terrestrem, aut ad summum in referendâ vitâ controversi Zoroastris Senioris, quem ajunt fuisse siderum inspectorem, quod ex ipso nomine cognosci poterat. 5.^o Hinc etiam eruitur quid sit dicendum de Hebræis. Columnæ Patriarchæ Seth, in quibus siderum scientia esset insculpta in terra Seriadica a Josepho (b) memoratz, verosimilius nihil aliud sunt, quam obelisci (columnæ sex columnæ Graeci vocant) Sethosis erectæ prope Nilum, qui & *Siris* dictus est, & juxta Regum conditoria, quae *opus* Aegyptiacè appellabantur, ut probavimus in Aegyptiacis. Sethosis autem olim in minoribus Nomi Sethroitae Princeps est *Sesostris*, sive Sesostris mentitus in se redivivum Osridem, & creditus Bacchus Graecorum; ut ejus Interpres *Siphoas* mentiebatur in se redivivum Mercurium Seniorum. Abraham in Aegypto ad breve tempus commoratus,

E

ratus,

(a) *Simplicius* in Librum secundum | (b) *Joseph*, Antiquitatum Lib. I. de Cœlo, ex Porphyrio.

ratus, invenit unum e Pharaonibus, sive Regem Populo florenti imperantem, adedque posteriorem Meno, & Veteri Osiride, cuius Scriba fuit *Tbentus*, sive Mercurius Senior. Moysis verò tempore jam superstitione colebatur idem Osiris in Apide, seu Vitulo. Fatendum tamen tam Theutum ab Noë, quam Siphonam a posterioribus Patriarchis multa per traditionem accepisse, licet non pauca ingenio suo addidessint. 6.^o Inter observationes quae extant, universas facile a Sinensibus superari, quorum historiae etiam ante Christum editae referunt Solis defectum circa initium Librae ^(a), regnante Tchon-Kang, anno 2255 ante nostram aeraem, quod tempus a Recentioribus Chronologis cum aetate Nachor, Avi Abrahæ colligatur: Conficias Lib. Tchun-thion 36 memorat Solis Eclipses, ex quibus duas non suo tempori consignatas, duas dubias, reliquas calculis respondentes Nostræ adverterunt apud P. Ds. Halle tom. 2, p. 272, Descript. Sinarum. 7.^o Cum era Christi vulgaris (præscindendo ab anno veræ Christi Nativitatis, de quo litigant Chronologi) a Dionysio Exiguo introducta sexto post Christum Saeculo, tot jam Eclipsum centauriis, & aliorum characterum chiliadibus sit illustrata, ac stabilita; forma omnium clarissima, atque expeditissima cognoscendi tempora Veterum Monumentorum, præsertim Eclipsum antiquitus observatarum, est illas revocare ad annos aerae communis sive Christi, sive Domini, ut loqui solemus, vel ad annos illam præcedentes, continuando eamdem Methodum in Saeculis præcedentibus, ut fieri solitum ab Astronomis, qui numerant annos illos curretes (non comple-

(a) Tchon-kang est XIII & Fobi, & IV Prince Dynastie P. Ds. Halle Tom. I, D. Chin. Idem, T. II, p. 272, eamdem Eclipsem cum P. Adamo Schill, Kegler, &c. retinet a. d. a. 2255. Vid. ouies, Observat. Mathemat. T. II,

p. 142, & Tom. III, pag. 53, ex Histor. Sinica, Tartaricè versa, jussu Kam-ki, pag. 443, & ex antiq. Lib. Chou-king. Ex Tabulis Hiricanis intulit contigisse die 10 Octob. h. 18, 40^a: Pekiae Sole ad Libra gr. 0, 24^b, 3^c.

pletos) tam ante, quam post Christi Epocham, ut
notavit^(a) Cl. *Manfredius*, contrarium modum (nisi fiat
datâ operâ) erroris redarguens. Nihilominus aliquid
placuit Erudito Viro, qui in suis ad Petavii Ratio-
narium Additionibus, Consulatum Cossi Cornelii Len-
tuli, & L. Calphurnii Pisonis conjectit in annum 0,
qui neque esset primus ante aeram, utl deberet dici,
neque primus ejusdem aerae. At eiusmodi insertio an-
ni intermedii, qui neque ad seriem annorum prae-
cedentium spectet, neque ad consequentium, potest
incautis esse erroris occasio; sic enim in summâ ex
duplici prima tetricy utriusque seriei apparent octo,
ubi reipsâ novem anni intercedunt: saltus certè etiam
advententibus solet esse molestus, praesertim ubi con-
tra apparentiam est incedendum: & est contra men-
tem *Petavii*, qui Lib. XIII, Doctr. Temp. Consu-
latum illum numerat anno primo ante aeram, 45 Ju-
lianæ correctionis, anno 4 Olympiadis, 194 ab Ur-
be conditâ, juxta Varsonem 753; Aerae Nabonass-
ris 748, &c. Nihil tamen ex hac historicâ narratio-
ne illi interpositioni detractum velim, quia potea vi-
di placuisse Illustri Novissimarum Tabb. Astron. Au-
ctori, ut etiam ante Aeram in Serie numerorum na-
turali quartus quilibet annus, sive quilibet numerus
divisibilis per 4, esset Bissextilis. Propterea in no-
stris computationibus omisimus Periodum Julianam
Scaligeri, ut superfluam, & tanquam indigentem re-
ductione ad aeram vulgarem (incipit ante istam an-
4713) ut intelligatur de quo anno sit sermo; nam
characteres Cycli Solaris, Lunaris, & diei Dominicæ
aequè possunt appendi annis aere communis. Omitti-
mus pariter annos Mundi conditi, de quo plusquam
72 sententiae circumferuntur. Aded verò facilis est
haec methodus revocandi veterum temporum monu-
menta ad communem computandi rationem, conti-

quando scilicet annos Julianos ante aeram vulgarem,
 ut ab omnibus in praxim deduci mereatur, praeser-
 tim cum eamdem viam tenuerint passim Chronologo-
 rum Principes, Petavius in Gallia, Ricciolus in Ita-
 lia, Usserius in Anglicis Regnis, apud quos primus
 ante aeram est bissextilis, tum 5, 9, &c. 8.^o Artem
 praedicendi Eclipses non periisse cum Thalete, ma-
 gnique semper factam, tanquam aliquid Divinum pr-
 seferret in praecognoscendo futuro. Prae caeteris Dio-
 nyssus Junior, Rex Syracusarum Heliconi Cyzyceno,
 Platonis familiari (^a), cum Solis deliquium pradixisset,
 cumque itaue pradixerat evenisset, admiratus eum Ty-
 rannus argenti calento donavis. Sed inter Graecos in
 praedicendis Eclipsiibus nullus clarior Hipparchus, qui
 Alexandriae sub Ptolemaeo Philometore in sexcentos
 annos (^b) praecinuit non solum tempora, sed etiam
 Situs locorum, in quibus essent appariturae Avo se-
 stae: de eo dictum, ubi de Eclipsum periodis. Hip-
 parcho tribuuntur vulgaria Diagrammata, ut Demo-
 crito Parapegma: huic successere Ephemerides, ut il-
 lis novi Terrestrium Eclipsum Typi: nam pro Luna-
 sibus adhuc in usu habentur antiqua Diagrammata.
 9.^o Si praeter Geometricas Eclipsum Figuras, & Cal-
 culos Astronomicos organici subsidii exemplum depo-
 scitur, triplicem sphaeram nonne a Veteribus acce-
 pimus? Prae caeteris Archimedes in sua Sphaerae Lu-
 nae, Solisque Periodos ita (^c) alligaverat, ut una con-
 versione efficerent diffimillimos motus, qui sunt in
 Caelo; adeoque defectus ipsos in suo parvo Mundo
 oculis exhiberent. Ante Thaleatis discipulos nonne in-
 ter Aegyptios ejus magistros Maternus, Avus Mercurii
 Maximus Atlas (^d) docuit, errantem Lunam, Solis-
 que labores? Quod autem Atlas (^e) usum Sphaerae Cae-
 lestis ante Graecorum Sapientes monstraverit, videbi-
 mus

(^a) Plutarchus, in Dionae.

(^b) Plinius, Nat. Hist. II, 12.

(^c) Cicero, I Tuscul. & alibi. Cleo-

dianus, in Epigr.

(^d) Plinius, loc. cit.

(^e) Virgilinus, I Aeneid.

mus infra , ubi de illis instrumentis . 10.º Romani serd didicerunt hanc artem , Tribunus erat *Sulpicius Gallus* , cùm anno 158 ante nostram zram , prædictâ Lunari Eclipsi pridie quâ Rex Perseus superatus est , solicitudine Romanorum exercitum liberavit , quâ correpti Macedones , victi sunt . Sequenti Szculo floruit Varroni Amicus ^(a) *Lucius Taruncius Firmanus* , *Chaldaicis rationibus eruditus* , qui ex calculo indagavit ^(b) Romulum conceptum anno primo , Olympiadis secundz (772 ante Christi zram) die 23 Mensis , qui ab Ægyptis vocatur Chœac , hora testiâ antiqua , cùm *Sol totus deliquium pateretur* . Varronis ztate , Tullio teste ^(c) , *defectiones Solis* , & *Luna cognita* , prædictaque in posterum tempus , qua quanæ , quando futura sint . Multò verò magis sub Cæsaribus ; unde *Claudius Imperator* ^(d) an. Dom. 45 , quia Kalendis Augufti , hoc eft sui natalis die futurus erat Solis defectus , ne quis inde tumultus oriretur , publico edicto vulgavit ejus prædictionem , tempus , quantitatem , & causas , ob quas necessariò eventurus erat . Hzc autem non sine calculo , & *Rationibus* , ac Geometricis Diagrammatum , seu figurarum delineationibus non prætabant , quibus etiam nunc utimur in Lunz deliquiis , & aliqui cum *Davide Gregorio* utuntur , etiam nunc in Solis defectibus . Constat igitur Theoriz Recentioris zdficium , non modò veterum fundamento inniti , sed etiam non pauca in praxi ex illorum laboribus feliciter mutuari ; ac proinde a severiori Antiquorum Sapientiâ minimè alienum , sed potius valde consonum : quod erat iis , qui non ingratii excipiunt Mundii novi ac veteris Harmoniam conciliatam , ostendendum . Agendum nunc de connexione partium , & subudiis Astronomicz Eclipſium Constructionis .

C A.

(a) Cicero II, de Divinatione .
(b) Plutarcbas in Romane .

(c) Cic. II, de Nat. Deoz. p. 138 Gripb,
(d) Dio. L. LX.

CAPUT III.

www.libtool.com.cn

*De Calculi ad Eclipsum Constructionem
prævii ordinatione, & abbreviatione.*

§. VII. Calculum prævium posse illustrari, & ordinari. Variæ Tabulae Astronomicæ: an pro seculis præteritis antiquæ sint meliores novissimis: Quæ illarum convenientia cum Cœlo in Eclipsibus: Apparens earum diffiduum sublatum: Peculiaria Opuscula pro eorumdem defectuum calculatione.

Hactenus totius ædificii faciem, seu molem contemplati sumus; inspiçiamus & partes, ut videamus in specie an in triplici ordine, sive Arithmetico, sive Geometrico, sive Organico afferri possit aliquod subsidium, quod planiorem reddit viam, & faciliorem intelligentiam. Præcipuam difficultatem Tironibus creare solet *calculus* Astronomicus tam Veterum methodo, quam Recentiorum communis, pro quo ineundo traduntur præcepta non tot, quin plura, ut operæ pretium sit ea declarare, & quantum fieri potest abbreviare. Dicamus prius de ordine. Ante omnia quisquis accedit ad confidendum sive novum Typum, sive antiquum diagramma pro subjicienda oculis quantitate, & qualitate Eclipsis, præcognoscere debet verum Solis, Lunæque locum, & quæsitæ veræ Syzygiz momentum. Quia verò hæc communi metodo determinari supposuit Auctor Tractatus de Astronomicâ Eclipsum Constructione in sua Propos. XVII, idcirco tanquam rem vulgo notam omisit explanare, sed non patiemur doleri quempiam, quamvis immerito, cùm id passim exponatur tum Geometricè, præsertim a Tacquet in suâ Astronomiâ, tum practicè ab iis, qui Astronomicarum Tabularum usum docent; & quoniam Tabularum incidit mentio, qui-

quibus ferè omnibus præmittuntur præcepta pro Eclipsibus, aliqui viri docti censem Tabulas illas uno vel altero saeculo plurimum consentire cum Cœlo, non parum recedere in tempore remotiori ab eo, quo fuerunt constructæ, propter aliquam ignotam inæqualitatem, sive motuum Cœlestium inconstantiam; in quâ sententia pro saeculis præteritis præferendæ essent Veteres Tabulæ Recentioribus. Celebriores sunt Græco-Ægyptiacæ, Ptolemei ad meridianum Alexandræ constructæ (ut omittam Indicas, Persicas, & Arabicas) Hispanæ ad Meridianum Toletanum Regis Alphonſi, qui usus est operâ Maurorum Arabum, & Judaeorum, præfertim R. Iſaak, Hazan; Prutenicae Copernici, & Reinboldi ad merid. Regii Montis (Könisberg) Danicae Longomontani ad Meridianum Hafniae, sed Tyrboni (ut & Bullialdi in Philolaicis, & Kepleri in Rudolphinis) ad Meridianum Huennae, siue Uraniburgi: Belgicae Lansbergiæ, ad meridianum Goësæ; sed Wendelini in suis Atlanticis, ad meridianum ductum per Islandiam, & Insulam S. Vincen-
tii in Mari Atlantico ad Caput viride. Gallicæ Parisienses apud Petavium in Doctrina Temporum, & Comitis de Pagan in suis: Anglicæ, seu Londinen-
ses Wingii in Astronomiâ Britannicâ; & Thome Stre-
ße in Carolinis. In Italia D. Reinerius, sive Renerius, usus merid. Genuensi, Alphonſinas, Copernicanas, Da-
nicas, Rudolphinas, Lansbergianas in unam formam collegit, additis suis Mediceis. Ricciolus ad Meridia-
num Bononiae veteres Tabulas reformavit, correxit, pluresque novas adjecit. Nihilominus Tabularum Pru-
tenicarum, quae suo Saeculo 16, non ita pridem con-
structæ fuerant, imperfectionem agnovit Tycho adhuc Juvenis; & sequenti Saeculo Ricciolus noster, factâ col-
latione cum centum undeyiginti Eclipsiū observatio-
nibus, animadvertisit (a) in tanto observationum nume-

ro Alphonsinas cum unâ tantum, Prutenicas, & Danicas cum 6, Philolaicas cum 12, Tychonicas cum 13, Atlanticas cum 15, Lansbergianas, & Rudolphinas cum 19 concordare. Cùm tamen primo, vel altero Säculo ab earumdem Tabularum natali quam plurimae Eclipses notatz fuerint. Ptolemaicas (quales ad haec tempora pervenerunt) credibile est a librariis corruptas, cùm non parum diffideant, praesertim in motibus Lunaribus ab Observationibus Babylonicas ab earum Auctore productis; nisi quis suscipiet errorē irreplisse, aut ex non bene notato tempore Babyloniarum observationum, aut ex neglecta differentiâ temporis Alexandriam inter ac Veterem Babylonem, quae in *Ptolemai* Magn. Syntaxi est 50', in ejusdem Geographia hor. 1, 24', apud *Albategnium* hor. 1, 14'; *Keplerum* (C. 16 Rudolphin.) hor. 1, 3'. *Ricciol.* (in Tab. XIV) 54', 20". P. *Marsigli* 56', 8". Cùm ergo ex hoc dissidio non liceat arguere variatam illorum Meridianorum differentiam, quomodo inferri potest inconstantia sensibilis (qualis esset 12 grad. in loco Lunae) in motibus Cœlestibus? Et jam alibi in longissimis viginti, & amplius Saeculorum intervallis ostendimus Cœli constantiam in suis Periodis, saltem in sensu physico. Propterea nostro Saeculo non defuerunt Astronomi præstantissimi, qui Herculeo labore, novas exactioresque conderent Tabulas, motibus Cœlestibus magis coherentes, etiam pro Saeculis anteaictis; quales sunt, quae in Anglia prodierunt Lunares *Flamstedii* ad Meridianum, ut opinor, Londinensem correctae ab *Hallejo* (nam reliquorum Planetarum sunt Streetianae) ad calcem prælectionum *Wistboni*, qui Lectione XII, & sequentibus exponit Eclipsum calculum. Ad Merid. Regiae Speculae Parisiensis editae sunt tam Ludovisianae *Philippi de la Hire* independenter ab hypothesibus traditae, quam Cassinianae, quibus tunc adhuc ineditis usus est Dom. *Eustachius Manfredi* in condendis absolutissimis

simis suis Ephemeridibus; additâ illarum collatione, cum praeviis integri decennii observationibus, præsertim circa Eclipses (^a): aliquas deprehendit optimè congruere cum calculo, ut Lunarem defectum 9 Septembris 1718, & 28 Junii 1722; alias verò ad 9 vel etiam 12 minuta horaria dissidere; præsertim Solares, in quibus major differentia, adeout in defectu Solis diei 8 Septemboris 1722, calculus tardior min. 17 $\frac{1}{2}$ inventus sit, quām ferret observatio. Idem tamen advertit propterea Clar. Tabularum Auctorem Joan. Domin. Caffinum eas in publicum non emisisse, sed optimis Successoribus suis Dom. Jacobo Caffino Filio, & D. Maraldo Nepoti ulterioribus curis perficiendas reliquisse. Quod & factum gaudemus; sed earum exemplum Parisiis editum jam ab anno 1740, sed in nostras manus devenit; unde judicavimus ex iisdem nonnulla nostris Investigationibus inserere, ne Clarissimum Italorum Astronomorum Ternarium praetermissæ videremur. Ne verò quis turbetur a diversa numerandi Ratione, aut dissidium suspicetur, ubi non est, plerique in suis temporum Radicibus consignandis uertuntur annis completis; viceversa, annis ineuntibus affigunt Epochas Anglorum Tabulae ad calcem Wienbony; adedque in idem recidunt anni 101 ibidem inchoantis, & centesimi apud alios desinentis momenta. Sed unde ducitur anni initium in Tabulis? Paucæ incipiunt a media nocte praecedente Januarii Kalendas, ut Petavii, & Wendelini Tabulae (^b): pleraque exordiuntur a meridie: Ptolemaei quidem a Meridie primæ diei Thot in anno vago Ägyptiaco: a meridie ultimae diei Decemb. praecedentis Alphonſina, & Ricciolii. At verò Tabb. Typhonis, Longomontani, Kepleri, Lansbergii, & De la Hire initium anni ducunt a meridie primæ diei civilis, sive Kalendarum Janua-

F nua.

(a) Euſtach. Matfr. in Epistola ad Lectorum Noviss. Ephemer.

(b) Vid. Petav. Doctr. Temp. Lib. VIII, c. 3; Ricciol. Almageſt.

Lib. III, c. 33, & Astron. Reform. præc. 43; Keplerum in Rudolphinis, cap. 18, pag. 51; De la Hire pag. 3.

nuarii, adeoque integro die differunt a precedentibus; neque *Hireus* consignat diem primam completam, ut aliqui scripserunt; sic enim prima anni dies esset præterita, ubi per hunc Auctorem incipit annus. Nos quoque communiorem hanc formam amplexi sumus in Epochis motuum Solis a Lunæ Nodo, & Lunæ a Sole in prima Nostra Tabula ad Meridianum Romanum, tanquam notiofem Florentino, & Senensi, quibus usi sumus in Figura 33, & 43. In aliis patebit ex narratione locus observationum, vel Ephemeridum. In Tabula XV, cùm sit ad mentem Halleji, dedimus Epochas in Meridiano Londinensi ad occasum Romani 50' ferè mis. temp. Tab. XVI ad Meridianum Paris. (distat a Romano 40', 50" circiter) quod sit constructa juxta methodum, & principia Cassiniana; nam Clar. Jacob. *Cassinius* cap. 3 suæ explicationis, & usus Tabularum declarat, se medium motuum Epochas affigere meridiei primæ Januarii annorum ineuntium, quando annus est Bissextilis; quando vero annus est Communis, consignare meridiei ultimæ Decembri, anni proximè precedentis; annos vero ita computare, ut tam ante quam post initium Aëris Bissextilis sint 4, 8, 12, & cæteri qui quartario mensurari possunt. Is vero, in quem caderet Christi Nativitas sit intermedius o. Sunt etiam qui peculiaribus opusculis doceant Eclipsum calculum instituere, quorum præcipuas regulas sequenti numero complectemur. Talis est *P. Joannes Hanke* nostræ Societatis in Eclipsum Tenebris summatum illustratis Moguntiæ anno 1682, ubi utitur Ricciolii Tabulis Prutenicas adhibuit *Elias Molerus* in suo Opere Astronomico, Lugduni edito anno 1687. Clarius præ ceteris *P. Horatius Burgundius* in suo de Eclipsibus Tractatu inedito, dictato in Collegio Romano, ubi per priores propositiones exponit calculum juxta Tabulas *Philippi de la Hire*: in reliquis Astronomicarum Eclipsum Constructionem. Plures etiam laudari videntur.

deas (a), ut Jan. Bernardum Wittembergism, Geor-
giūm Marthiam Bosc, Joannem Albertum Klimism, Leo-
nardum Roffum in Astronomo Ingenno, Angelum Cap-
pellum Canonicum Parmensem in Astro sophia Nume-
rica, Venetiis 1733, & 1736; D. De la Hire Juniorem,
qui ad eam novæ projectionis Eclipsium Solis ad simpli-
ciorem expressionem Geometricam reduxit; Equit. De
Louvile in Methodo calculandi Eclipses per formu-
las Algebraicas absque Tabulis Sinuum, & Logarith-
morum, &c. Ut igitur materiem in suo apparatu hic
integral habent Candidati; & liquido appareret
communis calculi prævii longitudo (sublatâ etiam mo-
lestiâ Parallaxium, Refractionum, Loci veri tam ad
horam præcedentem, quam ad horam consequentem
Eclipsium computati, quibus oneribus etiam nostro
Sæculo aliqui sese subjecere non detrectarunt, ut vi-
dere est in Ephemeridibus D. Mezzapace.) sumpi-
mus, quæ runc erant ad manus, & cum Eclipsibus ma-
xime congruebant, Tabulas Philippi de la Hire, edit
Paris. ab Auctore correctas (in Ingolstadiensi anni 1722
variant numeri titulis præfixi): quando quæritur an
aliqua Syzygia sit Ecliptica, nempe an in dato Novi-
lunio sit Eclipsis Solis, vel in dato Plenilunio Eclipsis
Lunæ, ad inveniendum verum locum utriusque Plane-
tz, & momentum veræ Syzygiz communi methodo
proceditur juxta sequentes canones, & praxes, quæ-
rendo prius Syzygiam medium,

§. VIII. Regulæ, & Praxes calculi prævii ad Prædictio-
nem, & Constructionem Eclipsium invicem coordina-
tæ: ac primò Solis, & Lunæ calculus ad tempus Sy-
zygia Media,

PRIMA OPERATIO occupatur in determinando Tem-
pore Syzygia Media, nempe in motibus mediis, sive
F 2 zqua.

(a) Vide Wolfium Tom. V, Nova edit. c. 9, §. 43, & seq.

zqualibus computat \bar{z} (reverè enim in Cœlo continentur intervallis inzqualibus), adeòut aliquando maxima temporis differentia inter medium, & veram Syzygiam ascendat supra dimidiam diem^(a). Determinatur autem per Tabulam XXVIII (hæc est XIX in edit. Ingolstadiensi addendo Epochæ, seu Radici tempus elapsum per suas partes completas, ex quibus summa resultabit, quam in exemplo inferius afferendo vocabimus A, ex summâ subtractâ ex numero proximè majore Revolutionum, sive Noviluniorum, dabitur residuum quæsumum B: si quæratur Plenilunium, hoc distat a Novilunio medio dimidia Revolutione, hoc est dies 14, hor. 18, min. 22, 2": in editione Ingolstadiensi adduntur revolutiones pleniluniorum ad majorem calculi facilitatem. Si dubium sit, an sit futura Eclipsis, hic statim quæritur longitude media Nodorum Lunæ, Solisque ab alterutro illorum distantia, ut appareat, an data Syzygia contingat intra terminos Eclipticos, ne incassum fiant sequentes labores.

SECUNDA OPERATIO determinat ex Tabulæ XI, Columna secunda Medium Solis longitudinem C, seu distantiam a puncto Äquinoctii Verni, quæ pariter habetur addendo Radici medios Solis motus in Signis, gradibus, & minutis, convenientes temporis elapsu. Pro Eclipsibus Lunæ, si loco Solis invento addantur sex Signa, dabitur Locus centri umbræ Terræstris ex diametro oppositus Solis centro.

TERTIA OPERATIO est ad inveniendam medium Solis distantiam ab Apogeo suo ex Tab. XI, Columna III, addendo radici arcum totalem, qui resultat ex Signis, gradibus, & minutis correspondentibus temporis jam decurso: summa, quæ resultat, erit Longitudo media Apogei Solaris E, sive ejus distantia a puncto Äquinoctiali Verno, ex quo desumitur initium primi Signi Arietis, seu primi Dodecatemorii. Si subtrahatur Locus

(a) Tacquet, Astron. L. IV, n. 11, ostendit ascendere ad hor. circit. 14.

cus medius Apogei Solaris a loco medio Solis, residuum erit distantia Solis ab Apogeo, alio nomine *Anomalia Solis media*, quam dicemus F.

QUARTA OPERATIO est aquatio centri Solis, quæ obtinetur ex Tab. XIII, in quâ exprimitur quomodo sit facienda, nempe in primis sex Signis descendendo per Columnam primam, ubi notantur gradus Anomaliz mediz, & subtrahendo eam quantitatem, quæ invento gradu ejusdem Anomaliz respondet ad latus in unâ ex columnis intermediis; in sex verò posterioribus Signis ascendendo per ultimam, sive octavam columnam, & addendo eam quantitatem, quæ invento gradu predictâ Anomaliz respondet e regione in unâ ex intermediis columnis. Peractâ aquatione vel per additionem, vel per subtractionem, ut monet Tabula, resultat *Anomalia Solis vera G.* At in prima, & ultima columnâ notantur soli gradus Anomaliz Mediae. Quid ergo faciendum, si in tertiatâ operatione supersint minuta? Tres sunt modi hanc difficultatem superandi, quæ locum habet in pluribus aliis operationibus, idcirco solvenda. Primus laxior, contemnendo ea minuta, & assumendo in Tabula XIII gradum proximiorem Anomaliz datae. Secundus exactior per Tabulam sexagenariam, aut itli aequivalens artificium, quo docetur invenire partem proportionalem. Tertius exactissimus, aequando eadem ratione per regulam auream: Si fiat ut unus gradus circuli, resolutus in sua minuta secunda 3600" ad differentiam aequationum proximarum [haec obtinetur subtrahendo minorem a majori]. ita summa minutorum, & secundorum, idest, residuum Anomaliae datae intermediz ad differentiam quaesitam. Quod si crescente numero graduum in Anomaliâ, crescat aequatio, pars proportionalis per auream Regulam inventa, additur aequationi proxime minori: Si crescente numero graduum decrescat aequatio, pars proportionalis per Regulam Auream inventa, subtrahi debet ab aequa-

quatione ulteriore. Addatur jam *G*, hoc est, Anomalia Solis vera loco medio Apogei Solaris *E*, resultabit *H*, *locus Solis verus*, qualis ex centro Terrae videtur.
www.Libetud.com.cn

QUINTA OPERATIO. Habitâ per praecedentem, Solari Anomaliâ verâ, sive coaequatâ, invenitur *I*, seu *motus Solis horarius*, per Tabulam XIV, ubi inter velocissimum, & tardissimum differentia non excedit decem minuta secunda. Ibidem habetur etiam *Solis diameter apparetus*, dicatur *K*, ad quinos quoque gradus Anomaliae verae, Est qui (^a) hic addat præterea præceptum pro *Aequatione temporis*, quae traditur in Tab. II; ut *Declinatio Solis* ad singulos Eclipticae gradus in Tab. VI; sed haec, ut & caetera ad Solem spectantia melius deducuntur post cognitionem locum Lunae, & tempus Syzygiae verae, ne operationes sint repetendae. Veniamus ad calculum, Lunae,

SEXTA, & SEPTIMA OPERATIONE ex Tab. XV, eruitur *L*, *locus medius Luna*, & *Apogei Lunaris* (ut factum est in Solari) *M*, addendo Radici quidquid respondet temporis elapso. Tum subtrahitur *M* ex *L*, sive locus Apogei Lunaris a loco Lunae: & residuum indicabit *Medium Lunarem Anomaliam N*, sive Lunae distantiam a suo Apogeo.

OCTAVA OPERATIONE cum invento arcu Anomaliae mediae adeatur Tab. XVI, in quâ exhibetur aequatio centri Lunaris, & eruatur aequatio conveniens Anomaliae Lunari præhabita (ut factum est in Solari), & habebitur *Anomalia aquata Luna O*, Deinde applicetur aequatio inventa Loco Lunae medio, & habebitur *locus Lunae aequalis*, qui in Paradigmatis notatur littera *Ω*,

NONA OPERATIONE inquiritur *longitudo media Nodi Ascendentis Lunaris P*, sive ejus distantia ab initio primi Signi Arietis per Tab. XV. Quia vero motus

(a) *Wijbren.* Praefit. X, problemate I, præc. 5.

tus Nodorum est retrogradus contra Signorum ordinem, idcirco eorum longitudo invenitur subtrahendo a radice partes respondentes tempori postea elapsi. Quod si numerus subtrahendus sit major illo, ex quo facienda subtractio, addantur huic duodecim Signa, sive integer circulus. Cognito Nodo Ascendente innotescit etiam *Nodus Descendens*, qui ab altero distat 180 gradibus. Reliqua ad Lunam spectantia, ut ejus *Latitude*, *Semidiameter*, & *Parallaxis Horizontalis* melius eruetur post sequentes Operationes. AEquatione Nodi per XX Tab. non indigemus in Syzygiis.

Per DECIMAM OPERATIONEM subtrahitur locus inventus Nodi Lunaris Ascendentis a loco Solis invento, & residuum erit *Solis distantia a Nodo Luna Ascendente Q.* Si haec distantia subtrahatur a sex Signis, habebitur *distantia Solis a Nodo Descendente R*; & haec complexa operatio est illa, quam diximus ad finem primae praemitti solere, quando dubium est, an futura sit Eclipsis (in nostro casu minor distantia Solis a Nodo est gr. 6° 4' 45'', adeoque indicat magnam Solis Eclipsum): Si enim praedicta distantia a Nodorum alterutro sit intra terminos possibles, Eclipsis haec poterit esse: si intra terminos necessarios, certa erit Eclipsis: si distantia fuerit major, sive extra utrosque Terminos, non erit Eclipsis. Terminos Recentiores sic assignant: In *Novilunio Medio* distantia Solis ab alterutro Nodorum, si fuerit major 21 gr., non erit possibilis defectus Solis: Si minor 21 grad., & major 15, est possibilis, sed incertus: si minor 15 grad., necessarium erit Eclipsis Solis. In *Oppositione*, seu *Medio Plenilunio* distantia Solis ab alterutro Nodorum Lunæ si major fuerit gr. 14 $\frac{1}{2}$, non est possibile deliquium Lunare: si minor 14 $\frac{1}{2}$, major 7 $\frac{1}{2}$ gr. incertum: si minor gr. 7 $\frac{1}{2}$, certum, & necessarium. De his dictum est in S. IX, Investigationis Periodorum.

UNDECIMA OPERATIONE fit correlio Loci Lunæ, *Anomalia*, & Nodi per Tabulam XVII hoc pacto:

sub-

subtrahatur Apogaeum Solis a loco Lunae aequato, & habebitur *T distantia Luna ab Apogeum Solis*, quae notatur in primâ, & ultimâ Columnâ ejusdem Tabulae. Subtrahatur praeterea locus verus Solis a loco Lunae aequato, & prodibit *Distantia Luna a Sole* (notum est in oppositione, distantiam Lunae a Sole debere esse grad. 180, in conjunctione grad. 0.) Gradus istius distantiae adscripti sunt in fronte, & ad calcem ejusdem Tabulae (In editione Ingolstadiensi horum loco notantur Romanis numeris Signa, quibus singulis debentur triginta grad.). Columnae vero intermediae exhibent minuta prima, & secunda correctionis ad quinos quoque gradus distantiae Lunae ab Apogeum Solis, & ad singula Signa distantiae Lunae a Sole; itaut in sex prioribus Signis correctio fiat descendendo per additionem, ascendendo per subtractionem. Contra vero in sex posterioribus fiat correctio, ascendendo per additionem, descendendo per subtractionem. Gradus, & minuta non notata in Tabula inveniuntur aliquo ex tribus modis indicatis in Quarta Operatione. Factâ hic applicatione: in exemplo correctionem Longitudinis Lunae indicat litera X, Anomaliae litera Y, & Nodi litera Z.

DUODECIMA OPERATIO, ex Tabulâ XVIII, satis est hîc eruere motum *Luna horariorum scilicet & simplicem* ad habendum tempus Syzygiz, quarendo in primâ, vel ultimâ Columnâ Signum, & gradum jam inventum Anomaliae Lunarî verae correctae: illi enim in Columnâ secundâ respondet motus Lunae horarius factus a, a quo subtrahenda 8°, ut reducatur ad Eclipticam. Ab a sic reducto, si subtrahatur motus horarius Solis, inventus per quintam operationem, a motu horario Lunae hîc reperto, habebitur motus Lunae a Sole, sive b differentia motus horarii inter utrumque planetam. Plura inferius eruentur ex hac Tabulâ; nam in Columnâ tertiatâ habetur *motus horarius verus in conjunctionibus, & oppositionibus:*

in

in quarta Lunæ diameter horizontalis simplex : in sexta *Distantia Luna a Terra* in partibus 100^{m̄ls} semidiametri Terrestris : hæc ultima usui esse potest quærenti longitudinem umbræ Lunaris. Cæterum hæc non videtur necessaria juxta Recentiorum Methodum, in quâ ex apparentibus Luminarium semidiametris, seu Radio Penumbræ, & Disci Terrestris, determinatur an umbra Lunæ Tellurem attingat. Reliqua duo opportunius quærentur infra, post inventum tempus verum.

DECIMATERTIA OPERATIO. Quoniam verð arcus Eclipticæ est communis mensura morū utriusque Lunaris, & Lunæ orbita ponitur ab Ecliptica constanter declinare in Syzygiis angulo 5°, 1', 30" (^a). (Si ponatur variabilis, oporteret ulterius æquari pro ratione varietatis), ut melius innotescat distantia Lunæ a Sole: Locus Lunæ correctus *Reducendus ad Eclipticam*: Id autem obtinetur beneficio Tabulæ XXII, subtrahendo Z, locum Nodi Ascendentis correctum, ab X loco Lunæ correcto, residuum est *Argumentum Latitudinis* e, sive distantia Lunæ a Nodo Ascendente, quæ ad binos quoque gradus notatur in primâ, & ultimâ Columnâ. Si Argumentum latitudinis occurrat in Signis, in fronte Tabulæ indicatis, adhibetur prima Columna descendendo, & correctio fit per subtractionem. Si verð Argumentum latitudinis occurrat in Signis notatis ad calcem, quærentur ejus gradus in ultimâ Columnâ, & correctio fit per additionem. Quid si Argumentum latitudinis habeat gradus, & minuta non notata in Tabulâ, erui poterit correctio ex eadem Tabulâ, addendo minori reductioni semidifferentiam reductionum, inter quas mediat correctio, quando crescente arguento latitudinis crescat reducio, aut contra, subtrahendo a minori reductione semidifferentiam earumdem, quando crescente argu-

G men.

(a) D. Jacob. Caffini in Tab. suâ XVIII, posuit inclinationem Orbitæ Lunaris gr. 5, 1'. Nos in Ta-

bula II assumptimus grad. 5, 1', 30" in Syzygiis.

mento latitudinis, decrescat reductio. In exemplo locus *Luna* reductus ad Eclipticam notatur litera *e*, Reductio litera *d*.

www.histoire.ens.fr/~mehan/

S. IX. Canones Calculi utriusque Luminaris pro tempore Syzygia VERÆ, & correctio precedentium.

Quoniam Operationes hactenus peractæ dant nobis Luminarium loca pro tempore Syzygiæ Mediae per hanc quærimus Veram. Sit ergo DECIMAQUARTA REGULA: *Syzygia media convertitur in Veram*, invento loco Solis vero (per quartam Regulam, & loco Lunæ vero per undecimam). Si utriusque Planetæ loca sint eadem, aut ex diametro opponantur, tempus Syzygiæ medie erit idem ac tempus Syzygiæ veræ. Quia vero plerumque loca prædicta non congruunt, quod motus veri sint inæquales, si verus Solis locus, aut ei ex diametro oppositus sit major loco Lunæ ad Eclipticam reductæ, Syzygia vera fit seriæ, quam indicetur a Syzygiæ mediâ, eo temporis spatio, quod requiritur, ut Luna motu proprio locum Solis magis Orientalem, vel ei oppositum assequatur. Si vero Locus Solis, vel Soli oppositus minor sit loco Lunæ ad Eclipticam reductæ, tunc Syzygia vera contingit ceterius quam indicetur a Syzygiæ mediâ, eo temporis intervallo, quod insumit Luna ad talem a Sole, vel loco opposito ulteriore progressionem assequenda: quod ex data differentia motuum horariorum (ex XII Canone) eruitur: si fiat ut arcus Eclipticæ ad arcum, ita tempus ad tempus, nempe ut differentia motuum horariorum ad unam horam, ita & distantia inter Sollem, vel locum Soli oppositum ad quartum proportionis terminum; numerus enim *g*, qui resultat, est quantitas temporis addenda, vel subtrahenda juxta datam Regulam, ut Syzygia media convertatur in veram. Utile est hanc operationem peragere, donec differentia penè evanescat; ita ut tempus addendum, vel sub-

subtrahendum non excedat quatuor minuta temporis ; nam major subtilitas, & coherentia cum Cælo spectari vix potest. Aliæ zquationes Lunares pro gradibus extra Syzygias non habent hic locum. Aliis terminis, ut motus Lunæ fictus, sive simplex a Sole est ad differentiam inter verum locum Solis, ejusque oppositum, & locum Lunæ zquatum ; ita una hora ad horas, minuta, & secunda Temporis inter tempus Syzygiz mediz, & tempus Syzygiz verz, quod addendum Syzygiz mediz, quando verus locus Solis, vel ejus oppositus excedit Locum Lunæ ; subtrahendum quando est minus, ut habeatur tempus medium Syzygiz Verz.

Pet DECIMAM QUINTAM REGULAM tempus medium, sive zquabile sic Astronomicè inventum, convertendum in tempus verum sive apparenz, quod est iniquale ; idque obtinetur inspectione Tabulæ III, sed operando modo titulis contrario (illi enim erant ad convertendum tempus apparenz in medium, ut expressè monetur ad calcem), adeoque addatur zquatio h, ubi titulus vult subtrahendam : subtrahatur, ubi titulus jubebat addendam. Quod etiam observandum in medio Tabulæ, ubi pro A Signo Additionis, intellige S Signum Subtractionis, & viceversâ ; tunc enim indicatur zquationem esse mutandam juxta idem Signum in gradibus, qui sequuntur, ut deinceps evadat Additiva, si prius erat subtractiva. Hæc Tabula III propter lentum Apogei motum defervire potest nostro, & altero proximo seculo : nam exactius operando saeculis remotioribus foret aliqua varietas (quamvis hæc ab aliquibus in re præsenti contemnatur), quia ex variato Apogeo etiam in eadem Longitudine mediâ, varia erit zquatio centri Solis, & varia Ascensio recta pro variata Anomaliâ (a). Auctor Tabularum hanc zquationem pro arbitrio aptavit diei primæ Januarii

(a) Vide Le Hir, in usu Tabularum, precepto primo.

1700, ut esset σ in meridie (sed tum Ascensio Recta superasse dicitur medium Solis locum (α) grad. 1, 3 $'$, 30 $''$], simulque monstravit modum eruendi varietatem pro dato anno, habitâ scilicet Ratione prædictorum Elementorum.

DECIMASEXTA REGULA. Quoniam in tot operationibus nulla habita est ratio minutorum Tertiiorum, fieri potest, ut ex eorum aggregato resultet differentia aliquot minutorum secundorum. Idcirco fit *Restitutio calculi*, supputando motus medios Solis, Lunæ, Apogeï, & Nodi in eâ quantitate, quâ inventum est tempus per calculum, cum applicando has partes motuum mediorum motibus mediis prius habitis, ut inveniatur *motus medius Restitutus Solis k*, & Anomaliz Solaris *l*, Loci Lunæ *m*, &c. tamdiu repetendo calculum, donec particulæ temporis residuæ non excedant quinque minuta, quia ulteriorem præcisionem, & congruentiam cum Cœlo ex nullis Tabulis potest quis sibi promittere. Memento motum Nodi esse retrogradum, adeoque ejus locum inveniri per subtractionem, quando alii inveniuntur per additionem, & viceversâ.

REGULA DECIMASEPTIMA. Cum loco Solis vero restituto *k*, adeatur Tabula VI, & habebitur *Solis declinatio D*, ejusque species vel Borealis, vel Australis, prout ibi monetur. Quod si locus Solis prætergradus contineat minuta, utemur Analogia, vel alio ex tribus modis supradictis.

REGULA DUODEVICESIMA. Tempus verum, inventum in XV Regulâ, est Parisiense, quia Tabulæ Híreanæ, quibus usi sumus, constructæ sunt pro meridiano Speculæ Parisiensis. Reducendum ergo tempus Parisiense ad tempus dæsi meridiani, v. gr. Florentini, quod fit per Tabulam IV, continentem Catalogum insigniorum Urbium cum earum latitudine Geographicâ,

(α) Propter hanc rationem exactior est æquatio Temporis Cassiniana, que habetur in Cassini Tabulis. Tab. II.

cà , & cum Longitudine expressâ per differentiam temporis primi Mobilis a dato Meridiano Speculæ Parisiensis , ut singulis horis dentur 15 gradus Äquatoris , seu Longitudinis Geographicæ , & singulis minutis horariis dentur 15 minuta Äquatoris . Quia verò prædicta Tabula directè docet quando tempus aliarum Urbium convertendum sit in tempus Parisiense . Hinc quia nunc quaerimus reducere tempus Parisiense ad tempus aliarum Urbium hujus Catalogi , quod hic dicitur subtrahendum , adde ; quod hic dicitur addendum , subtrahe . In exemplo vide lit. x .

REGULA UNDEVICIMA. Horae sic inventae sunt Astronomicæ a meridie ad meridiem , incipiendo annum a meridie diei primæ Januarii (estd aliqui inchoaverint a meridie ultimæ diei Decembris) ; Dies Civilis , & Ecclesiasticus pro jejunis , & Festis incipit duodecim horis ante Astronomicum , ac propterea inchoat annum a media nocte inter ultimam diem Decembris , & primam Januarii : quoniam ergo horae civiles matutinae sunt a media nocte ad meridiem ; & respectivè a meridie usque ad medium noctem , *horæ Astronomicæ facile convergentur in civiles* , advertendo priores 12 Astronomicas communes esse civilibus post meridianis ejusdem diei ; 12 verò posteriores Astronomicas correspondere duodecim matutinis diei civilis sequentis . Dies Italica incipit ab occasu Solis in Scioterii (semihora post occasum Solis , vulgo in horologiis ad pulsum campanæ) incipiendo annum ab occasu Solis diei ultimæ Decembris . Si ergo velis convertere *horas Astronomicas in Italicas* , affige horam XXIV Astronomicam Meridiei datae diei , & Loci (id obtinetur vel per Tabulas peculiares , vel per arcum semidiurnum) , Tempus Astronomicum adde tempori Italico Meridiei , & habebis horam Italicam . Ita in Äquinoctio , si meridies ab umbrâ styli indicatur horâ XVIII Italica , hora tertia Astronomica , erit hora XXI Italica , ut factum est in Exemplo litera y .

Cap.

CANON VICESIMUS. Habito tempore vero Syzygiae verae, invenitur vera *Latitudo Luna* pro eodem tempore per Tabulam XXI, in cuius primâ, vel ultimâ Columnâ ponuntur foli gradus Latitudinis Lunaris: quare si Argumentum constet praeterea aliquot minutis, sumenda differentia inter duas proximas latitudines. Quod si semidifferentia non videatur præcisa, utendum vel Tabulâ sexagenariâ, vel Regulâ proportionum, more in aequationibus, consueto redigendo differentiam inventam ad minuta secunda. Fiat ergo ut unus gradus ad differentiam inventam; ita datus numerus ad quartum proportionalem, qui quando Argumentum latitudinis crescit, erit addendus latitudini minori in Tabulâ repertae: ibidem invenitur etiam species latitudinis, quae in prioribus sex Signis est *Borealis*, in reliquis *Australis*. Excessus extra Syzygias, de quo in fine illius Tabulae, non habet hic usum.

CANON VICESIMUS PRIMUS. Inventâ Anomaliam verâ Lunae, exhibetur in Tab. XVIII, Columnâ quartâ, *Diameter Luna horizontalis*; & in Columnâ V *parallaxis horizontalis Luna*, si quaeratur gradus Anomalia intermedius, in Tabulâ non notatus, etiam diameter Lunae, ejusque horizontalis parallaxis erit intermedia, & invenienda vel per semidifferentiam inter duos vicinos terminos, vel per auream proportionum regulam, ut pars proportionalis addatur, vel subtrahatur juxta supradicta.

CANON VICESIMUS SECUNDUS. Sed abduc adhibenda *Correctio*. Subtractione loco vero Solis ab Apogeo Lunae, eruitur *Distantia Apogei Luna a Sole*; cum hac, & cum Anomaliam Lunae correctam adeatur Tabula XXIII, quâ continetur correctio facienda semper per subtractionem, tam a diametro horizontali Lunæ, quam ab horizontali parallaxi. Gradus Lunaris Anomaliae correctae notantur in prima, & ultima columnâ, quibus in columnis intermediis respondet quantitas correcti-

&ionis facienda juxta titulos Signorum distantia Apogei
 Lunæ a Sole. *Correttio Diametri Lunaris* habetur Co-
 luma II, III, & IV. *Correttio parallaxis horizontalis* in tribus sequentibus. Tres aliae coregunt distan-
 tiæ Lunæ a Terrâ, de qua hic non loquimur; si
 quantitas Anomalia datæ non sit expressa in Tabu-
 là, utendum aureæ Regulâ, ut supra explicatum, su-
 mendo differentiam inter duas correctiones medias.
 Factâ correctione habebitur *vera diameter horizontalis Lunæ*, cuius dimidium erit Lunæ semidiameter
 quæsita: habebitur pariter vera Lunæ parallaxis ho-
 rizontalis. *Semidiameter apparet umbra, seu penum-
 bra Terrestris pro Lunaribus Eclipsibus eruitur sub-
 trahendo semidiametrum apparentem Solis ex aggre-
 gato parallaxis Solis, & parallaxis Lunæ horizontalis,* additis umbræ $20''$, vel etiam pluribus propter
 atmosphærā Terrestrem. *Semidiameter penumbra Lu-
 naris pro Eclipsibus Solaribus habetur ex aggregato
 apparentis utriusque semidiametri Luminarium.* Juxta
 Recentiorum methodum in Optica Eclipsium proje-
 ctione additur hic semidiameter Disci Terrestris, &
 umbræ meræ, vel Lucis. At hæc non indigent ope-
 ratione diversâ: etenim *Semidiameter Disci Terrestris*,
 qualis apparet ex altitudine, in quâ Lunæ centrum
 fertur, æqualis est parallaxi Lunæ horizontali vero.
 Ab eâ quidem, subtilius agendo, subtrahi deberet pa-
 rallaxis Solis; sed quia hæc ab Hippo ponitur $6'$, a
 Cassino $10''$, ab aliis vix $12'' \frac{1}{2}$; idcirco in Linearis
 Ecliptici Typi descriptione, tanquam insensibilis, non
 attenditur. *Semidiameter apparet umbra meræ iis to-
 talibus Solis defectibus desumitur ab excessu, quo ap-
 parens Lunæ semidiameter superat apparentem Solis
 semidiametrum:* & in plano Disci non patitur eas
 inæqualitates, quas in superficie sphæræ pateretur. *Se-
 midiameter Lucis in Eclipsibus annularibus viceversa*,
 ab excessu apparentis semidiametri Solaris supra Lu-
 narum. Hujusmodi autem semidiametri mensurantur
 opti-

opticè sive ex arcu, quem occupare spectatori videntur in circulo Cœli maximo, sive ex angulo, quem sic visi subtendunt. Viceversa, juxta methodum Veterum per Diagramma ulterius hic inquirendæ essent parallaxes longitudinis, & altitudinis, distantia Lunæ, & Nodi a nonagesimo, & alia non tot quin plura.

CANON VIGESIMUSTERTIUS. In utrâque methodo, tam Veterum, quam Recentiorum, ad determinationem Eclipsum oportet scire, quam *inclinationem cum Eclipticâ* faciat apprens *semita centri Lunaris*. Itaque inclinationem Orbitæ Lunæ cum circulo Latitudinis habes in Tab. XXVI, ad partes Nodi propiores, adeunda cum Argumento Latitudinis; sed ea indiget correctione. Idcirco invento motu horario vero Solis, & motu horario vero Lunæ, eruitur ex Tabula XXVII *Correttio inclinationis Orbitæ cum circulo Latitudinis*, subtrahendo quantitatem notatam, ut factum vides in exemplo litera ψ : Ubi adverte *latitudinem penumbrae*, sive distantiam ab Eclipticâ, quam habet centrum vix Lunaris in Disco Terrestri tempore Syzygiæ veræ, esse æqualem ad sensum veræ Lunæ Latitudini.

LEX VIGESIMAQUARTA. Antehac quærebatur tam a Veteribus, quam a Recentioribus *Angulus Eclipticæ cum Meridiano* tempore Syzygiæ veræ. Ejus loco placuit aliis inquirere ejusdem anguli complementum, quod vocatur *Inclinatio Axium Eclipticæ, & Äquatoris*, & utrumque eruitur ex notâ Solis Declinatione, atque Eclipticæ obliquitate, cùm axes sint ad angulos rectos suorum circulorum. Propterea hæc Optica inclinatio in Solsticiis, est nulla, in Äquinoctiis maxima, quanta est obliquitas Eclipticæ, in intermediis spatiis deducenda. Igitur cùm loco Solis vero adeatur vel octava Tabula Hireana, vel LXVII Cassiniana (in hac habetur præterea differentia in singulis gradibus, & variatio in centum annis), utraque ad obliquitatem Eclipticæ grad. 23, 29°: & in-

appo-

appositis numeris dabitur Angulus Eclipticæ cum Meridiano, in cuius plano jacet axis Äquatoris. Si datum Solis locus habeat minuta, non notata in Tabulis, utere consuetâ analogiâ, vel alio ex modis præscriptis. Quia verò Sol concipitur in axe illuminationis ad perpendiculum Disci Terrestris; hinc in hemisphærio Boreali, Meridianus, respectu plani Eclipticæ, inclinatur ad *Ortum*, quando Sol ab initio Capricorni per ultimum, ac primum Eclipticæ quadrantem tendit ad finem Geminorum; viceversâ, inclinatur ad *Occasum* in reliquis Signis, quando Sol ab initio Cancri per secundum, & tertium Eclipticæ quadrantem tendit ad finem Sagittarii. At P. Simonelli, qui utitur secundâ Methodo, offert in suâ Tabulâ ad calcem Constructionis Astronom. *Inclinationum Axium Äquatoris, & Eclipticae* ad dena quælibet minuta, & ad obliquitatem istius grad. 23, 30'. Nos in Nostra Tabula Numerica XIV addidimus synopsim comparationis (quando hanc nonnulli postulabant) cum alia dupliciti hypothesi obliquitatis gr. 23, 29', & gr. 29, 28'.

- *Angulus Inclinationis, & Axis Eclipticæ in Disce est ad Ortum respectu Axis Äquatoris, sive Meridiani, sive puncti Septentrionalis, quando Sol tendit a Solsticio Ästivo ad Solstictium hyemale: viceversâ, inclinatur ad Occasum, quando Sol tendit a Solsticio hyemali ad Solstictium Ästivum: & harum XXIV Operationum coordinatio sufficere deberet pro communi præparatione, seu calculo prævio ad prædicendam Eclipsei, & ad determinandam ejus quantitatem, ac durationem tam juxta Veterum methodum per Diagramma Hipparchi, quam in Methodo Recentiorum per Opticam projectionem, quam vocant Ecliptici Typi Constructionem.*

C A P U T I V.

*Calculi superioris Exemplum, Fundamenta,
& Usus pro determinatione Eclipsum,
earumque Opticâ Representatione.*

§. X. *Paradigma superiorum Canonum, & Operationum.
Consensus Halleji in Anglia; P. De Rebeque, & Eq.
De Louville in Gallia; C. Hausen in Germania; Man-
fredi, & Ghislerii in Italia.*

Exemplum sit in Novilunio Magnæ Solaris Eclipsi
die 22 Maji anno 1724, cujus observationes de-
dimus in secunda Parte. Operationes juxta com-
munem methodum previz, tum ad Ecliptici Typi con-
structionem, tum ad antiquum modum predicendi,
sunt sequentes, deductæ ex Hirianis Tabulis.

Dies) hor.) min. i. sec.

I. Radix Novil. an. 1700 completo	21	13	5	34
an. 23 expletos	3	7	29	10
ad totum Aprilem Bisext.	2	22	3	47
Summa	27	17	38	32 A
Numerus proximè major inter Novilunia	59	1	28	6

Ex hoc numero proximè ma-
jori subtracto A, Residuum
erit B, nempe dies 21 7 49 35 B
hoc est dies completi 22, hor. 7,
m. 49", 35" post meridiem
primæ diei Maji usque ad
Tempus Syzygia Media qua-
fita.

II.

Inv. III, CAP. IV, EXEMPT. CALC. PRÆV. 59

Sign.) Grad.) min.) sec.

IV. Pro Solis longitudine Radix

anno 1700	9	10	52'	27"
An.	23	11	29	26
April. Bis.	3	29	15	48
Dies 21		20	41	33
hor.	7		17	15
min.	49'		2	2
sec.	35			

Summa exhibet Medium Solis
Longitud. seu distantiam ab V 3 0 35 38 C

III. Radix Apog. Sol. ad an. 1700	3	8	7'	30"
annos 23			23	35
April. cum reliquis 22 diebus, quorum unus pro Bissexo			23	

Summa dat medium Longitudi-
nem Apog. Solis 3 8 35 28 E
Subtracto E ex C, aucto Sign.
12, ut minor a majori sub-
trahi queat, resultat media
Solis Anomalia, sive distan-
tia a suo Apogeo. 19 22 4 10 F

IV. *Equatio Centri Solis adden-*
da præcedenti.

1 9 36

Anom. media ad Sign. 10, gr.
22 foret 10 23 18 46 G

H 2

Grad.

Grad. 1, 9, 42^o
1, 8, 7 proximè ulterior
decrescens

www.libtool.com.cn

1, 35 æqual. 95" differ.
Ut ergo 3600" ad 95", 253. 6²⁴³⁵₃₆₀₀

ita ad

1 gr. ad differ. 4', 13" 6²
quibus detractis, habetur inter-
gra æquatio 1 grad. min. 9,
36", quæ addita in nostro ea-
liu. Anom. Medix dat Veram
Solis Anomaliam G.

Addito G ipsi E resultabit H^(sign.) Grad. } min. } sec.
Vera Solis Longitudo. 2 1 45' 14" H

V. Morsus Solis Horar. 2^o, 24" - I,
cui respondet Diameter So-
lis 31', 43", 54".
Assumi possunt 31', 44", imò &
45" propter index. radiorum.

31' 44" K

VI. Pro medio Lunæ motu ab V

Radix ad annum 1700.

ann.	23	5	21	32"	1"
April. Bissextil.		5	4	20	37
Dies	21	9	6	42	15
hor.	7		3	50	35
min.	49			26	54
sec.	35"				19

Sum. Medicus Luna Loens, seu
Longitude in Ecliptica L

M	6	28	35	32	L
N	7	3	0	19	

Inv. III, Cap. IV, Exemp. Calc. Præv. 61

VII. Motus Apogei Lunaris	(sig.)	(Grad.)	(min.)	sec.
Radix ad annum 1700	15	6	53'	40"
An.	23	7	5	50
www.libtool.com.cn				28
April. Bissextil.		13	28.	50
Dies	21	2	20	23
hor.	7		1	57
min.	49			14
sec.	35		0	10"

Summa Longitud. Apog. Lunaris 6 28 35' 32" M
 L, minus M dat N, id est Me-
 diam Luna Anomaliam N 7 2 00 19 N

VIII. Æquatio Centri Lun. Anom.

Sign. 7, gr. 2, habent pro
 æquat. gr. 2, 38', 4": haec
 addita Anomaliae mediz dat
 Lunae Anomaliam æquatam 7 4 38' 23" O
 Haec addita ipsi M dabit Lo-
 cum Luna æquatum, nempē
 O plus M dat a 2 3 13 35 Q

IX. Motus Nodi. Epochæ 1700 4 28 2 4"

An.	23	2	24	49	22
www.libtool.com.cn	April. Bissextil.		6	24	28
dies	21	2	6	43	
hor.	7			56	
min.	49			6	
sec.	35		0	5"	

Summa subtrahenda ex Epochâ 3 2 25' 35"
 Relinquitur Ædus medius Nodi
 Ascendentis. 1 25 40 29 P

X. Sub-

X. Subtrahendo P ex H residuum

erit Distantia Solis a Nodo Sig. (Gra.) min.) sec.

Ascendente

6 4 45" Q

Adeoque a Nodo Descendente

	5	23	55	15	R
	6	0	0	0	

XI. Ex α subtracto E, prodit T

Distantia Lunae ab Apog. Sol. 10 24 42 27 T

Item ex α subtrahatur H prodit U

Distantia Lunae a Sole 3 28 41 U

Cui ex Tab. XVII, respondet

correctio 7', 31", in nostro
casu subtrahenda, cum distan-
tia a Sole sit in secunda Co-
lumna : Distantia ab Apo-
geo Solis in ultima, ubi pro
correctione ad Sign. X,

gr. 25, notantur 7, 28"

ad gr. 20, notantur 8, 17, ergo ad
gr. 24, debetur 7, 38, &c.Inventa correctio 7', 31", sub-
trahatur ex α dabit X Lo-
cum Lunae correctum in E-
cliptica,

2 3 6 24 X

Eadem correctio subtracta ex
Q dabit Anomaliam Lunae
correctam Y

7 4 30 52 Y

Eadem correctio subducta ex

P dat Locum Nodi correctionem Z

1 25 32 58 Z

XII. Motus Lunae horar. fictus, sive

simplex in Orb. ad Anomaliam

verz Sig. 7, gr. 5 - 35' + 23" decrescens

ad gr. 9 - 35, 32"

Differentia --

9"

Ergo

Ergo ad gr. $4\frac{1}{2}$ respondebunt $35'$, $24''$.

Ab his subtractis $8''$, ut redu-

catur ad Eclipt., residuum est

Motus Lunae simplex $35^{\circ}, 16''$. α

Ab a subtracto I Solis motu $2'$, $24''$.

Differentia est Horar. Lunae

motus simplex, seu fictus a

Sole

$32', 52''$. b ... seu $1972'$

Motus Lunae horarius *Vetus*

tempore Syzygiae Mediae (si

etiam hic inquiratur)

Sign. 7, gr. 0.. $37', 39''$. decrescens

$5 - 37', 19''$.

Differentia $20''$.

Ergo ad gr. $4\frac{1}{2} - 37', 21''$

Subtr. pro Redut. ad Eclipt. $8''$

Remaneat pro motu Lunae vero $37', 13''$

Subtracto I motu Solis vero $2', 24''$

Differ. hor. Lunae motus ve-

ri a Sole $34', 49''$. b ...

Sed adhuc corrigendus pro

tempore Syzygiae *veneris*.

XIII. Ab X loco Lunae correcto usq. grad. min. sec.

subducendo Z. $z - g = 6' 24''$

Locum Nodi correctum

Resultat Argumentum Latit. Lu-

nae C

$7 38' 26''$ C

Reductio illi conveniens ex Ta-

bula XXII.

ad grad. $8' 1', 50''$.

ad grad. $7' 1', 37''$.

Differentia

$13''$

Ergo

Ergo gr. 7, 33' - 1', 44" - d

Ablato d ab x, habebitur (Sig.) Grad.) min.) sec.

Locus Lunae reductus e 2 3 4 40" - e

www.libtool.com.cn

XIV. Ex hoc, quia majore

subtracto H,

2 1 45 14

habebitur arcus Distan-
tiae Lunae a Sole
quo Syzygia vera pra-
cessit Medium. Jam vero

1 19 36 - 4776' f

ut 1972, (ad 4776" ita (3600 (ad 8718" 179
6 (f;) h. 1) hor. 2, 25', 18" 1 g
quae divisa per 60 dant 145 1/2
hoc est horas 2, 25', 18"

Subtracto g ex Syzygia media B,

Syzygia vera foret post completam diem 21,
hor. 5, 24', 17".

XV. Facta aequatione. Tem-

poris ad Geminor. gr. 1 1/2

quae in nostro casu adden-

da procedit 8, 1" . b. prodit

Syzygia vera Parisis h. 5,

32, 18" post merid. diei

currentis 22 Maii, fide

post completam die 21 a

merid. primae Maii, eu-

jus nota sit litera i.

XVI. Lon-

XVI. Longitudo Solis per Epsas erat H.

^{Sig.)} Grad.) min.) sec.

2 8 45' 14"

Quoniam in casu nostro Syzygia vera preecessit medium tempore g, subtracto arcu huic temporis debito,

6 42

Habetur Locus Solis versus restitutus

2 2 38 32=8

Subtracto E-ex k, eruitur Vera Solis Anomalia Restituta

10 23 7 40 1

Longitudo Lunae in Ecliptica erat x

2 3 6 24

Subtracto arcu invento

1 19 47

Locus Lunae Restitutus foret

2 1 46 37 1

Sed reductus ad Eclipticam

2 1 38 51=9

Loco Apogei Lunaris M, subtracto arcu debito sec. 46", dabitur locus Apogei Lunaris Restitutus

6 28 34 46=1

Loco Nodi Z si addatur arcus debitus, prodit Locus Nodi Restitutus.

1 25 33 17=9

Distantia Lunae ab Apogeo Solaris m, minus E

10 23 15 9=9

Pro reductione ad Eclipticam

7 46=9

$o-p=t$ Anom. Lunae restitutae

7 3 3 59=9

$o-q=u$ Argum. Latit. restituto

6 5 34=8

Ad tempus Syzyg. verae Arcus debiti sic inventi.

hor.	Solis longitudo	C med. mot. ab V	Ap. Lun.	Mot. 88
2	= 4' 56"	3' 5' 53"	33"	16"
min. 25'	= 1 1 35"	13. 44	13	53
sec. 18"	= 44 21	ferè 10		
Arcus debitus	= 6 42	3 19 47	46	19 Rett.

XVII. Cum loco Solis Restituto & in \square 1, 38', 32"

in Tabula VI ad Geminorum

Grad. 2 = 20, 35', 39"

www.libtool.com.cn

t = 20, 23, 49

Differentia 12, 10 = 730"

Ut unus grad. sive 3600" ad 730" ita

Declinationis residuum 38', 32", si-

ve 23 12" ad 467³³66, idest 7', 47",

qui quartus terminus si addatur in

nostro casu aequationi gradus primi

ut pote minori, dabit quae sitam So-

alis Declinationem Borealem grad. 20 32 36 D

XVIII. Differentia Meridiani Florentini

in ortum a Meridiano Speculae Pa-

risiensis ex Tabula Hircana Mis. hor.

Ex Prima Cassiniana 38' 30"

Ex Nona Manfrediana 35 58

Ex Prima 2. Partis P. Maire 36

Quibus additis in tempore Parisieni

resultat tempus Florentinum ho-

ras 6, 7, 38" = x

Quia vero hoc aliunde seriùs verà

conjunctione videbatur, assumpi-

mus in nostro Icomismo XIV hor.

6, 6', pro tempore Syzygiae ve-

rac. Florentiae. Consequenter Ro-

manae hor. 6, 10¹, non 6, 12', ut

ex priori numero deducebamus in

Epilogismo, qui ad calculum prae-

seatem exigendus.

XIX. Quoniam Sol ponitur constanter

occidere hor.

Arcus semidiurnus Florentiz die 22

Maji hor. www.libtool.com.cn

23 30°

7 25 30

Ergo Meridies tali die ibidem h. 16 4 30

Huic horz meridianz addito x 6 7 38

prodit y Syzygia vera Florentiz

bore Italica in Scioteriis.

22 12 28 = y

XX. Pro Latitudine Lunz ex Tab. XXI.

Ad Argumentum Latitud. grad. 7 = 36° 42"

grad. 6 = 31 28

Differentia 5 14 = 314"

Ergo Argumento Latitud. gr. 6 5 34

data sua parte proportionali

debetur Latitudo 31 38 = ?

Quz, cum sit in uno ex prioribus Signis, est Bo
realis, eique zqualis est ferè Latitudo Penumbra
in Disco, tempore verz Conjunctionis.

XXI. Factâ Restitutione, Lunz motus ho.

xarius fictus est 32° 53"

Lunz motus horizontalis

Ex eadem Tab. Diamet. horiz. Lunz foret 33° 30

Parallaxis horizontalis 60° 47'

nam ad Anomaliam Sign. 7, 0 = 60° 54'

33° 30' - 60° 54' = 5° 36' 41"

5° 36' 41" - 60° 47' = 5° 49' 13"

Differ. 501601 3813

Ergo ad grad. 3, = 60° 47'

I 2 XXII.

XXII. Ex Tabula 23 Diametro Lunæ subducenda

Ergo diamter horizontalis Lunæ correcta $33' 4'' = 9'$
 Parallaxi horizontali subtrahenda 12

Ergo parallaxis Lunæ correcta $60 33'' = 60 36''$

Cui æqualis est *Semidiameter Disci Terrestris*, detracta parallaxi Solari, quæ cum sit minor $13''$ in praxi vix attenditur. In nostro Typo assumpsumus $60'$, $24''$. In Tabula 24 habes incrementum Diametri Lunæ ad quinos gradus Altitudinis supra horizontem. Expeditor est Cassiniana XXIII, ad singulos gradus, v. g. in nostro casu ad gr. 9 , adduntur semidiametro horizontali $3''$.

Semidiam. Lunæ horiz. $16', 32''$

Semidiameter Solis $15, 52$

Sum. æqualis Semidiameter penumbræ $32, 24$

Excessus Semid. Lunæ supra semid. Solis 40 sumatur paulo minor, v. g. $39''$, vel $38''$.
 æqualis semidiametro umbræ meræ.

Semidiameter Disci $60, 24$

Semidiam. Penumbræ $32, 24$

Summa (longè major,
 quam Latit. Lunæ) $91, 48 = 1 32', 48$
 adedque Eclipsis certa (Vide nostram II Tabulam) etiamsi latitudo Lunæ superaret summam inventam $26''$, ut notat Cl. Jac. Caff. pag. 49, Explic. suarum Tabul.

Inv. III, Cap. IV, Exemp. Calc. præv. 6.

Ex Apogeo Lunæ subtrahatur Sig.) Grad.) min.) sec.

locus Solis verus	6	28	34'	52"
sive ex p minus k prodibit	2	1	38	32

www.libtool.com.cn

Distantia Apogei Luna a Sole 4 26 56 20

XXIII. Cum invento & argumento Latitudinis vero ex Tabul. XXVI, prodirent, additâ parte proportionali, grad.

Sed ex Tab. XXVII subtrahenda

85° 0' 5"

20 52

Prodit apprens Inclinatio via penumbra gr.

84 39 13 = ψ

D. Jac. Cassinus Cap. IX, explicat:

Ad inveniendam Lunaris Orbitæ veram inclinationem cum circulo Latitudinis, subtrahit 16', juxta suam Tabulam XXV, & ex Tab. XXVI subtrahit Angulum Reductionis, ut habeatur Inclinatio apprens ejusdem Orbitæ.

XXIV. Pro Inclinatione Axium

Aequat., & Eclipticæ habitu &

loco vero Solis in Gem. gr. 1 38' 32"

In Tab. VIII, ad gr. 2, Gem. = 78 28 17

ad gradum primum 78 6 20

Differentia

21 57 = 1317'

Ut ergo 3600", sive unus gradus ad 1317", ita 38', 32", sive 2312" ad 851", nempe

24', 31"

Vid. Fig. 33,
Tab. XIV.

14', 11'', addenda numeris primi gradus, adeoque Angulus Meri- diani, & Eclipticꝝ <i>BTE ad or-</i> <i>sumum in casu nostro correspon-</i> <i>dens k loco vero Solis est</i>	78	20'	31''
quibus ad 90 grad. deest <i>BTE</i>	11	39	29 = 0
Complementum			

Sive angulus Inclinationis axium
in casu nostro (in quo Sol ten-
dit a Solsticio hyberno ad Aesti-
vum) ad occasum Meridiani

90° 0' 0''

Hæc in hypothesi obliquitatis E-
clipticꝝ gr.

23° 29'

juxta *De la Hire. P. Simonelli* in sua
primâ Tabulâ in hypothesi obliquitatis
Eclipticꝝ gr.

23° 30', ad Gem. gr. 1, 40'

signat pro ax. inclin. gr. 11, 39, 36', ergo ad gr. 1, 30', 38'

Geminor, debentur gr. 11, 40, 8

Inclinatio Axium su-

pra inventa

11, 39, 29

Differentia

39

unde in praxi patet usus illius. In hypothesi obliq.
Ecl. gr. 23, 28'.

Consule nostram Tab. XIV, Figurem Phasium
ejusdem Eclipsis, Hildburgusꝝ observatz a D. Wagner.
Vide in Act. Erudit. Lips. 1715, Mense Auguſti.

His jamdudum absolutis accessit triplex notitia (a),
quæ deservire potest ad videndum Eruditorum con-
fessum sum in calculo prævia, tum in eius usu, ac
determinatione Eclipſium facienda in sequentibus.
Cœl. Hallejam an. 1715 edidisse pro Eclipsi Sola-
ri an. 1724 umbroſa Zona portionem (viam umbræ me-
re per magnæ Britanniae Regna, quæ ab Hiberniæ

(a) In Supplm. Actor. Erud. Lips. & in Excerptis Botoniidem Tom. VI, pag. 434, &c.

litore orientali per Angliam (Meridionalem) protenditur usque ad Normannia, Piccardia, & Insulae Franciae partem, centrum exit ab Hibernia in Latit. gr. 52, 20': ingreditur Angliam ad Brides Bay, & Galliam intrat ad occasum Dieppæ, ut Lutetia in ea Zona contineatur. Calculos non edidit, consensum vide in Tabul. XIII. 2.^o Innotuit ex Diario Trevoltiensi, mensis Martii 1723, a R. P. De Rebeque S. J. editam Dissertationem de Transitu umbrae ejusdem Eclipsis per Europæ Regiones. Calculi, quo utitur, elementa sunt hæc. Novilunium verum Paris. h. 5, 33', 1''. Excessus diametri Lunaris supra Solarem 1', 19''. Parallaxis Lunaë horiz. 60', 33''. Semidiameter Penumbrae 32', 28'', & in partibus circuli maximi 32', 26''. Diameter media umbrae meræ, quam in Novilunio habet pro circulo 24 Leucarum maritimorum cum 1902 Hexapedis Regiis. Semid. ejusdem 12 Leuc. cum 951 Hexap. Mora obscurationis Totalis, ubi Ecl. est centralis 2', 15''. Latitudo maxima centri umbrae gr. 58, 17', in Longit. gr. 322, 6' (supponens Lutetiam, cuius Latitudo est gr. 48, 50, distare a primo Meridiano grad. 20). Latitudo centri tempore conjunctionis gr. 51, 36'. Calculum Eq. De Louvile ianui par. 2, cap. 2: reliqua ejusdem Elementa vide infra S. XIII in Methodo Algebraica. Accepimus 3.^o D. Chrissiani Arg. Hansen in Ac. Lips. Mathem. Prof. Phænomena transitus Penumbrae, & Umbrae plenæ supra Tellurem in Novil. die 22 Maii 1724. Is postquam animadvertisit viam umbrae merae a P. Rebeque expositam paulò Australiorem, tradit ex Geometriâ: Quod si sphaera fecetur a cono, figura sectionis erit circulus, ubi axis coni transeat per centrum sphaerae, adeoque umbra erit circularis solum quando Novilunium fit in Nodis. In reliquis casibus erit Ellipsoides sphaericum. Quod si axis coni moveatur in plano, per centrum sphæræ non transeunte, Ellipsoides sphaericum habebit semper axem majorem in

in plano transeunte per axem coni, & centrum sphærae, hoc est in casu umbrae Lunaris per centrum Solis, Lunæ, & Terræ, qui major axis erit brevissimus in maxima viciniâ centri sphærae, idest in puncto medianum tenebrarum. Axis minor, sive transversus, qui juxta viam centri est priori ad angulos rectos. Latitudinem Zonae, intra quam cadunt omnes Ellipsoides in casu veri coni assiduè mutari; maximam esse in puncto vicinissimo centro sphærae, aequalē in distantiis ab hoc puncto aequalibus. Portionem Axis majoris superiorem, idest, quæ a centro remotior est, semper esse longiorem portione inferiore, quæ a centro viae ad centrum sphærae dirigitur. Elementa, & Capita præcipua subtilissimi, & copiosissimi ejus calculi sunt haec, Tempore ad Merid. Paris. relato: Novilunium verum hor. 5, 33', 3" (nobis in operat. XV, h. 5, 32', 18", & sic in aliis facilè est videre consensum) Latitudo centri umbrae in conjunctione gr. 51, 41', 23". Latitudo vera Lunæ 32, 10" motus horarius Lunæ a Sole 35', 3". Diameter Solis 31', 44". Diameter Lunæ 33', 2". Diameter umbrae merae 1', 18". Parallaxis horizontalis Lunæ 60', 30". Moment. Med. Tenebr. h. 5, 27, 55", in latit. gr. 50, 29', 25", in long. gr. 284, 27', 2". Centralis Obscuratio Duratio 2', 13"; tunc autem axis major 29 Leuc., & 63 Hexap. Axis Minor 24 Leuc. & 1719 Hexap. Distantia Limitis Boreal. Zonae umbrosae a via centri 14 Leuc. cum 1632 Hexap. in axis Majoris portione superiore. Distantia limitis Australis a via centri 14 Leuc. cum 1283 Hexap. ex parte inferiori. Init. Eclips. in Tellure, quando penumbra extremitas præcedens oriente Sole primò attingit Tellurem hor. 2, 58', 40", in Lat. Bor. gr. 2, 58', 4", in Longit. gr. 244, 43', 15". Contactus extremitatis sequentis, ubi finit Eclipsis Oriente Sole h. 4, 42', 45" in Lat. Bor. 2, 58', 4", in longitud. gr. 218, 4' in loco occidentaliore. Centri umbrae ingressus h. 4, 2'

in

in Lat. Bor. 13, 59', 15", in Long. 225, 8', 21". Egressus centri hor. 6, 55', in Lat. Bor. 44, 55', 35", in Long. 28, 28', 59". Extremitatis penumbrae praecedentis contactus in egressu a Tellure h. 6, 13', 5" in Lat. Bor. 34, 26', in longitud. 32, 6', 48", in loco orientaliore, ubi occidente Sole incipit Eclipsis (propterea a loco occidentaliore ad hunc penumbra pervenit gr. 173, 25', 48" in longitud.) Ultimus contactus penumbrae in egressu e Tellure, quando extremitas sequens Terram ultimò attingit hor. 7, 57', 10", in Lat. gr. 34, 26', 49", in Long. gr. 6, 5', 33", ubi finit Eclipsis occidente Sole. Duratio totius Eclipsis hor. 5, 4' (forte propter refractiones superadditas; nam ex datis numeris eruitur h. 4, 58', 38") Extremum superioris axis penumbrae cadit extra Tellurem: portio illius superior ad semidiam. penumbrae ut 234 ad 1943. Hinc oriente Sole Def. Max. in Limite Bor. dig. 1, 18', in Lat. gr. 63, 35', in Long. gr. 259 (ita legendum puto; nam 159, ut habetur in impressione, non concordat cum reliquis) 35', 29": In limite Australi cum Lat. Cognomine gr. 20, 11', 54", in Long. 298, 37', 45", phasis in vertice dig. 0, 8'. Plura alia videri possunt apud laudatum Auctorem, qui in *Additione* (a) exponit constructionem curvarum a sectionibus sphaerae per Conum prodeuntium; & tum ad exercitationem ingenii, tum ad servandum Geometricum rigorem, revocat valorem rectorum in communi typi Descriptione (earum praesertim, quae a centro Disci ad viam centri umbras ducuntur) revocat inquam ad literas, & Signa Algebraica: tum inventos valores substituit in aequatione ad *Parabolam*.) Hac progredi pluribus placeret si cum difficultatibus extrahendi radices quadratas, &c. non esset conjuncta specialis Longitudo, ut Auctor ipse fateatur in hac via *calculi prolixitatem*. (Vide dicenda

K

da

(a) In Excerptis citat. Tom. VI, pag. 323.

da §. XIII in Methodo Algebraica). Consensum superioris calculi cum Italiae Eruditis in Ephem. & typ. D. Manfredi facile est cuique agnoscere ; atque in Ephemer. D. Marchionis Gislerii ex Hiricanis Tabb. &c. melius patebit ex §. XII.

§. XI. Superioris Methodi Fundamenta : cur ejus longitude objectari non possit Recentioribus ab antiqua via Sectatoribus. Totum artificium calculi prævii adhuc ulterius abbreviari posse ac debere. Quot clementa peti vulgo solent ad praedicendas Eclipses. Detecta duplex radix longitudinis ; indicati aliqui modi abbreviandi.

Fundamentum praedictorum Canonum , atque operationum nititur 1.º Observationibus , ex quibus constant motus planetarum , eorumque periodi . 2.º Analogiae ; cum enim totum sit aequale suis partibus , a toto cognito optimè arguitur pars aliqua , & viceversa , tam in partibus circuli , quam in partibus temporis , ex quibus Geometrae suas fabricant demonstrationes ; sic etiam cognito motu diurno per simplicem additionem eruitur motus menstruus , & annuus , & viceversa ex anno diurnus , horarius , &c. , unde apparet artificium , & constructio Tabularum Astronomicarum . 3.º Naturae Eclipsum , si in Solis defectibus attendatur aggregatum ex parallaxi Lunae horizontali , & semidiametro Lunaris penumbrae : in defectibus Lunae attendatur summa ex semidiametris apparentibus umbrae Terrestris , 20' , vel pluribus secundis auctae propter atmosphaeram , & Lunae horizontalis ; alioquin , per se loquendo , non haberetur Eclipse (quidquid sit an appareat per accidens propter refractiones) nisi Luminarium , vel umbrarum centrum sint intra terminos , in quibus mutua distantia sit minor praedita summâ . Et jam nullus est qui non videat superioris viae Longitudinem , sed cum constiterimus in ea parte , quae communis est Veterum methodo , nemo ex iis , qui antiquam tenent viam , exprobrare potest novac

novz longitudinem, quamdiu ambz nondum divisat
in unam coalescunt: sed numquid breviari ulterius
poterit? utique. At si tota illa series canonum, atque
operationum Calculi prævii per omnes, & singulas par-
tes, atque perspicue tradi debeat, non facile appareat
quomodo brevius, & clarius exponi queat; itaque
optata brevitas necessariò petenda videtur ex artificii
mutatione, sive ulteriori perfectione. Sed quænam est
radix tantæ longitudinis. Duplex opinor. Prima est
multiplex elementorum, quod ante praedictionem,
vel constructionem postulatur; quod enim plura pe-
tuntur, ed plura oportet in satisfactionem afferre. Pro
Eclipsibus Solaribus, in quibus est major difficultas,
P. Simonelli ad pauciora restrinxit, quæ declarat in
sua propositione XVII, dem普is prioribus, quæ suppo-
nit communis methodo eruenda, pleraque ipsemet ex
suis prepositionibus, & Tabulis determinat, ut *Luna*
veram longitudinem, ex sua prop. XIII. *Angulum a-
xiūm Ecliptica, & Äquatoris*, ex prop. III, &c. *An-
gulam apparentem Orbite Lunaris, & Ecliptica*, ex
Propos. XVI. Attentè Recentiorum Constructione pro
Eclipti Solari, peti solent hæc Elementa. 1.^o Novilu-
nium verum tali hora, & minuto, respectu dati meridi-
diani: Sed hoc unum quām multa complectitur?
2.^o Vera Solis longitudo. 3.^o Ejus declinatio ab Ä-
quatore. 4.^o Vera Lunæ Longitudo. 5.^o Argumentum
latitudinis Lunæ, ex quo eruatur Lunæ latitudo, &
species sive ad Boream, sive ad Austrum, ac qualitas
vel crescens, vel decrescens. 6.^o Lunæ parallaxis Ho-
rizonalis. 7.^o Semidiameter apparet penumbrae Lu-
naris, atque umbrae vel lucis. 8.^o Motus horarius
penumbrae a Sole relatus ad Eclipticam. 9.^o Optica
inclinatio axis Eclipticæ cum axe Äquatoris, aut etiam
cum axe Orbitæ Lunaris. Pro Eclipsibus Lunæ:
1.^o Pleadium verum tali tempore, respectu dati me-
ridiani. 2.^o Longitudo Lunæ, sive ejus locus ad E-
clipticam redactus. 3.^o Argumentum latitudinis Lu-

12, ex quo eruatur. 4.^o Lunæ latitudo, ejusque species sive Australis, sive Borealis, ac qualitas sive crescens, sive decrescens. 5.^o Semidiameter penumbræ Terrestris. 6.^o Lunæ diameter horizontalis. 7.^o Pro majori accuratione apparet Luna diameter tempore Plenilunii. 8.^o Inclinatio Lunaris orbitæ cum circulo Latitudinis. 9.^o Motus horarius Lunæ a Sole, relatus ad Eclipticam. Altera radix molestæ Longitudinis in praxi est ingens æquationum & correctionum numerus, præsertim Lunarium, quas oportet adhibere, ita ut unicuique ferè operationi destinata sit Tabula peculiaris. Sæpius laudavimus summos viros Tabularum, Artifices, sed non possumus non agnoscere artem humanam nondum in hac parte asecutam supremam perfectionem, quodamnam inquirenti palam eloqui liceat, ut ii, quibus vacat, cogitent de illa acquirendâ. Modos abbreviandi aliquos juvabit indicasse. 1.^o Quid est, quod viam cogit producere, nisi circuitus ac Mæandri, aut plures partes disjunctæ? Si ergo inter eamdem Tabulam varia elementa complectamus, nonne via abbreviabitur? Sic ad inveniendam in motibus mediis distantiam Solis a Nodo Lunari in communi methodo, necesse erat prius motus singulorum supputare, ac deinde invicem comparare; viceversa, inter Tabulas, quas pro Eclipsi Harmoniâ, & Simoniarum observationum usu construximus; Prima exhibet mutuum Solis, & Nodi Lunaris recessum, additis Epactis exactioribus pro Syzygiis mediis; eamdemque continuavimus tamen in formâ Juliana, quam in Gregorianâ, quia cum anno 2000 non convegiant amplius in eadem Lunatione, differentia non appareret immediatè ex numero dierum, qui eximuntur in annis secularibus. Quantus sit illius usus in solvendis Quæstionibus circa numerum, intervalla, periodos, aliasque Eclipsi proprietas, sæpius indicatum in præcedentibus Investigationibus. 2.^o Consulto in tradendis periodis plura observationum exempla protulimus

limus ad ostendendum quis & qualis sit Recentiorum Tabularum consensus cum Cœlo ; atque ut quisque per se comparare possit periodorum terminos (quidquid sit de gradibus intermediis) cum antiquis observationibus ; cujus comparationis beneficio per aliquam zquationem accedere possit ad Syzygiam veram . Sic radicalem Chaldaeorum cyclum deprehendimus diffidere a veris Cœli motibus , ad summum vix aliquando duas tertias horæ partes . 3.^o Quid vetat novam Tabulam condere , ex quâ Syzygiz mediz (has monstrant tam Epactz , quam Periodi) sine alio labore convertantur in veras ? Profectò non est ita contumax Lunz Sidus , ut tandem melius perspecto ejus cursu , nequeat ad pauciores leges revocari . 4.^o Sed sint plures zquationes , & Tabulz , nonne invicem coordinari possunt ? Quantus usus ex coordinatione Laminarum Neperi , ex rotis concentricis Calendariorum , ex Parallelepipedis Leibnizii , aliorumque Clarorum Viatorum ad Operationes Arithmeticas , etiam mechanicè absolvendas ! 5.^o Keplerus (a) in II Tab. III Partis exhibet dies , quibus per motus medios sibi obviam eunt Sol , & Ascendens Lunz Nodus in periodo annorum Julianor. 2828. Hic Cyclus non reddit in fine Syzygiam : utilis tamen ad indagandos menses Eclipticos in forma Julianâ ; cur ulterius perfici non potest , & ad formam communem revocari ? 6.^o Optabam ut Atlante fesso , seu laborantibus Astronomis , aliquis versus Hercules , seu Princeps validos Cœlo humeros supponeret , & peculiares pro Eclipsibus Tabulas , vel saltim novas breviores construere juberet . Voto nostro non unâ ex parte satisfecerunt Cassinianz , quæ post Nostras animadversiones supervenerunt , præcessim XXVIII , & sequentes pro Eclipsibus peculiares , quas propterea ad calcem primæ Partis editas voluiimus . Nota in usu Cassinianarum Tabularum Nomine

Prj-

(a) Keplerus pag. 90 , Tab. Rudolph. parte III.

Prima Equationis Solaris, respectu Lunæ, intelligi distantiam Lunæ ab Apogeo Solis, quæ obtinetur per TAB. XIV, mediante Solis Anomaliam Mediæ. Nomine *Secunda Equationis Solaris*, respectu ejusdem Lunæ, intelligit distantiam Solis ab Apogeo Lunæ, quæ habetur in ejus Tab. XV. In ceteris clare patet ex titulis, quænam Cassinianæ respondeant Hiricanis; superiores certè Canones Calculi prævii ad Eclipses, serviant utrisque. De diversitate in Epochis dictum, superius.

S. XII. Præcedentis Calculi usus in determinatione Eclipsum SOLARIUM, quenam pars dextera in Typo: Canonum in Recentiori methodo coordinatio, ejusque simplex, ac naturalis demonstratio.

Vide Tab. XIV, Fig. 33. *Praxis*, quâ usi sumus in efformando Schematismo XIV, repræsentante projectionem ejusdem Eclipsei Solaris juxta Recentiorum methodum, paucis variatis, ad majorem brevitatem, & claritatem fuit hæc: r.º Ducatur recta, quæ in longitudine nonnihil suparet radium circuli describendi, ac dividatur in septem partes æquales, ex quibus prima subdividatur in decem, habebitur scala partium æqualium, seu minut. 70. 2.º Ex hac scalâ capiantur circino tot partes, seu minuta, & secunda, quot continere debet semidiameter Disci Terrestris, æqualis parallazi Lunæ horizontali, detracta Solari; quae differentia, seu residuum in nostro casu erat 60°, 24'. 3.º Centro T intervallo partium æqualium 60°, describatuſ cirkulus KEB, hic repræsentabit Terræ Discum illuminatum, vel potius basim radiorum a centro Disci Solaris prodeuntium. Et quoniam oculus ponitur esse in axe illuminatiōnis in eâ altitudine, in quâ est Luna, ac respicere Boream, dextera pars intuenti erit Orientalis, sinistra Occidentalis, superior Borealis, inferior Australis. Qui ad dexteram ponunt ortum, ad sinistram occasum considerant imaginem Solis, qualis pingitur ultro.

ultra focum duarum lentium in Tabula ex adverso posita. 4.^o Dividatur circulus in quatuor angulos regos, diameter e , & erit portio Eclipticæ: recta K , E , T intersectio circuli latitudinis transversis per polum Eclipticæ. E punctum Boreale in eodem circulo latitudinis. 5.^o Quoniam in nostro casu axis Aequatoris inclinatur in ortum angulo gr. 11°, 39', 29" a puncto E in circulo latitudinis, versus e sumantur totidem gradus, & minuta usque ad B , dabitur angulus ETB inclinatio axium: erit EK axis Eclipticæ projectio, & simul sectio circuli latitudinis Astronomicae. Erit $B\bar{E}$ axis aequatoris projectio, & simul sectio Meridiani: B punctum Boreale in hac Meridiani projectione $\approx q$, diameter aequatoris Terrestris. 6.^o Centro B intervallo declinationis Solaris, quae in nostro casu erat Borealis gr. 20, 31', 36" describatur hinc inde arcus BD , Bd : tum conjungantur Dd per secundam occultam, haec secabit rectam BT in punto P , quod repreäsentat Borealem Mundi Polum intra illuminationem: alioquin foret intra segmentum obscurum, si Solis declinatio esset Australis. 7.^o Quia Geographica latitudo Florentiae, pro quâ sit haec constructio, est grad. 43, 46', 30", ejus complementum erit gr. 46, 13', 30". Igitur centro D , intervallo complementi Geographicae latitudinis designatur hinc inde puncta Rl ; similiter centro B intervallo eodem notentur hinc inde puncta Mm . Item centro d pari intervallo signentur puncta Lr . 8.^o Conjungantur per occultas lineas puncta cognomina Ll , haec secabit rectam BT in x . Jungantur simul puncta Mm (haec erit major diameter Ellipsis describendæ) secabit rectam BT paulò infra H . Conjungantur pariter Rr , haec secabit BT in O . Recta Ox erit minor diameter ellipsis. Jungantur etiam Rl , haec secabit minorem Ellipsis diametrum in punto H . Circa duas diametros Mm , & Ox describatur Ellipsis {haec referet parallelum Florentiae} & circa ejus perime.

rimetrum inscribantur horae Astronomicae, ut XXIV,
 sive meridies sit in O, ubi parallelus intersecatur a-
 Meridiano: ad haec enim puncta radius Solis centra-
 lis, transiens per Orbitam Lunae, refertur, ut respectu
 dati parallelī Terrestris, videatur describere ellipsem,
 quam etiam appareret describere Urbs Florentia, si
 ex axe illuminationis ad altitudinem Lunae conspi-
 retur. Tam ellipsis, quam horarum determinatio ob-
 tinetur describendo circulum, cuius diameter sit ae-
 qualis minori diametro ellipsis, & circumscribendo
 circulum exteriorem, cuius diameter sit aequalis ma-
 jori ellipsis diametro; inde divisa utriusque circuli
 peripheria in 24 partes, sive per 15 grad.; ex singu-
 lis hujusmodi punctis, sive horis oppositis circuli in-
 terioris ducantur parallelae diametro circuli exteri-
 oris; & ex singulis horis oppositis circuli circumscri-
 pti ducantur parallelae diametro circuli minoris; pun-
 cta, in quibus se intersecant, dabunt simul & peri-
 metrum ellipsis, & ejus divisionem in horas (*vide*
Fig. 10 P. Simonelli Tab. II), per arcus quidem
 inaequales, sed qui repraesentant aequales. 9.^o Ex pun-
 cto H super minore diametro erigatur perpendicular-
 ris ZHA, haec referet horizontem loci, & secabit
 ellipsem in duas partes inaequales extra aequinoctia.
 Quia verò Solis declinatio est Borealis in casu nostro,
 arcus major AOZ versus Austrum est diurnus; supe-
 rior, & minor Z, *, A nocturnus. Foret viceversa,
 si declinatio Solis esset Australis. 10.^o E scalà partium
 aequalium sumantur partes, seu min. 31', 38'', quan-
 ta erat Borealis latitudo Lunae crescents, & ex T ver-
 sus E (foret versus K, si latitudo esset Australis) in
 recta TE notetur punctum &, in quo erit centrum
 Lunae tempore conjunctionis verae cum Sole in lon-
 gitudine, eique adscribatur tempus inventum in XVIII
 Operatione; in casu nostro hor. 6, 6' pro meridiano
 Florentino. Quia verò inclinatio, quam facit centrum
 viæ penumbræ in Disco (huius responderet apparen-
 tia incli-

TAB. II.
Fig. 10.

inclinatio Orbitæ Lunaris in Cœlo, cuius hæc est imago, & projectio) cum circulo latitudinis EK, est gr. 84, 39, 13ⁱⁱⁱⁱ; per punctum σ ducatur recta, quæ ex parte Occidentali faciat angulum ΔσT totidem graduum, min. & secund. (si latitudo decresceret, deberet inclinari ex parte Orientali) recta ΔσC, erit via centri penumbræ, & Lunæ, dum ex veteri transit in novam, & producatur hinc inde extra circulum. 11.^o Sumantur e scalâ partium æqualium partes, seu minuta, quantus erat motus verus horarius Lunæ a Sole, eique correspondentis penumbrae in Disco, in nostro casu 34', 55": hoc intervallo dividatur tota via penumbræ utrinque ex σ, idest, ex jam noto loco hor. 6, 6'; ad sinistram, sive ad occasum notentur hæc ante meridiem; ad dexteram, sive ad Ortam, quæ post meridiem cum suis minutis. 12.^o E scalâ partium æqualium sumantur tot partes, seu minuta, quot continebat radius penumbræ; in nostro casu 32', 24", & facto centro in punctis ejusdem semitæ remotioribus, quantum sufficit, ut circuli ducendi tangant circumferentiam majoris, ducantur utrinque duo circuli, vel semicirculi alter ad ortum, alter ad occasum; centrum alterius ad occasum in semitâ monstrabit horam, & minutum, quo incipit Eclipsis in Disco: centrum alterius, qui tangit majorem in F, ostendet tempus, quo definit Eclipsis in Disco. Punctum contactū in I monstrabit locum ubi incipit; & contactus in E monstrabit finem: G medium Eclipsis in Disco, in quod cadit perpendicularis ex centro T. Pro loco peculiari, v. g. pro Urbe Florentia, sufficit servatâ eadem circini apertura (idest intervallo radii penumbræ, qui est æqualis aggregato semidiametrovum Solis, & Lunæ) si altera cuspis ponatur in semita penumbræ, altera circumductâ perstringat in Elliph punctum isochronum, idest, monstrans eamdem horam, & minutum, tunc temporis in eodem loco incipiet videri Eclipsis; siquidem progressu temporis intervallum inter puncta iso-

chrona decrescat; ibi desinit videri Eclipsis, si intervallum æquale progressu temporis augeatur; medium, sive summa obscuratio in dato loco erit, ubi puncta isochrona tam in semita penumbrae, quam in perimetro ellipsis minimum inter se distant. In nostro casu μ designat tempus, quo incipit videri Eclipsis Florentiae maxima obscuratio prope Solis occasum, ubi μ subintelligatur. Similiter non apposui notam fuit Eclipsis, quia hic futurus erat post Solis occasum; Solis autem centrum die 22 Maii occumbebat hor. 7, 25 $\frac{1}{2}$. Quod si intervallum inter tempus in orbitâ, & idem tempus in ellipsi sit majus semidiametro penumbrae, tunc in tali loco non erit Eclipsis. 13.^o Hinc facile est determinare phasæ, earumque imaginem pro zero loco, quando est visibilis Eclipsis. E scalâ partium æqualium sumatur intervallum æquale semidiametro Lunæ, in nostro casu, 16', 52" (exactius operabimur, si addatur incrementum ejusdem semidiametri pro Lunæ altitudine supra horizontem; quod hic non apponitur, quia maxima obscuratio visibilis Florentiae erat paulò ante occasum) & ex punto μ in Orbita Lunari medii, seu maximi deliquii in dato loco visibilis ducatur circulus. Similiter e scalâ partium æqualium sumatur semidiameter Solis 15', 52", & ex punto isochrono in ellipsi ducatur circulus, qui alium intersectabit (si Eclipsis non sit centralis), diameter hujus secundi circuli, ducta per punctum æquilater, utrinque distans ab intersectione, & divisa in 12 partes æquales, ostendet quot partes ejusdem secundi circuli, hoc est Solis, obtegantur à Lunâ. Si singuli digiti dividantur in 60 partes æquales, ostendet etiam minuta. Neuter circulus hic apparet ad vicinam confusionem, ubi maxima est inflexio Curvae prope α : Sed vide in Fig. 38, cuius explicatio data est §. XXII Primæ Investigationis. Similiter operare in eruendis aliis phasibus ex punctis isochronis. 14.^o Pro determinandis phasibus Eclipsis in Disco, circa

ca centrum penumbræ, pingatur in nostro casu circellus niger cum semidimetro umbræ metræ 39" (erit albus, quando datur semidiometer lucis; nullus quando Luminarium apparentes semidiometri sunt etiam in conjunctione centrali æquales). Si ex utraque parte diametri hujus circelli ducantur parallelae ipsi semitæ centri penumbræ designabunt loca intercepta, quæ videbunt Eclipsem totalem. Si portio semidiometri penumbræ extra hunc circellum, tam ex parte superiori, quam ex parte inferiori dividatur in 12 partes æquales, designabit digitos Solaris Eclipsis: si enim id fiat tam in diametro penumbræ ad occasum, quam in diametro penumbræ ad ortum, & apponantur numeri eo ordine, ut majores sint centro penumbræ viciniores, tum puncta numerorum cognominum perfectas semitæ penumbræ parallelas intelligantur conjungi, designabunt loca, ubi Eclipsis apparebit trium digitorum 6, 9, 12. In nostra Tabula XIV, Linea S s designat loca, quæ semidiometer umbræ perstrigit ex parte Australi, ierunt ulteriora nullo modo evident visura Eclipsem. Ex parte Boreali non compansimus extremitates penumbræ, quia talis linea caderet extra Discum. Illa, quæ in hoc casu tangit Discum ex eâ parte, cadit utrinque in dig. 1 $\frac{1}{2}$ ferè. 15° Typus obscurationis Telluris in Tabulam Geographicam redigendus, appingendo præcipuos regionum limites, ut factum vides in Tabula XIII Manfredianâ. Nec erit arduum, si tempus inventum pro initio, & fine Eclipsis in Disco, convertatur in arcus æquatoris sic enim apparet in quo meridiano primùm videri incipiat Eclipsis, in quo desinat; cetera pendent ex Legibus Perspectivæ; vide D. Manfredi præcepto LV, lux Introductionis. P. Nicafus Grammatici elegit posnere oculum in axe Telluris producto, ut sitentur mutationes curvitatis in Lineis; sed quando umbra secat æquatorem, oporteret duplē circulum exhibere.

16° Si queratur tempus, & quantitas phasium Eclipsis

plus pro quovis alio loco, assumpto complemento latitudinis Geographicz ejusdem loci, describatur portio Ellipsis representantis parallelum illius loci, ut factum vides in exemplo pro Albano, de quo ubi de usu Eclipsum in Geographicis. Ceterum, cognitâ longitudine, ac latitudine loci ex Typo ipso, in quo pingantur regiones, apparet ex circulis horariis tempus, ex lineis digitorum quantitas, & species Eclipsis, num ad Boream, an ad Austrum. Demonstracionibus Geometricis, & Trigonometricis hujus recentioris methodi, allatis in prima parte a P. Simonelli, addo hanc aliam simplicem, sed non minus validam, neque minus perspicuam, ut constat in zequationibus Algebraicis. In genere quantitatis, ubi singulæ partes totius sunt analogæ singulis partibus alterius totius, etiam totum toti est analogum, & velut illius imago; sed singulæ partes illius projectionis, seu Typi Ecliptici per ipsam constructionem factæ, sunt analogæ suo exemplari in Cœlo, quia quantitates semidiametrorum in Disco respondent apparenti semidiametro Mundorum corporum, latitudo penumbræ in Disco latitudini Lunæ in Zodiaco, inclinatio axium, & penumbrae in Disco inclinationi axium, & Orbitæ Lunaris in Cœlo, &c., ergo, & totum toti est analogum, hoc est totus typus Eclipticus est adæqua ta imago illius Solaris Eclipsis, quæ ex calculo futura præsupponebatur. In circulo Florentiz parallelo nequit esse specialis difficultas, quia cum sit extra Zonam torridam, nunquam videri potest ab axe illuminationis instar lineæ rectæ, ubi oculus non sit in plano producتو illius circuli. Ergo cum videatur obliqui, apparere debet instar Ellipsis: non majoris aut minoris quam facta sit, alioquin non responderet gradibus datis Latitudinis Geographicae, ergo, &c.

S. III. *Eiusdem calculi Uſus pro determinatione Eclipſum LUNARIUM. Quandonam in iſtis inclinatio Orbitæ Lunaæ www.libri Ortum.com Multiplex methodus Geometrica, Mechanica, Arithmetica, Trigonometrica, Algebraica, per Sectio[n]es Cōnicas, Periodicas, &c.*

Calculum prævium pro plenilunio Ecliptico non est necessarium per extensum subjcicere, cùm praxis sit eadem ac in calcu[lo] pro Novilunio; & canones praeparationis sint utriusque Syzygiae communes modo cum discrimine, quod sufficiat indicare. In plenilunio quaeritur locus oppositus Soli: in Epactis, quae capiunt epocham a Novilunio post Lunationes integras, vel annos, & menses, addenda semilunatio, hoc est dies 14, hor. 18, 22', 2", ut habeatur temporis residuum ad proximum plenilunium. Præterea hic attenditur semidiameter umbrae, seu penumbrae Terrestris. Quid si latitudo Lunæ sit major praedita summa semidiæmetrorum Lunæ, & umbrae Terrestris, Luna non patietur deliquium. De inclinatione ejus orbitæ dicemus paulo post. Sit proposatum Plenilunium circa Solstitium anni 1750. D. Ennacius Manfredi in suis Ephemeridibus, & Cazzinianis Tabulis prænunciat ad meridianum Bononiensem futuram oppositionem veram die 19 Junii, h. 9, 40' post merid. Initium Eclipſis hor. 7, 57'. Totalem immersionem hor. 9, 4', summam Eclipſim h. 9, 46' $\frac{1}{2}$. Initium emersionis hor. 10, 29': finem hor. 11, 36': Digitos Eclipticos 16, 17': cum tendentia versus Boream. At si operemur juxta Tabulas Hirakanas, prodit ad Meridianum Bononiae eodem anno 1750.

Plenilunium verum die 19 Junii hor. 9 42' 31"
Juxta Epactas, addita semilunatione,

prodiret Plenil. medium die 18, hor. 23 12 17

Plenilunium per Epactas præcedit Plenilunium verum hor. 10 30 44
18 28

Locus Solis in Geminorum grad. 28
Lo-

Locus Lunae in Sagittar. ad Ecli-			
pticam reductus gr.	28	18'	28-
Distantia Solis a Nodo Lunae De-			
scendente grad.	2	57	1
Locus Nodi Ascendentis in Capri-			
corn. grad.	1	15	29
Argumentum Latit. Sign. XI, gr.	26	59	59
Latitudo Lunae Austr. decrescens			
Inclinatio Orbitae Lunaris versus			
Ortum gr.	84	35	25
Semidiam. umbrae Terrestris		41	19
Lunæ semidiameter		15	23 $\frac{1}{2}$

Differentia			
Summa semidiametror. Lunæ, &		25'	33" $\frac{1}{2}$
umbrae			1
Differentia inter latitudin. & hanc		56	42 $\frac{1}{2}$
summam semidiametrorum		40	55 $\frac{1}{2}$
Horarius Lunæ motus verus a Sole		30	32
Ad hanc reducuntur cætera, quibus præmissis, per ali-			
quam ex sequentibus methodis eruitur quantitas pha-			
sium, & duratio Eclipsis in Merid. Scenarum, qui vix			
difserit a Bononiensi.			
Eclipsis initium hor.	7	18'	38"
Totalis immersio	9	5	12
Medium Eclipse	9	45	42
Initium emersionis	10	28	20
Finis	11	32	46

Pro determinandis phasibus Lunaris Eclipseis duas methodos exponit P. Simonelli propos. XIX seu Astronomicae Constructionis, alteram, quæ exhibentur phasæ in circulo umbrae Terrestris; alteram, quæ omnes umbrae sectiones in uno Lunæ disco notantur. Ex his prior methodus GEOMETRICA simul, & MECHA-

Vide TAB. NICÆ est expeditior. In nostra Figura 43, quæ à M. XVI, Fig. 43. substantia est Ägyptiorum diagramma, per Hipparchum ad nos traditum, circulus ABD representat umbram Ter-

Terrestrem in loco ubi secatur a Luna, adedque illius semidiameter aequalis Semidiametro umbrae (in nostro casu $41'$, $19''$) punctum *D* erit ad occasum, *G* ad ortum, *B* ad Boream, *A* ad Austrum. Quia vero Lunae latitudo in eadem Eclipsi erit $15'$, $46''$ ad Austrum, ducta diametro *BA* sumantur ex *C* versus *A* totidem minuta (sumi deberent versus *B*, si latitudo foret Borealis) erit o punctum verae oppositionis, cui adscribatur inventa hora 9 , $42'$, $51''$. Per punctum *o* ducatur Orbita Lunae, in nostro casu inclinata versus ortum *C* • *E* grad. $84'$, $35'$, $25''$. Deinde cum intervallo motus horarii Lunae a Sole dividatur tota Orbita Lunaris, incipiendo ab occasu, ut factum est in projectione Eclipsis Solaris. In deliquiis totalibus, juxta Cassinianam Methodum (^a) si ex centro umbrae *C* intervallo *e* differentiae inter semidiametrum umbrae, & semidiametrum Lunae (in nostro casu $25'$, $55' \frac{1}{4}$) describatur circulus, secabit hic orbitam Lunae in duobus punctis (si enī illam non secaret, non foret Eclipsis totalis) *P*, & *E*; quorum prius ad occasum denotat Principium Immersionis solaris; posterius ad ortum signat initium Emerptionis; Medium Eclipsis denotabit punctum *m* in Orbita, in quod cadit perpendicularis ad illam erecta ex centro *e*, correspondens minimo arcui inter centra Lunae, & umbrae. Quod si ex punto *m* tanquam centro ducatur circulus, cuius radius *m* sit aequalis semidiametro Lunae, & diameter ejusdem circuli dividatur in 12 partes aequales, partes intra umbram comprehensae monstrabunt summa pbfis quantitatem in digitis, &c. In deliquiis autem totalibus producatur eadem diameter perpendicularis ad orbitam Lunae usque ad vicinorem umbras circumferentiam in *Z*, & continuetur divisio in partes similiter aequales: numerus istarum, adjectus 12 prioribus, ostendet quantitatem Digatorum totius Eclipsis

(^a) *Cassini c. 8, explic. Tabl.*

psis, in nostro casu 16 circiter cum minutis, si haec adjecta fuerint.

www.libtocken.com TERTIA METHODUS ARITHMETICA clara, & plana per Astronomicas Tabulas peculiares pro Eclipsibus, quales sunt Ricciolii 58, &c. ad invenienda scrupula incidentiae in Eclipsibus Solis, vel semimorae in Eclipsibus Lunae, ad utrasque enim extendit. Nos tamen utemur Cassinianis, quas adjectas voluimus primae parti, quod etsi restrictiores, sint magis conformes observationibus. Primum e secundâ Tabulâ primae partis (Cassinian. 28) cum apparenti Orbitae Lunaris inclinatione, & Lunae latitudine sumatur *differentia inter oppositionem veram, & medium* Eclipsis in minutis, & secundis arcus. In nostro exemplo deliquii futuri die 19 Junii 1750 eruetur 1', 30''. Hic arcus differentiae convertetur in minuta horaria, si fiat, ut arcus motus horarii veri Lunae a Sole (in nostro casu 30', 32'', sive 1832'') ad horam, sive 3600'' temporis; ita differentia arcus nuper inventi (1', 30'', sive 90'') ad minuta temporis quaesiti (in casu 2', 51'', sive 171'') quae sunt addenda tempori verae oppositionis, quando inclinatio Orbitae Lunaris est versus Ortum (ut in nostro casu, in quo Luna tendit ad vicinum Nodum in majori longitudine existentem), ut habeatur *medium deliquii* hor. 9, 45', 42''. Viceversa essent subtrahenda, si inclinatio Orbitae Lunaris foret versus occasum, ut cum Lunae centrum in oppositione habet majorem Longitudinem, quam Nodus, a quo deinceps recedit crescente latitudine. Ita inveniri potest species hujus inclinationis independenter a Tab. XXV Cassiniana, ubi ponitur ad occasionem in primo, & tertio Signorum ternario; in secundo, & quarto ad ortum. 2.º Ex Tab. IV primae partis (Cassiniana 30) cum summâ semidiametrorum umbrae Terrestris, & Lunae, & cum latitudine Lunae eruitur arcus dimidiae durationis totius Eclipsis in minutis, & secundis gradus, qui per similem Analogiam

giam reducuntur ad minuta , & secunda temporis : haec autem semiduratio detracta a tempore mediae Eclipsis dabit ~~tempus initium~~ ^{tempus initii} Eclipsis : addita eidem medio tempori notabit finem Eclipsis, v. gr. in casu summae semidiametrorum Lunae, & umbrae $56'$, $42''$ cum latitudine Australi $15'$, $46''$, respondet arcus $54'$, $10''$, sive $3250''$. Ut ergo arcus horarii motus Lunae a Sole $183^{\frac{1}{2}}$ ad arcum semidurationis $3250''$; ita una hora sive $3600''$ ad $6386 \frac{848}{183^{\frac{1}{2}}}$ hoc est hor. $1, 46', 26''$ erit Eclipsis semiduratio in tempore (hic numerus prodit ex conjunctione praevii calculi Hireani cum Tabulis Cassinianis : ex ipsis solis inferebatur juxta numeros D. Manfredi hor. $1, 49' \frac{1}{2}$). E solis Hireanis deducebatur hor. $1, 47', 4''$): consequenter initium Eclipsis hor. $7, 59', 16''$; finis $11, 32', 8''$. Cum autem differentia sit tam modica a numeris supra datis, hinc patet usus Tabularum, quas adjectas volui- mus primae parti, etiamsi separentur a reliquis ejusdem Auctoris, & calculus hic praevius innexus sit Tabulis Hireanis. 3.^o Quando Eclipsis est totalis cum morâ, adeunda Tabula III ad calcem primae partis (Cassianiana XXIX) cum Latitudine Lunae, & cum differentiâ inter semidiametros umbrae, & Lunae dabitur arcus semimora in totali obscuratione, sive semidurationis Eclipsis ut totalis in minutis gradus, quæ juxta dicta reducenda ad minuta horaria ; haec autem subducenda a medio Eclipsis, ut habeatur initium totalis immersionis ; addenda eidem medio, ut inveniantur initium emersionis Lunae ex umbrâ, seu penumbra Terrestris, v. gr. in casu nostro, differentia inter semidiametros umbrae, & Lunae erat $25'$, $56''$: Latitudo Lunæ $15'$, $46''$, quibus ex Tabulâ correspondunt $20'$, $26''$ pro arcu semimorae, sive semidurationis in obscuratione totali: quae scrupola conversa in tempus dant $40'$, $9''$: Haec addita tempori medio Eclipsis jam invento dant initium immersionis totalis hor. $9, 5', 33''$: initium emersionis hor. $10, 25', 51''$. 4.^o Generaliter Eclipsis Quantitas habebitur si cum semi-

www.Libgoal.com.cn

semidiametro Lunae (in casu nostro $15'$, $23\frac{1}{2}'$), & differentia inter aggregatum semidiametrorum umbrarum, & Lunae, istiusque latitudinem [in nostro casu $40'$, $45\frac{1}{4}'$] adeatur Tab. V ad calcem primae Partis [Cas-sinian. XXXI] numerus digitorum, & minutorum illi respondens, dabit quaesitam quantitatem, ut in casu nostro dig. $16\frac{1}{4}.$ 5.^o Species Eclipsis innotescit sine novâ operatione, quia denominatio desumi solet ut plurimum a contrario latitudinis Lunae: quod manifestum in Eclipsibus partialibus, in quibus si latitu-dio Lunae est Borea, pars Lunae obscurata vergit ad Austrum, & viceversa. Dixi ut plurimum, quia in totalibus D. Eustach. Manfr. sumit denominationem vel a plaga opposita, vel a tendentia centri Lunae; & quia in casu nostro Luna tendit versus Boream ad Nodium Ascendentem denominat Borealem, quamvis centrum Lunae toto deliquii tempore futurum sit ex parte Australi. Viceversa, licet in medio totalis de-lliquii nocte sequente diem 12 Decembris 1750, latitudo Lunae futura sit Borea, tamen a D. Manfredio signatur Eclipsis Australis; quia Lunae centrum ten-dit versus Austrum ad Nodium Descendentem.

V. Tab. XVI,
Fig. 43.

QUARTA METHODUS TRIGONOMETRICA: in trian-gulo Cmo Fig. 43, notus est angulus ad m rectus; item angulus moC aequalis apparenti inclinationi. Notum quoque Latus Co aequale latitudini Lunae. Haec autem, quae aliunde sunt nota, non fiunt no-tiora per Trigonometriam; sed habitis duobus angu-lis, & uno latere, vel duobus lateribus, & uno an-gulo, inveniuntur reliqua per notos Trigonometriae canones; angulus quidem mCo complementum ad duos rectos: Latus Cm habebitur, si fiat, ut sinus totus ad sinum anguli Cmo , ita Co ad Cm : Inve-nietur item latus om [differentia inter medium Ecli-psis, & veram oppositionem] si fiat, ut sinus totus ad sinum complementi anguli Com ; ita Co ad om : In secundo triangulo Cml notus est angulus ad m rectus,

rectus, latus $C I$, & quale semidiametro umbræ, & Lunæ; latus $C m$ commune præcedenti triangulo, ex quibus eruitur latus $m I$ semidurationis totius Eclipsis. Quando Eclipse est totalis in triangulo $C m P$ rectangle ad m , cuius latus $C m$ jam notum ex prædictis, latus $C P$ differentia inter semidiametros umbræ, & Lunæ, invenietur latus $m P$ semimoræ in totali obscuratione. Cognitis his lineis in minutis gradus, fit horum conversio in minuta temporis, ut supra dictum est in Eclipse Solari. Quantitas Eclipse habebitur, si sumatur differentia $Z m$ inter minuta semidiametri umbræ $Z C$, ac minuta distantia centrorum $m C$, quæ addenda semidiametro Lunæ, quando latus $m C$ est minus quam $Z C$; e converso subtrahenda semidiametro Lunæ quando $m C$ est majus, quam $Z C$. Fiat deinde ut minuta semidiametri Lunæ ad minuta inventa; ita 6 dig. seu 320 ad quartum terminum, qui erit numerus digitorum Eclipse cum suis minutis ^(a). At neque cum his operationibus Trigonometricis habebitur phasium exactissima determinatio; quia, v. g. tempus inter I , & P non semper est præcisè quale temporis, quod intercedit inter E , & F , ut hic supponitur.

QUINTAM METHODUM ALGEBRAICAM, cæteroquin a summis Astronomis antea in Eclipsebus non adhibitam cœperunt extate nostrâ excolare doctissimi aliqui Viri. Laudo solutionem novorum problematum hac viâ inquisitam; sed inventa veritas simul communibus notationibus exponenda, alioquin plerisque non videbitur declarare, si res per se satis obscura obscurioribus Signis obvolvatur. Multi etiam adverterunt in artificiis id quod fieri potest per minorem machinam, & facilius, plerumque non expedire, ut fiat per maiores machinas, & difficilius. His de causis ubi redigimus communes regulas ad unicam simplicissimam formulam, subjecimus expositionem in Inv. Period. S. XIII.

M 2

Ante

(a) V. D. Caffn. Explic. Tabb. c. VIII, pag. 46, & P. Simonelli Construct. Eclipse, prop. 20, & 29.

www.libtobl.com.cn

Ante paucos annos a Cel. D. Frid. Christopb. Mæjero initio Tomi V Commentar. Acad. Scient. Imper. Petropol. prodiit *Nova Methodus Calculandi Eclipses Lunares*. Præmittit Problema, quo supponit 1.^o datas duas vias (Eclipticam & Orbitam Lunæ) se mutuò intersecantes (in Nodo) cum constanti inclinatione. 2.^o Data duo Mobilia (Solem & Lunam notâ velocitate, v. g. horario motu) æquabiliter lata. 3.^o Data pariter duo loca in quibus illa simul existant: quibus suppositis docet invenire duo alia loca in quibus Mobilia datam a se distantiam invicem habeant. Tum assignat æquationem, quâ eorumdem Mobilium distantia a locis antea datis eruatur. Ab hac generali regulâ descendit deinde ad Eclipses quando in copulâ (nempe in Syzygiâ Luminarium distantia a Nodo juxta Keplerum ponitur æqualis.

- a. Ergo sit Distantia Solis (vel centri Umbræ Terr.) a Nodo.
- b. Distantia Lunæ a Nodo alteri æqualis in Syzygiis.
- c. Sinus Anguli quo inclinatur Orbita Lunæ ad Eclipticam.
- d. Cosinus.
- e. Radius sive Sinus totus.
- f. Sinus versus ejusdem anguli.
- m. Solis motus horarius.
- n. Motus horarius Lunæ.
- f. Summa semidiametrorum Umbræ, & Lunæ.
- f. Differentia Semidiametrorum.
- x. In Problemate quidem est distantia Luminarium a loco prius dato: in aliis vero est spatium quo initium & finis Eclipsis dicitur a locis prius assumptis aut inventis in copulâ. His clavibus etiam sequentes formulæ referantur: quarum *Prima* est pro initio ac fine Eclips., corumque distantia a Syzygiâ.

$$x = \frac{r - c \cdot m + n}{\sqrt{\frac{r^2 r m m + r n n - 2 m n c - a g g \cdot n - m}{r m m + r n n - 2 m n c}}^2}$$

Cum autem Sol & Luna habeant minimam centrorum distantiam circa medium Eclipsis; hinc differentiando (ut loquitur) equationem Problematis, elicetur *Secunda Formula* pro Quantitate Deliquii juxta quam distantia medix Eclipsis a Syzygiâ est

$$x = \frac{r - c \cdot m + n}{\sqrt{\frac{r^2 r m m + r n n - 2 m n c}{r m m + r n n - 2 m n c}}^2}$$

Tertia Formula pro morâ in totali immersione, & pro duratione Eclipsis

$$= \frac{r^2 r m m + r n n - 2 m n c - a g g \cdot n - m}{\sqrt{\frac{r^2 r m m + r n n - 2 m n c}{r m m + r n n - 2 m n c}}^2}$$

Nec omittit declarationem allato exemplo (quod per Logarithmos extensum vide apud Auctorem) Lunaris deliquii a. 1616, Augusti 26 (16 stylo vet.) ex Rudolphinis pag. 103, ubi Syzygia ponitur hor. 15, 29', 4" ad Meridianum Uraniburgi, quem Keplerus non distinguit a Romano; sed Uraniburgum magis orientali quam Roma ex Tabulis Recentiorum v. g. *Prima Cassini* 50", juxta Tab. P. Maire 1', 46". Quibus præmissis en Collatio Calculi Uraniburgensis cum Observatione Romanâ Variorum

Ex Calculo Majeri pro Uraniburg.

Initium hor.	13. 55. 16"
Immersio	
Medium Eclips.	15. 31. 55
Max. Obscur.	15. 32. 7
Emersio	
Finis Eclipsis	17. 8. 34.
Mora in totali immers.	34. 58.
Duratio Eclips.	3. 13. 18.

*Ex Obs. Rom. P. Criß.
Griembergeri, &c.*

h. 13. 43. 30"
15. 6. 30.
15. 20. .
.
15. 33. 45.
16. 56. 24.
27. 15. (Wendelino 31')
1. 13. 50.
<i>Idem</i>

Idem D. Majerus intulit in Maxima Obscuratione minimam centrorum distantiam 31', 30''. In Mediâ Eclipseis distantiam a Syzygia 1, 57': monet autem ar-
cum hujus distantiaz auferendum a copulâ, quando Lu-
na est nodum prætergressa: addendum si fuerit ante Nodum.

Sed quid valeant in hac materiâ operationes Al-
gebræ visus antea præ cæteris experiri sèpius lauda-
tus Eques De Louville (^a) in suâ *Exactâ Methodo cal-
culandi Eclipseis*. Inverso communi problemate inqui-
rit sub quo angulo Spectator, utiliter in superficie Telluris constitutus, videre debeat distantiam Solis & Lunæ tempore dato. Ex quo determinat quando, &
sub quo angulo Spectator, v. gr. Parisiis, videre de-
beat minimam distantiam centrorum Solis & Lunæ in Eclipseibus Solaribus (intelligatur umbræ Terrestris & Lunæ in deliquiis Lunaribus) ut habeatur conju-
ntio (vel oppositio) in orbitâ Lunæ, idest medium Eclipseis. Si Luminaria tendant versus Nodum, vera conjunctio (vel oppositio) in longitudine cum Sole ad Eclipticam perpendicularis præcedit conjunctionem (sive oppositionem) perpendicularem ad Orbitam Lu-
næ, hoc est medium Eclipseis; viceversâ, si recedant. Si coëant, praedictus angulus erit nullus, adedque Eclipseis centralis. Initium & finem deflectionis deter-
minat quando talis angulus fuerit æqualis summæ se-
midiametrorum Solis & Lunæ in defectibus Solaribus (eadem est ratio semid. Umbræ Terrestris & Lunæ in istius deliquiis): initium totalis immersionis vel emersionis ex totali Obscuratione, quando prædictus angulus æqualis fuerit differentiae inter praedictas se-
midiametros. Hæc & plura alia communia: ut quod Luminaris deficientis cornua sint in linea horizontali quando oculus & centra Lunæ ac Solis fuerint in eodem circulo verticali: quod cornua ejusdem Lumi-
naris

(a) Memoir. R. S. Ac. a. 1724, pag. 182, edit. Paris.

naris deficientis erunt *verticalia*, quando oculus & centra Solis [vel umbrae Terrestris in deliquiis Lunaribus] ac ~~Lunae~~^W ~~occurunt~~ⁱⁿ eodem circulo *Almucans* sive coronâ . Illud peculiare in hac methodo , quodd ductis arcubus in Cœlo , & lineis rectis in optica projectione , seu formatione Typi per radius Solis centralem , in Cœlo Lunari per centrum Lunae ejusque Nodum per oculum & centrum Terræ seu Disci ut Polum [ac si tellus foret diaphana , & ea omnia umbram projicerent in planum subjectum] tam in triangulis sphaericis , quam in rectilineis , ad inventiendos angulos vel latera ignota utitur formulæ Algebraicæ , substitutis literis pro valore laterum aut angularum & signis radicalibus , cum duodecim cyphrarum numeris : Si enim Trigonometriam adhibuisset , metuebat ne quasi per explorationem tentando incedere videretur . Fatetur tamen ingenuè bac viâ ^(a) *calculum esse nimis longum* : nec a se , propositam , nisi ad decidendas majoris momenti controversies : ut cum quaeritur an Solis defectio in tali loco futura sit totalis nec ne . Tum exemplum præbet in Eclipsi Solaris d. 22 Maji an. 1724 quodd si comparetur cum Observationibus Parisiensibus , allatis in 2 Parte hujus Operis cap. 2 [ubi etiam plura Calculi Lovillæi elementa protulimus] manifestè apparebit quam parum profecerit tantus apparatus . Etenim Parisiis

<i>Ex Calc. Algeb. Lovillæo.</i>		<i>Ex Observat. Parisiensi.</i>
----------------------------------	--	---------------------------------

Init. Eclips. hor. 5. 57'		hor. 5. 55'. 18"
---------------------------	--	------------------

Minima centror. distantia seu Med.		
------------------------------------	--	--

Eclips. hor. 6. 58'		hor. 6. 50'. 3"
---------------------	--	-----------------

Maxima tunc Ob- scuratio Dig. XI. 58'		Totalis cum morâ 2'. 18"
---------------------------------------	--	--------------------------

Ne-

(a) Par cette méthode le calcul est fort long . Ibidem pag. 190.

Neque sane culpandus est experientissimus Artifex omnii adhibitâ diligentia: neque porro Ars ipsa, quæ in suis illationibus est certissima. Defectus ergo oriatur ex applicatione ad subiectam materiam, in quâ etiam Algebra cogitur niti suppositionibus: prout de facto supposuit illustris Auctor, datum ex Tabulis, quibus utebatur, locum Solis, Nodi, Lunæ, ipsius motum horarum a Sole, Semidiametros, &c. Si quis meliorem sortem speret in hac methodo, eò videatur spectare, ut pars Eclipticae inter Solem ac Nodum concipiatur tanquam axis, in qua distantiae centrorum Solis & Lunæ (Umbræ, & Lunæ in istius deliquiis) sint ut ordinatae: relationes abscissarum hujus axis dent aequationem curvae, quam in *Hyperbolâ* agnoscit celebris R. S. A. Histicus (ut D. Haasen, de quo S. X in suis Observationibus pariter Algebraicis, *Parabolam* sibi videre videbatur): adeoque minima harum ordinatarum det minimam centrorum distantiam sive medium Eclipsis: abscissæ verò correspondentes dent punctum in axe, id est locum Solis in Ecliptica, & sic habeatur simul tempus quo hæc particulae percurrentur a Sole.

Hinc praescindendo etiam ab ulterioribus Algebrae operationibus ac Signis, distinguere possumus **SEXTAM METHODUM**, mediantibus **CONICÆ SECTIONIS** affectionibus sive Parabolæ, sive Hyperbolæ consideratz instar figuræ planæ: in quâ novam faciem ingeniosè protulit Mathematum in Coll. Romano Professor, ut dicetur **S. XV.**

SEPTIMA METHODUS paulò laxior, sed facilissima, & antiquissima Ægyptiorum, & Chaldaeorum per **HARMONIAM PERIODICAM**, sive per simplicem applicationem alicujus Eclipticae Periodi, quam postlimino revocamus. Investigatione II. Habebitur exactior applicatio, si innotescat, num in termino corrispondente Luna fuerit vicinior suo nodo, aut minori cum latitudine, an viceversa; in primo enim casu, licet in re-

in reditu, servet eamdem speciem Eclipsis, duratio erit paulo minor; e contrario, si in reditu minuantur distantia a Nodo, aut latitudo, sic deliquium Lunare diei 19 Junii 1750, licet totale cum motu, erit minoris durationis, quam aliud periodice correspondens 16 Maii 1696, quando erat vicinior Nodo. Eclipsum periodos Sinensibus non ignotas arguere licet ex eo (^(a)) quod occasione Eclipsis Solaris an. 1681, 28 Febr. eorum Astrologi inferebant similem effectum, ut putabant, ex simili combinatione relata in libro Chan Chou.

Mitto OCTAVAM merè ORGANICAM, qualis est, v. g. per Rotam Hircanam: & NONAM per OBSERVATIONES, quando Eclipsis est p̄f̄sens, ac phases oculari inspectione immediate determinantur, &c. quorum primus usus est in corrigendo calculo praevio, si hic indigeat correctione. Quantitas habetur faciendo, ut minuta diametri apparentis Lunaris obscurati ad 12 digitos in suā minuta resolutos, ita minuta portionis obscuratae ad quartum terminum proportionalem. Vide nostram Tabulam XIII.

N

CA-

(a) Vide Du Halde Descript. de la Chine, Tom. VI, pag. 249, col. 1.

C A P U T V.

www.libtool.com.cn

*Diversa Geometrica Praxis subsidia, ejusque
Concordia cum dupli contrariâ hypothesi
etiam in Constructione Defectus Solaris in
Lunâ visi.*

S. XIV. Monitum, & Consilium in locis difficultoribus. R. P.
Christophori Maire nova, & Geometrica solario Pro-
blematis, quâ latitudo, & longitudo cujusvis puncti in
circulo illuminatum Telluris hemisphaerium represe-
ntante determinatur.

NON leve subsidium in Geometricâ Construc-
tione parte est habere in promptu diversas vias,
aut etiam diversos Auctores, qui ad eundem
terminum deducant (necessæ est enim ubi datur scien-
tia, ad eundem terminum etiam per varia, quæ ape-
riuntur itinera deduci, ut opus non sit talium via-
rum concordiam ostendere) sxpè enim fit, ut eadem
methodus, quæ alteri est ardua, alteri facilis videa-
tur, & viceversa. Quamvis verò mens nostra fuerit
partem Geometricam Constructionis Eclipsum ejus-
dem Tractatus Auctori reservare, isque illam ad per-
fectionem perduxerit; nihilominus quoniam idem di-
verso modo propositum aliter alios afficit; & lumen
lumini adjectum reddit aliquibus clarum, atque per-
spicuum, quod antea unico medio inspectum, vel
sub aequivocatione latebat, vel aegrè poterat intue-
ri, juvabit consulere Scriptores supra laudatos idem
argumentum versantes. Hoc certè consilium in plu-
ribus disciplinis longè utilissimum deprehendimus,
praesertim ubi quis coactus sine Doctore discere, non
habeat vivum Praeceptorēm, quem in dubiis consu-
lat. Hac de causâ brevem ejusdem Constructionis Sy-
nopsis

nopsim ad unum vel alterum Problema redigimus.
 (S. XII) Quia tamen posset quis ad eundem scopum sibi insuperabilem iteratò offendere, v. g. in determinanda longitudine, ac latitudine dati loci in Disco, quem centrum penumbrae, vel linea assignatorum digitorum percurrit (communes enim solutiones, vel procedunt per Trigonometriam, vel ductis variis parallelis, vel determinant solùm in circumferentia Disci, & in axe Mundi) idcirò ad amovendum etiam hoc impedimentum, placuit subdere R. P. Christopheri Mairs, Romae in nostro Collegio Anglicano Polemicae Theologiae Lectore nunc Rectore, claram Geometricam, & ineditam solutionem Problematis, quo latitudo, & longitudo cuiusvis puncti in circulo illuminatum Telluris hemisphaerium representante determinatur; nobis ab ipso Auctore singulari humanitate communicatum una cum copiosissimâ, & accuratissimâ Tabulâ Geographicâ Longitudinum, & Latitudinum, atque nonnullis observatiōnibus, quas praefixo ejus nomine propriis locis inseruimus.

PROBL. I.

„ Dato in Disco Telluris Orthographicè projectae *AHIBMDCF* quovis punto *L*, ejus longitudinem, & latitudinem determinare.

„ *Lemma 1.* Circulorum maximorum plano projectionis perpendicularium. Projectiones sunt lineæ rectæ, per centrum transeuntes, & angulos inter se comprehendunt aequales angulis interceptis inter circulos, quos representant.

„ *Lemma 2.* Circuli Maximi, per polos duorum quoruimvis circulorum transeuntes, similares eorumdem partes intercipiunt, & aequales sui portiones inter eos interceptos habent: sic in Figurâ XXVII Vide Fig. 27. [RR in Tab. X], si *A* fuerit Polus circulorum *RR, TAB.X.*

„ *BPNGC*, *IπLEF*, arcus *Iπ*, *BP* nec non πL ,
 „ *PN*, &c. similares erunt; & arcus *IB*, πP , *LN*,
 „ *EG*, *FC* aequales. Haec constant ex sphaericis.

www.libtool.com.cn

„ *Solutio*. Sit *AHIBMDCF* dimidius Discus Telluris, in quo *C* centrum, & *P* polus, detur que in eo punctum *L*. Ducatur *CPB*, eique parallela *FLπI* per punctum *L* transiens, & utriusque perpendicularis per centrum *AFCDF*. Per *A* & *P*, itemque *A* & *L* transire intelligantur arcus circulorum maximorum *AπP*, *ALN*, eruntque [per Lem. 2] arcus *LF*, *NC* similares. Quoniam autem datur punctum *L*, datur arcus *LF*; ac proinde etiam *Lπ*, quoniam ex declinatione datâ, datur locus puncti π . Transferatur hic Arcus ex *F* ad *E*, faciendo nimirum *FE*, finum arcus illius ad radium *FI* (ut constat ex Orthographicâ Sphaerae projectione), ducaturque per centrum *C*, & punctum *E*, recta *GEH* occurrens circumferentia in *H*, eique perpendicularis per punctum *E*, *EM* occurrens circumferentiae in *M*; Dico arcum *HB* esse arcum distantiae puncti *L* a Meridiano (ex quo ejus longitudine determinatur) itemque arcum *HM* loci *L* latitudinem.

„ *Demonstratio*. Intelligatur Arcus circuli maximi circulo *CB* perpendicularis cadere ex *E* in *G*. Quoniam igitur *EF*, *Lπ* ex hypothesi aequales sunt, aequales etiam erunt arcus circuli maximi iisdem [per Lemm. 2] similares *GC*, *NP*: sunt autem [per idem Lem.] aequales pariter arcus *EG*, *LN*, & angulus ad *G*, & *N* utrobique rectus. Ergo similia, & aequalia sunt triangula *PLN*, *ECG*, ac propterea anguli *ECG*, *LPN* aequalles, necnon latera *PL*, *EC* aequalia. Sed anguli *ECG* mensura est arcus *HB* [per Lem. 1.] ergo idem arcus *HB* est mensura angli *P*, hoc est distantia puncti *L* a Meridiano. Denique quoniam *EC* aequalis *PL* est distantia puncti *L* a Polo, „ erit

„ erit ejus complementum EH , hoc est ex Orthographicæ Projectionis legibus, arcus HM loci latitudino; ~~Quod interat demonstrandum.~~

„ *Scholium.* Quoties punctum L cadit inter π & I (existente nimirum polo P in facie Disci) arcus πL transferendus est ab F ad partes oppositas, ut nimirum punctum E cadat intra alterum semicirculum, quem in hac Figurâ praetermisimus.

„ *Exemplum.* Sit Declinatio Borealis 20 gradium, ac proinde $CP = 70$, ductaque FLI , sit FL grad. 50; ergo $L\pi$, hoc est FB gr. 20; & mensura arcuum HB , HM , alia atque alia proportionata rectarum CB , FI inter se distantiâ.

Hactenus laudatus eximus Astronomus. Suum cuique.

§. XV, *Nova Methodus P. Rogerii Boscovich adhibendi aliquas deficientis Lunæ Phases ex Observatione notas, ad inveniendas ignotas, & plura Problemata solvenda.*
Usus duplicis contrariae hypothesis, etiam apud adversæ hypothesis Sectatores. Deliquum Lunare ex Luna visum apparet Solis defectio: Constructio Eclipsis Solaris visæ in Lunâ.

Et pro Lunae deliquiis nihil addetur subsidii? Nonne occurunt ingenia, quae per sublimioris Geometriae apices ad veritatum assequitionem tendunt, ad quam alii planiori incedunt via? Nunquid omnes in Ægypti campestriis subsistunt? Commodum a. 1744 prodiit Romæ Dissertatio R. P. Rogerii Boscovich Matheseos in Collegio Romano Professoris, praefixo hoc titulo: *Nova Methodus adhibendi Phasium observationes in Eclipsibus Lunaribus*; in eâ tradit Auctor modum, quo ex quantitate partis obscuratae quater per micrometrum definitâ, unâ cum Lunæ diametro determinandi initium, finem, & aliam quamcumque phasim; immò & diametrum umbrae, apparentem, centri Lunaris celeritatem, &c. quin etiam ex macularum

larum immersione, & emersione eruendi apparentem
 orbitae Lunaris inclinationem ad Eclipticam, locum
 Nodi, Tempus verae oppositionis, & in illo Lunae
_{www.libtool.com.cn} latitudinem. In solutione utens hyperbolae affectio-
 nibus ostendit 1. assumptâ lineâ rectâ ad arbitrium,
 quae exprimat tempora, & erectis super illam rectis
 perpendicularibus, quae sint obscuratis partibus pro-
 portionales, harum rectarum vertices universos esse
 in unâ hyperbolâ, cujus axis perpendicularis erit ad
 rectam, quae exprimit tempora. 2. Adhibitâ prc-
 prietate Conicarum Sectionum satis fœcundâ, quod si
 duae chordae ejusdem Sectionis parallelæ, duabus
 rectis datis, ubicumque occurrant rectangula contenta
 a duabus distantiis communis intersectionis, & a dua-
 bus intersectionibus curvae erunt in datâ ratione, o-
 stendit quomodo datis quatuor punctis, & directione
 axis determinari possit hyperbola centro ejus reper-
 to verticibus, &c. 3. Determinatâ hyperbolâ tradit
 quomodo erectâ per quodvis temporis punctum per-
 pendiculari usque ad occursum hyperbolæ, quz often-
 det phasim illi tempori correspondentem, idest par-
 tem obscuratam, haec reperiatur, & viceversa quo-
 modo hac datâ, reperiatur punctum temporis, quan-
 do invenitur occursus curvae cum rectâ temporum,
 in quâ ubi nulla evadit pars obscurata determinatur
 principium, & finis Eclipsis. Similiter demonstrat,
 quomodo ex occursu variarum rectarum cum pree-
 dictâ hyperbolâ inveniatur finis immersionis, & prin-
 cipium emersionis. Praeterea quomodo haberi possit
 methodus ex macularum immersione, &c. 4. Cùm
 ea omnia, quz per hyperbolam inveniuntur, pendeant
 ab exactâ ejusdem determinatione, & haec ab juxta-
 datorum mensurâ, quae sunt quatuor phases, ad co-
 gnoscendum an hae sint accuratae, proponit hanc me-
 thodum. Erigantur rectae proportionales universis
 phasibus observatis, unaquaeque ad punctum sui tem-
 poris, istarum vertices convenire debent in unam,
 cur-

curvam regularem, nempe jacere in hyperbolâ juxta demonstrata. Vel ergo convenient in unam curvam regularem, & judicari possunt exactae, quia, quando interveniunt errores, produnt semper aliquam irregularitatem; vel non convenient, & tunc ducaatur curva regularis inter illos vertices hinc inde media, & capiantur quatuor phases ita correctae: quod si puncta illa nimidum aberrarent a curvâ regulari indicio esset non exiguo error commissos fuisse in observando. 5. Ne quis objiciat plura problemata naturâ suâ plana hic solvi per locum solidum, dum adhibetur intersectio rectarum cum hyperbolâ, advertit hic non requiri actualem Coni Sectionem, aut hyperbolz delineationem ad inferendas ex quatuor phasibus eas, quas deducit illationes; sed tantum considerationem proprietatum hyperbolae. Si ergo haec, caeteraque Coni Sectiones considerantur in plano directe in suâ definitione; si generaliter per Geometriam planam solvit illud problema = invenire intersectiōnem datae rectae per determinatam Sectionem Conicam =, inveniendo scilicet praedictos occursus per Geometricam Constructionem, & rigidâ demonstratiōne earumdem curvarum proprietates; infert salvo rigore Geometrico solvi posse problemata plana beneficio occursus rectarum cum Sectionibus Conicis: Atque earum proprietates in demonstrationibus adhiberi posse, quæ tunc nihil aliud erunt quam collectio Problematum, ac Theorematum demonstratorum, qualia sunt apud Euudem, quibus unusquisque uti poterit, etiam in planorum problematum solutione. Huc tendit ardua illius profundz Dissertationis via.

Mitto inquirere num Eclipsum calculus melius, aut faciliū tradatur in hypothesi Telluris motae, an in hypothesi Telluris immotae; utriusque enim assertores (^a) concedunt communiter adversae parti salvari

(^a) Vide Wolfium de studio Mathe- | monelli Const. Ecl. prop. IX. n. 2.
sico cap. 9, pag. 365; & P. St-

ri Eclipsum phaenomena , sive sit oculus , sive Sol qui moveatur: Neutrum enim impedit mutuas cor-
www.Etudia.co occultationes. Speculativè statutâ hac concor-
diâ non desunt qui in praxi calculi Eclipsum neces-
sarium arbitrantur ad motum Telluris recurrere ; sed
neque idipsum alterius sententiae defensores conce-
dunt , quibus sufficit repræsentare motum Umbrae , &
Penumbrae Lunaris supra Terrae Discum in Eclipsi-
bus Solis , & motum Luna per umbram Terrestrem
(habitâ ratione differentiae , quâ motus proprius Lu-
nae superat apparentem Solarem) in defectibus Luna-
ribus . Quin etiam inter Copernicanos ad explican-
dum motum horarum fictum , & simplicem (qualem
haberet Luna si sola , & motu aequabili moveretur in
suâ Orbitâ) sunt , qui in Eclipsibus sibi imaginentur
Terrestris Disci centrum quiescere . Ut isti abitrarentur
a motu annuo , quem solent Telluri tribuere , ita ab
attributâ eidem diurnâ vertigine präescindere jubet
Wifbon ^(a) unus , caeteroquin ex fervidioribus Tellu-
ris motae assertoribus , saltem dum ad Solaris Eclipsis
calculum acceditur : Fingamus , inquit , Telluris rota-
tionem diurnam sibi parumper , dum transit Luna , &
videamus quo pacto Umbra Lunae Terram nostram , aut
ejus partes nonnullas afficere , aut obscurare potest . Pro-
fectò P. Simonelli ^(b) usque ad eò non indiget Tellu-
ris motu , ac vertigine ab occasu in ortum , ut ad ha-
bendum constanter ante oculos hemisphaerium Terræ
illuminatum , & uno circulo caeteros Finitores Disci
repræsentandos , imaginetur eumdem Discum comi-
tari Solis motum ab Ortu in Occasum . Idem tamen
in Corollario 2 , Prop. IX , veniam petit utendi con-
trariâ expressione , tum quia breviori , tum quia res
ita appareret e longinquo , si oculus noster constitue-
retur in axe illuminationis , in eâ distantiâ , in qua
fertur Luna , ut jubent Recentiorum Constructionum

Au-

(a) Wifbon Lectione XIV , pag. 156.

(b) P. Simonelli Lib. cit. sub finem Schol. prop. VI.

Auctores. Generaliter in Astronomicis praefat praescindere, quantum fieri potest ab hypothesibus, & loqui de motu apparenti.

Quia vero illa, quae in seipsis sunt vera Luna deliquia, si oculus constitueretur in Luna, apparent Solis defctiones, investigemus quoniam sit talium Eclipsum Solarium Geometrica Constructio, siue repraesentatio. Modus eas calculandi, atque Optimam projectionem construendi, est ferè idem ac in Telluris Eclipibus cum sequenti discrimine. 1. *Discus* erit Lunae, adeoque ejus semidiameter aequalis semidiametro Lunae nobis apparenti. 2. *Semidiameter Penumbrae* aequalis erit aggregato ex parallaxi Lunae horizontali (haec enim aequalis est semidiametro Telluris ex Lunâ visae) & ex semidiametro Solis nobis apparenti, cum non minuatur sensibiliter ex radio Orbitae Lunarum. 3. *Semidiameter Umbra Vera* (quamvis dilutae a radiis refractis in atmosphaera Terrestri, hoc est circa limbum Telluris) aequalis est semidiametro Terrae ex Luna visae, subtractâ Semidiametro Solari. 4. *Via centri penumbrae* transire debet per punctum determinatum a Latitudine, quam habet Luna tempore verae oppositionis. 5. Portione paralleli per punctum assumptum transeuntis divisâ in horas, & minuta, dividatur pariter via centri penumbrae (sive haec cadat intra Discum, sive prope illum) sed quia Luna successivè illuminatur a limbo maris *Crisium* ad limbum *Grimaldi*; hinc prior limbus, qui nobis est ad occasum, in Lunâ dicitur Orientalis; posterior, qui nobis est ad ortum, in Luna dicitur Occidentalis. 6. Initium Finis, & Phases determinantur ex datis mensuris, ut in Typo Eclipsis Terrestris. Cum autem umbra Telluris appareat moveri super Disco Lunari juxta nobis apparentem Solis motum, nil obstat quo minus in eâ hypothesi typus describatur; quod in Deliquiis Lunaribus ex Terrâ visis notavit P. *Simonelli* in suâ Prop. XXIX, exhibens in Fig. 30 phasis um-

brae verae in Disco Lunari, reddita ratione, quod Luna similiter immagratur, sive ipsa umbram immotam subeat ab occasu (nostro) in ortum, sive fingatur Lunam immotam umbra equali progressu ab ortu in occidente invadere. Nec desunt, qui non modò Solem immotum concipiunt, sed etiam sine notabili errore, quasi immotum imaginantur punctum assumptum in superficie Lunari propter tarditatem conversionis Cassinianae circa proprium axem, quod reddit faciliorem Constructionem. Oculi in Lunâ collocati phaenomena tempore Eclipsum expendit David Gregorii Lib. VI, Astronom. prop. 9. Corollaria superioris doctrinæ quisque per se facile deducet: illud in primis: multo plures Solis Eclipses in Lunâ visibles, quam nos numeremus deliquia Lunaria. Ratio est quia si oculus degeret in superficie Lunae nobis obversâ, esset illi satis sensibile, quando Sol occultatur solum partialiter a penumbra Terrestri, v. g. unum vel duos digitos; viceversa, in Terris id non est sensibile; unde non computamus Lunâ deliquia, nisi quando attingitur a radio umbrae verae, vel ad summum a penumbra noctis atmosphaeræ.

CA:

www.librolatino.com.br
C A P U T V I.

*Concordia Mechanica, sive Organicum
triplicis Sphera subsidium
pro Eclipsibus.*

§. XVI. *Uſus Globi Geographici pro utriusque Luminarie defectibus investigandis, ac prænunciandi declaratus, Monitum ad cavendum abusum in duratione totali Eclipse Solaris.*

Inter modos Luminarium Eclipses mechanice oculis exhibendi ille explicari meretur, quo in *Geographicō Globo* repraesentari consueverunt; idcirco pro pleniori, & facilitiori Solaris defectus intelligentia, ac praedictione sequentia pracepta subjiciam.
1. Quoniam penumbra numquam eodem tempore Telluris superficiem visa est occupare ultra 99 gradus in amplitudine, præparetur circulus ex charta crassiori, qui non extendatur ultra 99 gradus circuli maximi in *Globo Geographicō*. Ejusdem chartacei circuli quantitas pro datâ Eclipse determinabitur, si tot præcisè gradus ejusdem *Globi* tegat, quot gradus Disci Terrestris, seu circuli illuminati Telluris hemisphaerium repraesentantis inventa est occupare, diameter penumbrae in Eclipsi constructione. 2. *Globus* exponatur Soli, ut axis illuminationis *Globi*, si produetus intelligatur, transeat per datum Solis locum, in Ecliptica futurum tempore Eclipsei. 3. Cùm ex constructione, vel ex calculo innotescat quot minuta occupatura sit diameter umbræ, vel lucis in datâ Eclipsei, auferatur in gyrum circa centrum circuli chartacei tanta ejus quantitas, ut illam ad libitum approximando, vel removendo, radius Solis per aperatum foramen admissus illuminet in *Globo* totidem

minuta circuli maximi, quot inventa est subtendere praedicta diameter. 4. Si in constructione via penumbræ cadat in Discum, seu circulum representantem Tellurem, & jam nota sit Solis declinatio, ac tempus, clarius in Globo, quam in illo Typo determinari poterit punctum (dicamus *M*) ubi Eclipsis centralis spectabitur in meridie. 5. Poterit pariter versus occasum determinari in Globo punctum (vocemus *A*) in quo Eclipsis centralis incipit oriente Sole, convertendo autem meridianos interceptos inter punctum *A*, & *M* in tempus, ut uni horæ dentur 15 gradus, & unicuique minuto horario 15 minuta gradus, innotescet differentia temporis in horis antemeridianis. 6. Similiter procedendo versus ortum determinari poterit successivâ illuminatione punctum *Z*, in quo centrum penumbræ desinit Tellurem attingere, adedque Eclipsis centralis videri desinet occidente Sole, convertendo pariter meridianos interpositos in horas Astronomicas, innotescet differentia temporis a puncto *M* in horis pomeridianis. 7. Loca, quæ percurret Solis radius per circuli chartacei centrum sic introductus, ut successivè transeat per tria praedicta puncta juxta ordinem litterarum, (umbra enim progreditur ab occasu in ortum) sunt ea quæ videbuntur Solis Eclipsem centralem: loca obtenebrata a circulo chartaceo sunt ea, quæ tempore Eclipsis erunt aliquando intra penumbram. 8. Si velis quantitatem digitorum, posset acu crassiore perforari id, quod remaneat ex circulo chartaceo, vel per tres circulos concentricos, vel saltē secundam diametrum propensam versus polos (ita ut in motu remaneat perpendicularis ad lineam *AMZ*) quam describit centrum penumbræ in tribus paribus intervallis, hinc inde ab apertura facta propè centrum, ut habeatur digitus tertius, sextus, & nonus. Ita simplici Globi circumvolutione sub eodem meridiano fixo omnes representante uno intuitu totam seriem Solaris defectus, & va-

rix ejus phases, quas aliâ methodo venari est permoto-
 testum. Alii loco circuli adhibent parvam Sphæram,
 cuius diameter ad diametrum Globi Geographici sit
 ut penumbræ diameter ad diametrum Disci Terrestris,
 ita ut umbra sphærulæ interpositæ, atque in globum
 projectæ, successivâ, aptâque motione exhibeat mo-
 tum umbræ Lunaris supra Terram: Nisi fortè talis sit
 defectus, ut mera umbra Lunæ Terram non attingat,
 (unde in Eclipsibus annularibus frustra adhibetur hæc
 posterior methodus) vel extra Terram cadat ad late-
 ra versus alterum polum, qui defectus est communis
 etiam priori methodo. Monendum hoc loco, quod
 licet per predictam Meridianorum conversionem in
 horas inveniatur quota hora sit numeranda in datis
 locis Tempore Eclipsis; tamen hac viâ non determi-
 nari præcisè durationem generalem totius defectus So-
 laris. Ratio a priori est, quia tempus apparet mensu-
 ratur per meridianos, quos percurrit centrum Solis
 motu suo ab ortu in occasum, non per illos, quos
 attingit umbra, vel penumbra, cuius projectio præ-
 fertim in principio Eclipsis occidente Sole, & in fi-
 ne oriente Sole est maximè obliqua. Eclipsis autem
 duratio totalis pendet a tempore, quo Luna subit,
 & relinquit Solem per excessum sui motus in ortum,
 ut declaratum in Synopsi constructionum: quare vel
 motus Solis apparet, vel motus Lunæ proprius con-
 versus in horas, & minuta dabit durationem totalem.
 Idem a posteriori evincunt observationes; aliquando
 enim eundem defectum Solare videre potuerunt Si-
 nenses, & Europa universa cum regionibus interme-
 diis, qualis fuit an. 1715, die 3 Maii. Ergo cum Pe-
 kinum a nostro Meridiano Senensi distet 7 horis, &
 præcisa meridianorum differentia, quos umbra, vel
 penumbra attingit, conversa in horas, daret duratio-
 nem totalem Eclipsis Solaris, hæc durasset ultra septem
 horas, quod est absurdum, cum duratio totalis So-
 laris defectus, etiam in diversis locis nunquam perva-
 nias

niat ad septem horas. Proinde in usu Globorum, & Geographicarum Tabularum cavendum, ne is ad plura, libquam par est, aut præter rationem extendatur; alioquin degeneraret in abusum.

Idem Globus Geographicus deservire potest ad ostendenda omnia loca superficie Terrestris, e quibus videri poterit *Deliquum Luna*, si meridianus Globi ita circumvertatur, ut locus Lunæ in Zodiaco debitus tempore Plenilunii Ecliptici constituatur in vertice, sive in superiore horizontis polo (in sphæra Armillari facilius cognosceretur per quod punctum meridiani transeat ille gradus Zodiaci) sic enim fiet manifestum plenilunium Eclipticum videndum ab omnibus, quibus contingit esse in toto illo hemisphærio supra nocturnum horizontem constituto. Atque hinc solvuntur quæsita pro quovis determinato loco, qui circumvolvendo Globum reduci debet sub meridiano, ut hic congruat cum meridiano Loci. Si Plenilunium contingat in media nocte, non erit opus aliâ operatione: Si ante, vel post, meridianus loci removeri debet a meridiano Fixo, vel in ortum, vel in occasum, quantum requirit tempus datum plenilunii, convertendo tempus in gradus, & minuta Æquatoris, juxta dicta: quod facilius obtinebitur, si notetur hora in circulo horario transiens per locum determinatum, v. g. si plenilunium futurum sit duabus horis post medianam noctem, mobilis meridianus loci retrahatur in orientem, ut congruat sub hora secunda post medianam noctem; sive, quod idem est, arcus Æquatoris, interceptus a meridiano fixo, unde incipienda est numeratio, sit 30 graduum. Hic status determinabit quodnam sit hemisphærium nocturnum, cui erit visibile plenilunium Eclipticum. Pari ratione determinari poterunt loca, quæ aspicient initium, & finem Eclipsis, constituendo globum similiter ad ortum, vel ad occasum, vel tantum removendo mobilis loci meridianum, pro quo initus est calculus ini-

tii, vel finis Eclipsis, quantum requirit tempus datum (per Tabulam Conversionis temporis in partes Äquatoris); qui enim erunt supra talem horizontem, videre poterunt vel initium, vel finem Eclipsis, prout alterutrum monstretur. In hac autem via, cæteroquin expeditissima, non est expectanda ulterior accuratio, præsertim in minutis circa horizontem; nam ratione refractionum aliquando visa est Eclipsis Lunæ, quando centrum utriusque Luminaris apparebat supra finitorem.

S. XVII. Sphæræ ARMILLARIS Usus pro invenienda Solis Declinatione, axium Äquatoris, & Eclipticæ Inclinatione, atque Angulo Orbitæ Lunaris cum circulo Latitudinis.

Sphæra quoque Armillaris multum deservire potest Tironibus ad figendam imaginationem; & 1.^o circa Solis Declinationem eidem debitam tempore Ecliptici Novilunii, si datus locus verus Solis pro eo tempore revolutione sphæræ reducatur sub meridiano, ubi solent notari gradus, vel si in illo desint, reducatur ad horizontem sphæræ rectæ, in quo sunt numerati; arcus enim, interceptus inter locum verum Solis, & Äquatorem in gradibus, & minutis versus alterutrum Polum, dabit non solum quantitatem quæsitæ declinationis, vel etiam speciem vel Australem, vel Borealem, prout Sol in alterutro hemisphærio fuerit constitutus. 2.^o Opticam Inclinationem axium Eclipticæ, & Äquatoris spectare candidatos juvabit, si axis Eclipticæ ponatur in horizonte, & locus verus Solis in vertice, sive in Zenith; arcus enim horizontis inter Borealem Eclipticæ polum, & Meridianum sphæræ interceptus, ostender quæsitam inclinationem. Si Sol habeat declinationem Borealem, Polus Mundi Boreus attolleretur supra talem horizontem, & infra illum deprimetur Polus Mundi Australis, ideoque horizon dividet

videt hemisph $\ddot{\text{e}}$ rium superius diurnum ab inferiori, si-
ve nocturno. Vicever $\ddot{\text{s}}$ a, quando declinatio Solis est
Australis. Ex tali sph $\ddot{\text{e}}$ rz positione fiet pariter ma-
nifestum, an Boreus Ecliptic $\ddot{\text{z}}$ Polus sit in hemisph $\ddot{\text{e}}$ -
rio Orientali: cùm enim in sph $\ddot{\text{e}}$ ra Armillari axis Ä-
quatoris sit fixus, & axis Ecliptic $\ddot{\text{z}}$ mobilis, angulus
inclinationis axium erit inter Septentrionem, & Or-
tum, Sole tendente a Canero ad Capricornum: Si
verò Boreus Ecliptic $\ddot{\text{z}}$ polus inveniatur in hemisph $\ddot{\text{e}}$ -
rio Occidentali, tunc angulus inclinationis axium e-
rit inter Septentrionem, & occasum, Sole tendente a
Capricorno ad Cancrum ^(a); contrario modo loquun-
tur, qui considerant axem Ecliptic $\ddot{\text{z}}$ veluti immobi-
lem, axem Äquatoris ut mobilem. 3.^o Opticam Lu-
naris Orbita inclinationem cum circulo latitudinis ob-
tinebunt similiter observando arcum interceptum in-
ter Orbitam Lun $\ddot{\text{z}}$, & Eclipticam. Explicatur: Or-
bitam Lun $\ddot{\text{z}}$ dicimus curvam a centro Lun $\ddot{\text{z}}$ descriptam
in suo mense Periodico, quz licet censeatur constan-
ter inclinata ad Eclipticam Angulo 5.^o, 1', 15", cu-
jus anguli vertex est in alterutro Nodorum circa quos
fiant Syzygiz; tamen opticè variatur, præsertim extra
Syzygias. Latitudo Lun $\ddot{\text{z}}$ est distantia ejus centri ab
Ecliptica, versus alterum Zodiaci polum: concipiatur
circulus maximus, transiens per centrum Sph $\ddot{\text{e}}$ rz, per
Polos Zodiaci, & centrum Lun $\ddot{\text{z}}$, vocatur *Circulus La-
titudinis*, quia ejus arcus, interceptus inter Eclipticam,
& Orbitam Lun $\ddot{\text{z}}$, quam secat, metitur latitudinem
Lun $\ddot{\text{z}}$, sive ejus distantiam ab Eclipticâ, & simul o-
stendit speciem latitudinis vel Borealem, vel Austra-
lem, prout vergat ille arcus ad alterutrum Zodiaci
polum. Angulus, quem facit Orbita Lun $\ddot{\text{z}}$ cum præ-
dicto arcu circuli latitudinis dabit inclinationem Or-
bitæ Lunaris cum circulo latitudinis. Quia verò axis
Ecli-

(a) Vide dict. §. IX, Lege 24: il-
lis autem punctum Septentrionale
est punctum Eclipticæ in circulo

Latitudinis maximè Boreale, ut in
Fig. 33, punctum E.

Eclipticæ utrinque terminatur in Zodiaci polis, & Orbita Lunæ in Syzygiis inclinatur ad Eclipticam angulo 5°, 1', 15" ferè, inclinabitur ad ejus axem, & ad planum perpendicularē gr. 84, 58', 45" circiter, ut hi numeri simul sumpti sequentur angulo recto. Aliquot minutorum *correctio* per subtractionem facienda, ut salvetur optica variatio, traditur quidem in Tabula XXVII *De la Hire*, sed sperari vix potest ex parvæ sphæræ Armillaris contemplatione.

S. XVIII. *Uſus GLOBI ASTRONOMICI, sive COELESTIS pro Stellarum occultationibus, Triplicis Sphaera utilitas, & inventio obiter indicata. Cur Ægyptiis tribuenda. Græci quid addiderint. Quare vitrea sphæra ab aliquibus Sanctis Martyribus confracta.*

Globus demum *Astronomicus* suum habet usum in Eclipsibus, sive Occultationibus Fixarum Stellarum, dummodo sint in illo descriptæ eo situ, quem habent in Cœlo; planetæ enim, præsertim Luna, etiam extra Syzygias non raro occultant Inerrantes. Si in hoc Globo notetur motus proprius Lunæ, qualis nempe fieri per Zodiacum tempore vero, apparebit uno intuitu quas stellas, quando, & quandiu sit occultatura. Eadem usui deservire possunt Tabulæ Uranometricæ, sive Bayeri, sive Pardies, sive Flamstedii, sive Doppelmayeri, addito motu conueniente temporis elapsio. Bayerus enim eas alligavit anno 1600, & fixæ singulis annis apparent progredi secundūm seriem signorum 51" juxta Cassinum Seniorem, & *De la Hire*, &c. 50', 52" juxta Doppelmayr; 50", 40" juxta Ricciolum; 50", 30" juxta Maraldum, vel potius 50", 22", 30". Plura alia problemata per Globorum usum organicè invenies soluta paſſim apud Auctores non ſolum mechanicos, sed etiam apud ſeverioris Geometræ, & Trigonometræ cultores.

Confer *Lotbarium a Zumbach in Praxi Astronomicâ per uſum Globi Cœleſtis, & Terreſtris, edita Amstelodami*

dami 1700, qui, & Eclipses Solis, ac Lunæ uberiorum monstrare dicitur in suo Planetolabio. Quod diximus de Lunâ, servata proportione de Optica coniunctione aliorum Planetarum, vel etiam Cometarum, cum aliqua ex Fixis; ex quo observationum genere certius eruitur locus, & mensura motus eorumdem, quam aliâ quavis methodo; unde in Recentiorum Tabulis Astronomicis notantur etiam transitus Cometarum juxta Fixas, ut fieri possit comparatio annis subsequentibus cum aliis, qui redire censeantur. Generalis Operationum demonstratio fundatur in eo, quod unusquisque ex illis Globis sit non rudit imago eorum, quæ videntur in Cœlo, & Mundo: Quare si rectè descripta sit imago, sive simulacrum, & suo loco constitutum, necesse est, ut proprio congruat exemplari. Propterea inspectâ sphærâ utilitate, ac representatione jure meritoque cum Cassiodoro (^a) vocari potest *parva machina gravida Mundu*, *Calum gestabile*, *Compendium rerum*, *Speculum Natura*. Nimium verò sibi plaudunt Græci, dum triclinis Globi inventionem suis adscribunt Anaximeni, Anaximandro, & Thaleti Ionicæ Sectæ Præceptoribus, quasi invenissent, quod ab Ægyptiis acceperant. Ejusdem scholæ fuit Aristagoras (^b) Miletii Tyrannus, qui Cleomeni Spartanorum Regi quinque ante Christum Sæculis ostendit in ærâ Tabulâ Mundum tunc cognitum, nempe Imperium Persicum, Joniam, & Græciam. At multò ante Ionicam Thaletis scholam vixit Thætetus, seu Mercurius Senior, Ægyptiis Thos, cui Plato in Phædro Astronomiz tribuit inventionem, in regione ad contemplandum Cœlum aptissima, ut pote a pluviis minimè perturbata; Astronomia autem nequit intelligi sine aliqua figura, & adumbratio-

(a) *Cassiodorus Var. Epist. X, epist. 45.*

(b) *Apud Herodotum Lib. 5. Βχων χάλκειν πίνακα ή τῷ γῆς ἔτα-*

Θεὶ περίοδος ἀντεμνυγό, καὶ δάλασσά τε πᾶσα, &c. pag. 347.

tione; & Mercurius Junior, idest *Siphoas* nonne fuit
Scriba *Sesostris*, qui Orbem a se devictum in Tabu-
las Geographicas redegit (^a), easque in Cholchide reli-
etas inspicerunt postmodum Argonautz ante Bellum
Trojanum? *Atlas* verò Rex *Mauritaniz*, *Promethei*
Ægyptii frater, & *Maternus* Avus *Mercurii Junioris*,
nonne primus (^b) *Sphara rationem Hominibus monstrasse*
perbibetur? Unde increbuit vulgi imaginatio, quod
Mundum universum humeris sustentaret? Symbola,
certè illa quomodocumque exponantur antiquiora sunt
Graeciae Sapientibus. Quid ergo? Nihil ne *Graecis*
concedendum? Imo verò non pauca. Primum varia-
se nomina, ac symbola, ipsamque mythologiam ad
tempora recentiora traduxisse, ut v. g. *Aries Phry-*
xi diceretur, qui ante erat *Aries Ammonis*, vel *Si-*
gnum fœcunditatis; quando enim Sol (^c) constellatio-
nem illam percurrebat omnis natura in nostro hemi-
sphærio erat in partu, & lascivientes Arietes imitaba-
tur. 2.^o Minores quosdam asterismos adjecisse, ut
fertur *Conon* addidisse comam *Berenices*. 3.^o Loca si-
derum cum *Eudoxo* & *Hipparcho* accuratius adnotas-
se. 4.^o Descripsisse carmine cum *Arato*, *Empedo-*
cle, aliisque. 5.^o Simplici traditioni addidisse plures
demonstraciones tam in Theoria, quam in praxi.
6.^o Organa automata ad perfectiorem statum perdu-
xisse, ut ii motus in Armillari sphæra efficerentur,
qui conspicuntur in Cœlo, quod præstiterunt præ-
ceptoribus *Archimedes*, & *Poseidonius*. 7.^o Eadem instru-
menta Romanis tradidisse, apud quos manavit usus,
ut Romanorum Imperatores in suo Museo automaton
vitreae sphærae servarent, qualem *Claudianus* (^d) de-
scribit. Quod si SS. Martyres vitream Cœli machinam (^e)

P 2 orang-

(a) Vide Scholia in Argonautic.
Apollonii.

Tom. 2. in responsione ad argu- menta objecta.

(b) *Diodorus Siculus Bibl. Lib. III,*
pag. 193. τὸν οὐασπίδυ λέγον τε

(d) Claudianus Epigramate Jupiter
in parvo, &c.

(c) Vide: Much: Histoire du Ciel.

(e) Knagi anno Cœlesti 17 Maij
S. Torpece.

orando s̄p̄ius confregere, non idē quia damnarent Divinæ Lyrae imitamenta; sed quia vel non sine arte magica, quod ipsis ceteroquin erat ignotum, moverentur, vel quia Mathematici Possessores per se ad Astrologiz Judiciariz figmenta abuterentur (⁴); & Nomina Martis, Veneris, aliorumque in sph̄erā Planetarum tunc temporis non facilē poterant a Paganorum superstitione separari: pr̄sertim adjectis falsorum Deorum imaginibus. Ceterum Globum Geographicum, cum suis Terrarum tractibus nulla gens viderat, antequam Mæcenas Orbem Romanum in sua Porticu spectandum exhiberet; sed nec videre poterat ex integro antequam America post Columbi, aliorumque navigationem detergeretur; quamvis Veteres non ignarent sph̄ericam Telluris figuram, & quinque Zonas, quæ adhuc videntur in Vetustissimis Ægyptiorum hieroglyphicis.

§. XIX. De peculiaribus instrumentis pro cognoscendis Eclipsibus. Petri Appiani Rotæ indicatæ, ut & Philippi de la Hire. Communium organorum defectus notatus. *Alia machinae cur omisæ.*

Pr̄ter Instrumenta, motibus Coelestibus repr̄sentandis communia, qualia sunt *Astrolabium*, & supra memoratum *Planetolabium*, &c. excitatæ sunt peculiares machinæ pro cognoscendis in dato anno, & mensse utriusque Luminaris Eclipsibus. Tales sunt plures Rotæ Petri Appiani in suo Astronomico Cœsareo ad pr̄dicendam Eclipsis diem, horam, minutum, durationem, & quantitatem, methodo tamen satis perplexæ. Multò magis commendatur triplex planum circulare Cl. Phil. de la Hire, quod addidit ad calcem suarum Tabularum, & apud Bionem Instrum. Mathematic. L. VI, c. 4, adhibitâ periodo Eclipticâ 179 anno.

(4) Ambros. in Act. S. Sebastiani M. apud Holland. 10 Januarii,

annorum Lunarium, de quibus diximus in secundâ Investigatione. Fatendum tamen est pleraque instrumenta, quæ nunc sunt in usu (ut & Typos, Schematismos, Diagrammata) non parum deficere a perfectâ similitudine, si comparentur cum iis, quæ in magnis Mundi corporibus fiunt, Eclipsibus non sine motu. Cùm enim motus sit rebus inanimis, quod est anima corporibus animatis, quid aliud videntur mechanica subsidia sine motu, quâm mortua cadavera, picturæque inanimes? Idcirco ad tollendum hunc defectum excogitaveram *Horologium Eclipticum*, quod facta peculiaris tympani, & alterius Rotæ additione ad horologium oscillatorium, monstraret totius Eclipsis progressum (etiam in cubiculo obscuro, si ultra faciem semidiaphanam aptaretur lumen) ac phasum seriem; sed cùm automaton illud præsupponeret aliunde nota calculi prævii Elementa ad determinationem datæ Eclipsis (nec magnam afferret utilitatem) placuit ejus descriptionem omittere. Simili de causa silentio prætereo *Armillam Eclipticam*, quam ad imitationem Astronomici annuli Gemmæ Frisi adinveneram, addito interiori annulo mobili cum nodis Lunaribus, & terminis Eclipticis: licet enim constituerre pro dato die parvum Solem in suo gradu (sætem moraliter) Tirones norint ex ingressu Solis in puncta æquinoctialia, aliaque Signorum initia; Lunam, verò in Conjunctione, vel Oppositione pro data Syzygia; tamen necesse erat aliunde scire locum Nodi in Cœlo, ut idem in annulo tribueretur. Neque est quodd nostra zetas supplementa illa requirat, cùm neque Veteres Archimedis, & Posidonii Sphæras desideret, quando venalia prostant automata, quæ ad motum incitata ostendunt motus, qui in Cœlo fiunt, adeoque & Eclipses posito lumine in loco Solis.

C A.

C A P U T VII.

*Ordo observandi Eclipses Luminarium,
Mercurii, & Veneris.*

§. XX. *Quomodo observentur SOLIS defectus tam directe, quam reflexe. In imagine reflexa quænam pars dextra, quænam sinistra. Varia micrometra. Horologis mutus quomodo corrigatur.*

Vis à Methodo construendi Opticam Eclipſium projeſtionem, invētigemus ordinem Doctrinæ in iisdem *observandis*. Plures modi observandi SOLIS defectus circumferuntur, ex quibus octo recentur Ricciolus^(a). Duo nunc præcipue commendantur: alter per radios directos Telescopio munito vitris coloratis, aut flammæ fuligine obscuratis. Unum ejusmodi vitrum sufficeret, si colore esset valde saturo, aut fuligine inæqualiter infectum, ut ea pars oculo admoveatur, qua aptior est ad resistendum energiæ radiorum Solarium. Additur micrometrum, vel reticulum cum filis parallelis in duarum lentiū foco. Qui capillari, sive sericeo reticulo utuntur, numerant quot reticuli intervalla exaequet planetæ diameter, cum inchoatā jam Eclipsi norant ad certa minuta temporis quo ex iisdem intervallis comprehendant pars immunit ab occultatione; ex hac enim melius infertur quantitas partis obiectæ, quæ immedia- tè minor julto videretur, eo quod minorem impres- sionem faciat in oculis, quam pars lucida. Cl. Philip. de la Hire solebat adhibere etiam micrometrum ex plana chryſtallo, cuius area divisa esset per sex cir- culos concentricos inter se aequè distantes, adamante inscri-

(a) Ricciol. Almag. L. V, cap. 5.

in scriptos, illudve adaptabat apparenti diametro Planetae. Kirkiss (^a) usus est annulo cum duabus cochleis maribus sibi invicem ex diametro oppositis. Quando aliunde non innotescat quo scrupulis secundis aequivaleant singulae spirae, notetur tempus, quo aliqua stella fixa ab extremitate unius cochleae ad extremitatem alterius pervenit. Tubo immoto, tempus convertatur in arcum Äquatoris, & habebitur quantitas intervalli inter utramque, quod ante applicatum supponitur diametro Luminaris (vices Micrometri generere potest campus Telescopii, si non ignoretur quem arcum occupet in Cœlo, praesertim si comparetur cum diametro Solari, qui innotescit ex Tabulis); At radii dum perstringunt duas micrometri cuspides, aut aliud corpus solidum, patiuntur inflexionem, adedque etiam variant apparentem planetae diametrum. Propterea laudatur P. Heinrich (^b), qui in tenui filo Vitri Moscovitici ducebat 13 parallelas cum capillo transverso; hic dirigi debet per centrum umbrae, & Lunae: umbrae margo, & limbus Lunae comprehendendi inter duas lineas parallelas (^c). Alter modus est, quo per radios reflexos imago Solis excipitur modico telescopio, duarum lentium inaequalium (Helioscopia superioris saeculi habebant lentes aequales, & foci nimis brevis, unde non tam claram speciem exhibebant) quod nec sit tam breve, ut distinctam non pingat imaginem, nec tam longum, ut non integrum recipiat, ac non sine difficultate possit ad Solis motum circumagi: novem circiter palmorum censemur in hunc usum commodissimum. Imago clarius pingetur tanquam in camerâ obscurâ, si ad finem vicinoris tubi apponatur extrinsecus aliquid simile annulo Saturni ex chartâ crassiore ad obscurandas partes Tabulae circumpositas. Radii per Telescopium projecti excipientur in mun-

(a) Vide *Wolfium Astron.* n. 508.

(b) Ibid. num. 881.

(c) D. Enst. Zenotti uicitur hic mi-

crometro, in quo fila se intersectent in centro ad angulos semi-reges: tom. 2, Institut. Bon.

mundâ papyro constituta ad angulos rectos axi illuminationis super tabellam, quae removeri possit, ac retrahi pro arbitrio; neque antea figuratur, quam imago a radiis Solis *ultra focum* ocularis vitri depicta congruat cum aliquo ex pluribus circulis, vel cum illo, qui ad hunc finem paulo ante Eclipsim paratus est aequalis magnitudinis. *Vide Fig. 39*, in qua du-

V. Tab. XV, Fig. 39. etis sex circulis concentricis, aequali intervallo inter se distantibus, diameter exterioris dividitur in 12 partes aequales, seu digitos: Singuli digiti subdividuntur in quartas partes, ac per illas ductae aliorum circulorum peripheriae subtiliores, vel punctis distinctæ, ut internosci possint. Circumferentia extimi distincta est in suos gradus, ut indicari queant singulorum phasium interfectiones. *Scheinerus* in Rosâ Ursinâ docuit demittere perpendicularum *ZN* ad designandum verticalem circulum per Solis centrum transeuntem; quare *Z* notat verticem, *N* Nadir, sive infimam Solis partem. Quando Eclipsis est matutina, graduum numeratio incipit ab apice versus sinistram, contra in vespertinâ. Si defectus sit in ipsa meridie, *Z* respiciet Boream, *N* Austrum: Sinistra pars Occiduum, dextera Ortum, ut in speculi reflexione sit, in qua dextrorsum apparent quæ sinistra sunt, & viceversâ, dextera sinistrorum. Ingruente initio Eclipsis radii Solis tremorem solito majorem concipiunt propter inflexionem in corpore Lunari, qui tremor inordinatus est indicium primæ phasis adventantis. Hæc citius videtur Telescopio breviori, seriùs longiori, quia longius amplificat magis Luminarium distantiam, quâ de causa & propter angulum insensibilem Eclipsis verum initium (idem dic proportionaliter de fine Eclipsis propter eamdem rationem) non determinatur immediaè, sed eruitur ex proximè apparenti phasi, vel chordâ arcus, quam subtendit tempore indicato ab Horologio Oscillatorio, quod paulò ante fuerit correctum, vel saltem postea ad tempus verum redi-

ga-

gatur. In progressu Eclipsis segmentum umbrae noctatur tribus punctis ut a , b , d , videlicet in medio, ubi attingit ~~circulum interiore~~^{tertium}, & in duabus extremitatibus, ubi intersecat limbum, sive circulum primarium; sic enim (per quintam Lib. IV *Eclipsis*) invenitur totus circulus, seu discus Lunæ, & innotescit quam proportionem habeat cum circulari Solis imagine; quamquam hæc in praxi nonnihil in ellipticam transformatur a refractione præsertim circa Horizontem. Ne verò ex pluribus diverso tempore notatis punctis oriatur confusio, optimum est habere paratas plures ejusmodi chartas similes priori, eidemque superpositas, ut ablatâ primâ post primam observationem, succedat secunda pro secunda observatione, atque ita deinceps. Unam ex his imaginibus ad nos transmisit Ill. Præsul *Franciscus Blanchinus* post inspectionem Solaris Eclipsis diei civilis 15 Septembris 1727, cum tribus observationibus in horis matutinis, quæ correspondent ejusdem Auctoris observationibus impressis Veronæ, ubi prima ex tribus istis observationibus notatur stylo Astronomico die 14, hor. 19, 2', 17", dig. $3\frac{1}{4}$. Media seu maxima obscuratio h. 19, 50', dig. $6\frac{1}{4}$. Tertia hor. 20, 39', 46", dig. $0\frac{1}{2}$. Finis Eclipsis hor. 20, 24', 10". Ex his secunda dicit arcum per grad. 61, & 181. At in Iconismo ad nos misso ducitur idem arcus per gr. 61, & 185, ut videre est 39 Fig. citata; in quâ præterea L denotat Lunæ segmentum, C centrum, $Z N$ pendulum: numeri Romani digitos Eclipticos. Integrum circulum, seu Discum utriusque Luminaris cum parte obscurata habes in figura apposita XXXIX, centrum autem invenire docet arcus $ab\acute{d}$ bifariam divisus per rectas ab , & $b\acute{d}$; his iterum in medio divisionis, & per puncta divisionum erectis perpendicularibus, istarum concursus ostendet Lunæ centrum in C . Similis operatio si fiat in altero arcu ostendet centrum Solis in S , melius notum ex centro circulorum com-

centricorum figuræ præcedentis. Quid si circa Horizontem propter refractiones degeneraret in Ellipsum, adhuc ad rectas dimensiones revocare licet, & veram obscurationis quantitatem eruere ex Luminarium semidiametris aliunde notis, atque ex b^a sinu verso obscurationis apparentis, sic enim invenitur b^c, & vera proportio b^a ad o^S. Quid si quis sine prædictis circulorum figuris observationem perageret? Utendum esset analogia, vel tabulâ nostrâ XIII, in quâ facta est, ut tota Solis diameter ad 12. digitos Europazos, vel 10 Sinicos; ita pars obiecta aut quantum terminum; quod exactius obtinetur resolvendo tres notos numeros in sua minuta secunda. Quid si deesset Telescopium? Supplere posset foramen in fenestrâ, per quod radius planetæ ad angulos rectos in adverso plane excipiatur. Quid si deesset etiam Horologium Oscillatorium pendulo instructum? Ejus loco posset adhiberi horologium portatile, notando quot ictus edantur a rotâ coronali intra unum minutum primum; sic enim hoc dividetur in partes æquales, quæ æquivaleant determinato numero minutorum secundorum: pulsus ipse arteria, si cetera desiat, non parum potest deseruire, si aliunde constet, quoties sentiatur intra minutum primum: varius quidem est in variis hominibus, & in eodem homine diverso tempore, sed in adulto sano propter propter vibrat septuagies in uno temporis minuto. Ceterum curandum ne deſit Horologium Oscillatorium ipsius penduli vibrationibus indicans minutam secundam. Quod si aberraret vel propter nimiam celeritatem vel propter tarditatem, rectificandum: in primo casu contrahendo pendulum, in 2.^o producendo; si autem æquabili modo feratur, ut horæ 24 concordent cum integrâ die vel in motibus mediis, vel in motibus veris circa tempus observationis, & nihilominus index horarum dissentiat a Solis motu, plures sunt modi redigendi ad horam veram, sive ad tempus apparet. 1. Ex appulsiu centri Solis ad lineam Meridianam cui ho-

ra 24

180 24 solet affigi. 2. Ex transitu alicujus Stellarum Fixarum per meridianum, cuius Fixarum Ascensio recta, aliunde nota, conversa in partes Temporis, dabit quæsumum.
3. Ex angulo verticali, quem facit Stella, dum occulatur a Turti, vel prodit ex illâ; præsertim si ejus occultatio, vel emersio observetur dum advenit ad verticale filum in longioris telescopii foco constitutum. Notum autem ex Tabulis quantûm accelerent Stellarum singulis diebus supra Solis motum: quomodo tempus medium convertatur in apparet, & viceversa: quomodo ex quantitate integræ diei inveniarur pars proportionalis pro singulis horis, minutis, &c.

S. XXI. Quomodo obseruentur LUNÆ deliquia: indicia
prime phasie adventantis, & summa crescentis. Cau-
tes adhibenda propter varios Luna motus, priusquam ocul-
lationis, qui explicatur. Celebriores Selenographia Hever-
lii, Divini, Ricciolii, R. Sc. Ac. in Gallia cum suis
doris. Nova Tabula Selenographica exemplari magis
conformis. Num limbus Luna plena denticulatus. Me-
sura, & partes aliquæ longioribus Telescopiis conspectu

In observandis deliquiis LUNARIBUS eadem instrumenta adhibentur. Sunt qui pro radio reflexo adhibent solum vitrum objectivum longioris foci, ut pingatur imago Lunæ clarissima, sed in præcisa foci distantia, extra quam haberetur confusa: sic in foco ab utrinque convexa chrystallo 50 palm. distante habetur paulo major tribus digitis diameter imaginis a natura depictae, adeoque nimis parva ad nostrum intentum. Ceterum longiora Telescopia, sicut radio directo amplificant objecta, ita diluunt umbram; unde commendantur (5) 6 vel 7 pedum, vel talia ut totam Lunam complectantur.

Indicium vicinæ Eclipsis est umbrago, seu pallor, seu penumbra sensim crassior, donec umbra ni-

Q 2 **gra**

(a) *Manfredi* *Introduct.* ad *Sphæm.* num. **XXIII.**

gra veram incipiat Eclipsem; quanquam & hic verum initium, ac finis deliquii melius eruitur ex primâ phasâ sensibili, vel potius ex chordâ particulz ob'cu-
www.librotempo.it
 rata, tempora enim sunt hic quamproximè in duplicitate ratione chordarum: nam immediatè determinare difficile est tum propter infensibilem contactum, tum propter dubia umbræ confinia. Propter hanc præcipue difficultatem discernendi veræ umbræ, & umbraginis confinia oritur sçpè non exigua diversitas inter observatores in computandâ Eclipsi non solum dura-
 tione, sed etiam quantitate, e. g. in deliquio Lunari 26 Martij 1717 Romæ *Blanchinus*, & *Manfredi*^(a) notarunt dig. 7, 25: Parisis *Cassini* 7, 17, ibidem *La Hire* 7, 30: alii Bononiæ 7, 29. Ceterum digi-
 si, & minuta obscurationis exactius capiuntur ex di-
 mensione partis illuminatæ. In defectu partiâ, quando incrementum adeo lente scit, ut quasi immorari in eadem quantitate videatur, indicio est, adesse medietatem deliquii: tempus tamen præcissum maximæ ob-
 scurationis determinatur ex collatione æqualium pha-
 sium crescente, & decrescente deliquio obscuratarunt.
 Quia vero facies Lunæ distinguuntur maculis, quæ ta-
 men subsunt opticæ varietati ex motu oscillationis;
 idcirco solet notari appulus umbræ ad notiores ma-
 culas, & egressus ab hisdem, ut vides factum in ob-
 servationibus Secundæ Partis, ubi quando maculae sunt ampliores, notatur uerque margo pro initio & fine.
 Licet vero e singularum collectione inferatur via um-
 bræ, tamen hæc exactius haberetur, si in singulis ob-
 servationibus notarentur tres, vel saltantem duæ macu-
 lae, per quas eodem tempore transit umbrae circumferentia, ex quibus etiam inventire licet umbræ cen-
 trum, & centri Lunaris ab illo distantiam, sive lati-
 tudinem Lunæ.

Cum

(a) Idem in Prosp. Noviss. Ephemer. Sic in Deliq. 29. Aug. 1719 m^a d^o dig. 4, 32'. *Blanchino* 4, 28'.
Cassini 4, 39'. *Moraldo* 4, 42'.
Mullero 4, 38'.

Cum itaque in Luminarium Eclipsum observatione maximè in usu sit Tabula Selenographica, ut ab anno 1637 in deliquio diei 14 Martii agnovit Langrenus notatis maculis, per quas umbra transibat; primum nosse oportet varietatem, quæ oritur ex multiplice Lunae motu, praesertim apparentis *Oscillationis*, sive *Librationis*. Etsi enim Luna intelligatur respice-re semper alterum Ellipticæ Orbitæ focum, vel certè aliquod punctum determinatum; tamen etiam quando est in meridiano, ubi plures apparentes inæqualitates cessant, adhuc exhibit, v. g. *Mare Crisum*, nunc magis restrictum, & vicinorem limbo Occidentali, nunc magis amplum, & remotiorem ab ejus limbo; postulat enim ratio optica Globi eminus spectati, ut ejus pars, quando vicinior est axi visionis, spectetur sub majori angulo, eademque, quando propior est extremae oræ sub minori angulo videatur. Similis accessus, & recessus a limbo orientali observatur in macula *Grimaldi*: ab ora australi in macula *Tychonis*, & ex parte Boreali in *Platone*, & *Endymione*, quae duæ maculae opticè restringuntur, quando accedunt ad Limbum: dilatantur quando ab illo recedunt, usque dum detegantur partes Lunæ superiores antea absconditæ, propterea adnotanda primò amplitudo Ventris, sive distantia exterioris limitis *U* ab interiori termino *Oscillationis* ^s, quæ Ricciolio ^(a) visa est 12 centesimas partes semidiametri Lunaris occupare: nobis libratio videtur utrinque extendi ad gr. $7\frac{1}{2}$ numerandos in peripheriâ circuli maximi in Lunari globo, qui circulus nobis transit prope latus Orientale *Endymionis*, Ricciolo per maculam *Tbaletis*. Tam librationis limites. quām Nodi, qui ab his distant gr. 90, visi sunt laudato Auctori variabiles per annos $18\frac{1}{2}$, hoc est non absolvi, nisi cum Lunaris orbitæ Nodi Zodiacaum absolvunt. D. Doppelmayr in suâ Tabula censet cum aliis

(a) Ricciol. Almag. L. IV, c. IX.

aliis hunc motum fieri in plagam superiorē ab Euronoto versus Caurum, quando Luna est in Signis Descendentibus, per alium verò dimidium mensem, dum Luna versatur in Signis Ascendentibus dirigi ex Cauro versus Euronotum. *Hevelius* quidem ^(a) notaverat suo tempore Lunam existentem in Cancro circa Australē latitudinis limitem, maximè detegere partes Boreales superiores; & viceversa, quando extabat in Capricorno circa Borealem latitudinis limitem detegere partes Australes antea absconditas; at simul monuit non modicam oriri varietatem a motu Nodorum in Orbita Lunari. Nos vidimus anno 1746 die 14 Martii cùm Luna circa suum ultimum quadratum aspectum esset prope initium Capricorni cùm latitud. merid. ultra 5 grad. 15', meculam Grimaldi proximam limbo Orientali. Viceversa, die 25 Aprilis 1746, mare Crisium prope limbū occidentalem cùm Luna ante primum tetragonismum esset circa initium Cancri cùm Lat. Bor. gr. 5 $\frac{1}{2}$. Neque librationis motus salvari potest per meram parallaxim, ut aliqui suspiciunt, ut patet ex datis mensuris. Ceterum Mensi Periodico per Zodiacum alii tribuant librationem in longitudinem, sive in Ortum, & Occasum, quam alii pendere volunt a mense Anomalistico, sive a distantia Lunae a suo Apogeo; in Apogeo autem, & Perigeo, hoc est in linea apsidum bis cessat hæc apparet inqualitas ^(b). Quemadmodum librationem in latitudinem ab Austro in Septentrionem, & viceversa, pendere volunt a mense Draconitico, sive a distantia Lunæ a Nodis, in quibus cessat hæc Anomalia. D. Jacobus Cassinus ^(c) censet polos axis Lunaris elevari super planum Orbitæ gr. 82 $\frac{1}{2}$, super planum Eclipticæ gr. 87 $\frac{1}{2}$ supponit autem Lunæ globum volvi circa suum axem ab occasu in or-

rum

(a) *Hevelius Selenograph.* c. 9, & | Propos. 57, & 58.
in Epistola ad Ricciolum.

(b) *David Greg. Astronom. L. IV.* | (c) *Jacobus Cassinus Astron. Elena,*

L. III, c. 3.

tum diebus 27, & horis 5, quod est Mensis Draconici spatium, sive revolutionis ad suum Nodum: polos axis ~~completo~~^{et} suam revolutionem apparentem ab ortu in occasum an. 18, & mensibus 7, ex quibus infert Lunae maculas a suis polis non remotiores, quam grad. $87 \frac{1}{2}$, semper esse visibles (si illustrentur) alias vero interdum esse in hemisphaerio a nobis averso: eosdem polos apparituros in Lunae diametro, quando haec distat a suis Nodis gr. 90. In Mense Synodico notanda varietas, quae oritur ex umbrarum projectione, siquidem in plenilunio plures umbrae saepè evanescunt, praesertim in iis, quae valles putantur, quando clarae instar conchae inclarescunt, ut macula *Typhonis*, Hevelio *Aetna*; contra vero extra plenilunium umbrae cadere censentur a Montibus pro vario Solis aspectu nunc in unam, nunc in alteram partem, semper tamen Soli oppositam. Quia vero plenilunium in diversis Signis successive celebratur; hinc in uno potuit Solis radius longitudinem maculae *Platornis* secare in directum spectante *Blanchino*; in alio vero nobis videntibus secare obliquè, quasi ingrediens ab occasu inter duo montium juga. Demum non contemnenda varietas, quæ oritur ex diurnâ conversione, v.g. interdum *Mare Nectaris*, & *Mare Fæconditatis* oriente Lunâ sursum vergunt, quasi duo brachia in altum sublata: circa meridianum jacent horizonti quasi parallela: occidente Luna insinunt Horizonti quasi duo crura. Ex hac apparenti mutatione, & ex eo, quod Lunaris globus eamdem semper faciem Terris obvertat, inferebam olim in Thesibus an. 1723, & 1725 Florentiae editis, Lunam in systemate Telluris immotae singulis diebus, hoc est intra 24 horas cum $\frac{1}{4}$ converti circa suum axem ab ortu in occasum, conversione diversâ a menstruâ vertigine ab occasu in ortum Clar. Joan. Dom. Cassini prescientes a motu diurno omnibus sideribus communî, atque omnino alienâ ab errore Beroë, qui Lunam imaginatus

tus esse mediâ sui parte lucidam , mediâ obscuram per fictitiam vertiginem exponere conabatur ejus de-
 liquia , & phases . Ratio est quia Tellure stante , quo-
 ties Luna revertitur ad meridianum , percurrit ex-
 v.Tab.XVI, tremitatibus suae diametri ax (V. Fig. 44, Tab. XVI)
 Fig. 44 omnes gradus circuli , qui concipiatur immobilis , ad-
 edque eamdem semper Terris faciem obvertens (ex-
 ceptâ levi varietate , per quam nunc unam veluti au-
 riculam ostendit , nunc alteram) necesse est totidem
 vicibus circa suum axem converti ; ut patet in homi-
 ne , qui in Templo rotundo , vel elliptico gradiatur eâ
 lege , ut facies semper ad medium ejusdem Templi sit
 conversa ; quot enim gyros absolvet , totidem simul
 revolutiones circa seipsum conficeret , etiamsi vertice
 easdem Mundi plagas respiceret . Unde tam realis est
 ea vertigo in hypothesi Telluris immota , quam Caffi-
 niana in hypothesi Copernicâ . Neque comparari de-
 bet cum motu relativo Acus Magneticae , quae manet
 immota in pyxide Nauticâ , dum haec movetur , sed
 potius comparanda cum Acu Magneticâ percurrente
 quatuor angulos rectos in pyxide immobili . Quâ de-
 re non est opus plura dicere , tum quia consentientes
 habui doctos Viros , qui initio repugnabant ; tum quia
 haec sufficiunt ad indicandum multiplicem apparentis
 motûs varietatem , quam observamus in Lunâ , sive re-
 ipsâ , sive ratione distinguatur : quaecumque sit causa
 vel una , vel potius multiplex . Neque omnino pree-
 termitti poterat ejusdem varietatis explicatio ; tum ut
 cognoscatur Eclipsum varietas etiam in transitu um-
 brae per easdem maculas ; tum ne quis suspicetur
 errorem , ubi non est in tam diversis Tabulis Seleno-
 graphicis Cl. Virorum . Cùm enim macularum ordo ,
 figura , ac situs varient apparentiam , pinxit unusquis-
 que prout sibi apparebat .

*Secundò ex pluribus , quae circumferuntur ima-
 ginibus , dimissis primis rudimentis Galilei , Fontana ,
 Scyrlai , & majori conatu D. Geminiani Montanari ,
 Mens.*

Mens. Octobr. 1662, &c. quatuor ante oculos habuimus. In primis Selenographiam *Hevelii*, quam integro Tomo descripte, plurimisque iconismis illustravit. Et verè unicus iconismus non sufficit ad omnes pleniluniorum phases exactè repraesentandas; potest quidem v. g. *Mare Crisum* (*Langreno Caspium*, *Hevelio Paludem Maoris*) exhibere nunc proximum limbo, nunc ab illo remorum, vel per circulos sese intersecantes, vel per papyrus superimpositam cum apertura diametri aequalis diametro Lunae, ut possit admoveri pro libito alterutri limiti; ut unica image nequit opticè restringere, aut ampliare eamdem maculam. Majori partium distinctione, suaviorique lucis, & umbrae concordia decoratur repraesentatio plenilunii, quod an. 1649, die 28 Martii *Eustachius Divini* observavit Telescopio 24 palmorum; in illa desiderantur limites, & maculæ, quæ per librationem sese interdum praebent conspicendas. Priorum industriam vicit diligentia PP. *Grimaldi*, & *Riccioli*, quorum Tabula non est Plenilunii, sed ex pluribus phasibus Lunae crescentis vel decrescentis concinnata, ut maculæ constantes, quarum numerum extenderunt ad sexcentas ex novarum (ideat variantium umbrarum) viciniæ vividius emicarent. Dolet tamen *Ricciolius* suum Calco-graphum imaginem nimium obscurasse, & omisisse plures tractus illustres. Macularum nomina a *Ricciolio* indita adoptarunt passim totius Orbis Academiz, relictis aliis a *Langreno*, & *Hevelio* attributis. Ut predictæ imagines nonnihil superant apparentem Lunæ magnitudinem, ita multò minori forma exprimitur plenilunium inter Oscillationis terminos medium (cujusmodi habetur quando Luna est in Nodis, & simul in linea apsidum), quod edidit anno 1692 Cel. Jo. Dom. *Cassini* situ inverso, quale spectaretur per Telescopium Astronomicum duobus tantum vitris convexis instructum. In eâ tractus luminosi clarius effulgent, quam in precedentibus, & situs magis naturales.

les, ut merito inter eas, quæ antehac prodicere *Selenographia accuratissima* (^a) censeatur; eamdem adhibuere non pauci in Gallia cum *De la Hire* ad calcem, Tabular. aliisque in R. Sc. Ac. in Germania cum *Wolfso* in Elem. Astron. In Italia cum *Eustachio Manfredi* in *Introduct. ad Ephemer.* &c.

Vide Tab.
XVII.

3. Quia tamen res ulterius perfici merebatur, novam Lunae imaginem construendam curavimus ex pluribus pleniluniis ab anno 1742 invicem collatis. In eâ quæ sita integritas partium, ut non desint, quæ sunt in oppositione magis sensibiles, sive obscuræ, luteæ luminosæ, aut ultra alterum terminum aliquando conspicendas se præbent. Multo magis habita ratio Ordinis, figuræ, & situs, attentâ ceteroquin prædictæ motuum varietate. In distantia relativâ cùm ex prædictis motibus varietur Optica proportio, fateor me deculisse aliorum auctoritati non minus quam propriis oculis, ut eam distantiam eligerem, quæ magis concordabat cum laudatorum Virorum Observationibus, v. g. centrum Tychonis, & Grimaldi ex observat. Blanchini micrometro peractis distans invicem 34, ex 70 particulis Diametri Lunaris, ut in imagine R. Sc. Acad. & in Riccioli Iconismo 33 $\frac{1}{2}$. In nostro 34 $\frac{1}{2}$ ex 72 particulis: inspecta vero per telescopium aliquando apparuit distans 32, alias 33, alias 34 ex eiusmodi particulis 72 Diametri. Situs macularum est rectus, qualis habet Luna in meridiano. In suavitate coloris distribuendâ adhibita diligentia, ut quæ dicuntur maria, nimiâ nigredine non insciantur (nigredo enim est propria maculae *Platonis*, *Pitati*, & similium) & in maculis refulgentibus, v. g. *Aristarchi*, *Manili*, & *Dionysii*, &c. luminis energia ac vigor magis se proderet. Conveniens Lunaris diametri longitude, qualis apparet nudo oculo (sed macularum distinctio qualis appareret nudis *Lyncei* oculis) 13 fe-

de

(a) *Blanchini Hesperi Phænom.* c. 2, pag. 7.

rē unciarum, qualium 12 continet palmus Romanus. Dixi fere, quia Luna variat etiam in Syzygiis, cūm in Apogeo sit ~~minibz 29 1/2~~, in Perigeo 33 $\frac{1}{2}$. Quomodo hæc varietas concilietur cum constanti divisione in 12 dígitos Eclipticos dictum aliás, & patet ex Nostra Tabula Numerica XIII. Ut autem totius imaginis Ordo, & quasi ædificium indiget Astronomo Architecto, præsertim in distantiarum proportionibus, micrometro, vel reticulo, vel linearum decussatione definiendis; ita executio, & præcipuarum partium fidelis repræsentatio solerter Pictoris manum desiderabat. Propterea evocati in societatem laboris viri delineandi arte periti, ac Telescopio instructi, plures, sed dissimiles Lunares imagines depinxere; Verum ea, quæ in impressione prodit, defumpta est præcipue ex imaginibus eximii Pictoris *Nicolai Francini*, cuius est nostra pariter directione S. Dionysii iconismus. Fulgidiiores tractus, & minutiora quædam delineavit *Ferdinandus Forrianus* (Juvenis melfori fortunâ dignus) postquam nobiscum Lunam conspexit, utroque cubito sellæ brachiis innixo, ut per telescopium obtutu in uno firmius immoraretur.

4. Ut nomina ex Ricciolo servata paucis additis; ita signa numerica, & literæ, (aliis adjectis) ex imagine R. S. Ac. Parisiensis, ne mutatio istorum novum onus imponat. Ne vero confusio oriretur, plura nomina omissa etiam in iis, quæ in plenilunio videri non desinunt, & in nostro Iconismo comparent. In Catalogo n. 11 notatur *Copernicus cum Sociis*, ut indicentur tres nigrae maculæ illum præcedentes ad oceum, nempe *Rbeticus* vicinior, & medius *Stadius*, remotior *Dominicus Maria*. Ad n. 17 *Plato cum Sociis*, hoc est cum aliquot parvis maculis (præter *Titanum*, & *Arctiam* in directum *Aristotelis*) sub illo splendentibus sine nomine in mari *Imbrium*, in cujus parte occidentali est macula *Blanchiana*, Blanchine quidem inaomnata, sed verò similius *Aristippus Ric-*

ciolii, potius quām *Calippus*, qui jacer extra illud
mare. 24. *Manilius* cum variantibus Sociis, hoc est
cum maculis nigris *Hygini* ad Austrum, *Julii Caesaris*
ad occasum, qui una cum tribus aliis nigris disponi-
tur in Figurā quadrilaterā sub *Menelao*. Aliquæ &
numero, & situ variant pro variâ umbrarum a mon-
tibus projectione, quæ circa *Manilium* altiores. Supra
Menelaum ad ortum maris Serenitatis fulget *Sulpitius*
Gallus: Ex adverso in ejus Litore occidentali sinus
quidam superat profundam maculæ *Platonis nigredi-*
nem. 29, *Plinium* comitantur *Sophgenes* ad ortum extra
mare *Tranquillitatis*, in cuius parte Boreali apparent
tres luminosæ sine nomine: ad occasum *Vistuvius* de-
bili lumine. Neque verò semper eadem maculæ ef-
fulgent; nam fulgidissima *Heliconis* macula circa tria
consequenta plenilunia an. 1747 non comparuit, Co-
lo exteroquin satis sereno, quando minores maculæ di-
stinctè videbantur, cùm esset Luna prope borealem
limitem circa initia Capricorni, Aquarii, &c. cum
latitudine Australi non modicâ. Viceversa, *S. Dia-*
nyssas tunc maximè emicabat. Aliquando etiam dubi-
tavi an *Promontorium acutum*, quod ad plures dies
evanuerat alluvione obrueretur. Utraque sane diversi-
tas ex ipsâ Lunâ videtur petenda; sed prior ex Oscilla-
tione: posterior vel ex maris alluvione, vel ex Lunâ
atmosphærâ. Alia diversitas oriri potest ex interme-
dio nostro aëre, halitibus parum diaphanis infecto, vel
ex instrumento quo utimur, v. g. tres nigræ maculæ
circa num. 19 dictæ *Sinns Astus*, sive *Medius*, te-
lescopio breviori apparent conjunctæ, longiori disjun-
ctæ. Tertia diversitatis origo est in oculis (non enim
omnes eodem modo conformantur, nec habent eam-
dem vim sive efficaciam) hinc in Lunari imagine Eu-
stachii Divini apparent circelli quidam, seu puncta
physica lucida, cujusmodi sunt impressiones relictae a
vivido lumine in tunica retinâ imbecilli. Circa & ali-
quando una, aliquando tres quasi *Scelle* (pro dispo-
sitione,

tione illorum veluti conchyliorum ad reflexionem)
emicare videntur, per noctem irradiantes in oculis fi-
brz tenerioris: ex quibus Orientalem inter Hippar-
chum & S. Dionysium, si appellatione distinguenda-
fit, nil vetat insignire nomine S. Melchioris, unius ex
tribus Regibus Magis, qui Stellâ duce natum Domi-
num adorarunt. Secundam Albategnio vicinorem no-
mine alterius, idest S. Gasparis. Tertium S. Bartholomaei
prope S. Catharinam: ut si forte una ex duabus
posterioribus sit Abulfeda Ricciolii, nemo deinceps
tam pulchram maculam illi attributam conqueratur.

In Mari Crisum, præter duos scopulos & promon-
torium Orientale, notandum promontorium Occiden-
tale instar *Spina oblonga* acutissimæ, quod quando est
in confinio lucis & umbræ, paulò post plenilunium,
exhibet non injucundum spectaculum montibus suis
altissimis ex adverso positis alterius montium jugi su-
pra idem mare. In hoc superiori jugo effulgent rrsim
veluti *Columnarum* bases, sive tres vertices unius con-
tinuati montis. Inferius e regione promontorii *spina*
longa (saltē quando removetur a limbo) detegitur
in α *Nicolau Parthenius Giannettasius* S. J. (juxta a-
liam maculam longiorem limbo proximam):

Quem Collaltiades (^a) Romano a sanguine cretus
seuenti tetrastycho ejus opera complexus condeco-
ravit:

„ Astrorum sedes & fines edocet Orbis
„ Velivolasque rates, undivagosque greges;
„ Atque anni Martisque vices, patrizque trium-
phos:

„ Quis Vatem hac unum scribere posse putet?
Sub Lunæ imagine ponitur rectil. æqualis Lunari dia-
metro, in 12 æquales partes divisa ad designandos di-
gitos Eclipticos, quorum singuli in 60 minores parti-
culas subdivisæ intelliguntur. Digitæ autem illi in Di-
sco

(a) Excellentiss. D. Rambaldus Co- | ex antiquissimâ Româna Progenie.
mes o Collalto S. R. I. Princeps, | Parthenius Amicissimus.

scō Lunari licet optice sine aquales, quod satis est ad observationem Eclipsum, comprehendunt inquales Lunæ tractus, sive milliaria, præsertim circa limbum propter globi curvitatē, unde scalam partium aquarum pro superficie non apposuimus. Quod si Lunæ diameter ad Telluris diametrum se habet ferè ut 28 ad 100^(a), cùm Telluris diameter contineat milliaria Geographica (horum 60 numerat gradus peripheria circuli maximi Terrestris; milliaria vero Romana 75 $\frac{1}{2}$) $68\frac{75}{100}$ ^(b); diameter Lunæ continebit milliaria Geographica $192\frac{4}{5}$ ^(c); Semidiameter Lunæ constabit milliaria Geograph. $96\frac{2}{5}$ ^(d).

5. Ad quatuor Tabulæ angulos apposuimus varias particulas superficie Lunaris notatu digniores. Ad levam sunt ex observatione Ill. Pres. Franc. Blanchini^(e), in superiori quidem angulo *Platanis* macula, rubescenti Solis radio pervia, inspecta Telescopio 150 palmarum, die 16 Augusti 1725 paulò post primam Dichromiam (hic radius in nostra inspectione apparabat obliquus non per foramen, sed per jugum montium pervadens); sub illa adjicitur macula *Aristarchi*^(f), qualem vidit idem V. C. die 11 Septembbris 1715. Umbram ex interiori parte sinistrâ opinor additam ad designandam illius vallis profunditatem; ut enim præmisserat, a die 9 videbatur veluti petvis luscida . . . plena lumine ubique perfusa. In inferiori angulo tractus Lunæ prope easdem maculas vix pariter ab eodem Præsule octava die post Novilunium, sub finem statis anni 1727, parva macula prope Aristotelem videtur *Architas Ricciolii*: ut trigonum Timaeus ejusdem versus Platonem. Plures Egregii Astronomi^(g) *Keplerus*, *Hevelius*, *Ricciolus*, *Facquet*, *De Cba-*

(a) Si putes esse ut 27 $\frac{1}{2}$ ad 100, fiat ut 1000 ad 275, ita circumferentia Telluris ad circumferentiam Lunæ.

(b) *Blanchini Hesper. Phenom. c. 2, num. 2.*

(c) Idem Observat. pag. 127, edition. Veronensis.

(d) *Kepleri, & Hevelii observatio-nes confirmat Ricciol. Almagest. Lib. IV, c. 7, num. 13, & c. 8, num. 8.* *Facquet. Terra*

Charles, &c. majoribus cūbis opticis observarunt Lunarem limbum aliquando etiam in Plenilunio apparet nonnihil asperum, & denticulatum, præsertim ex parte Boreali, quando Luna habet magnam latitudinem Australem, & viceversa. Nostrā ztate in R. Sc. Ac. Gall. an. 1724, pag. 88 dicitur: *Le bord de la Lune éclarée est des inégalités sensibles, &c.* nempe,, limbos,, Lunz clarus (extra umbram scilicet) habebat sensibiles inæqualitates. D. Cassini vidit unam, quæ erat pars Digitii: Ergo $\frac{1}{2}$ Diametri, quæ est quadruplè ferè minor Terrestri, hoc est leucarum 800 circiter: adedque eminebat in suā altitudine tres leucas cum dimidiā. Supra Tellurem non est in ventus mons aktior unā leuca.,, Eclips. Lunæ d. 1 Nov. h. 2, 20' erat major dig. 7. sereno Cælo. Ibi dem in Actis seu Memor. pars illa eminentior ex aduerso. Tychoonis fuisse perhibetur, adedque in limbo Australi. Et pag. 402. D. Maraldi vidit pariter in limbo partes clares, quæ extra circulum prominebant; quæ cuspides sunt montis,, &c. & pluribus aliis occasionibus sapientissimo. In Novilunio D. Wurzelbaur an. 1699 in Eclipsi Solari diei 23 Septembris Norimbergz ab hora 9, 38', 43", ad horam 9, 55', 9" vidit opacam Lunæ peripheriam ex parte Australi aliquantulum aspersam aëre purō, & a nebulis liberō. Nec infrequenter in tota ibus Solis Eclipsibus sereno Cælo, etiam in non modicâ supra horizontem altitudine Lunæ limbos (1) scaber apparuit. At non desunt eruditivi visi, qui ea phœnomena tribuant nubibus, sive halitus insensibiliter interpositis, non ipsi globo Lunari, ut erat connaturalius, præferrim apud eos, qui in Sectionibus lucis & umbræ denticulatis admittunt valles, & montes. Enim verò occultas exhalationes aliquan-

Tiequet Astron. L. VIII. n. 5.
Ch. les Astron. L. III, prop. 1.

Wurzelbaur in Act. Erudit. Lips. 1699. p. 947.

Sol. Eclips. &c. Confer Trans. Angli. in Observatione Solaris Lipsie 1. 2 (13 Greg.) Maii 1733 fa. 2. Wrembelgen D. Jo. Fr.

(2) V. Secundam Partem in Observ. derich W. Miller.

quando interpositas, limbo Lunari adherere vissas negari non potest; sed numquid illæ sunt in promptu, immobiles ad nutum, & in omnibus casibus determinatæ figuræ? Imò verò has excludebant cirati Astronomiz Principes, dum ajebant se observationes illas sereno Cœlo sive aëre purissimo peregisse. Idcirco in superiori angulo ad dexteram, pingendam curavimus plagam circa *Eudymionem*, qualis nobis spiculæ apparuit, cùm esset prope interiorem terminum Borreum, qui in eâ maculâ nonnihil excavatus videbatur; Quiam observationem serenissimo Cœlo extra crassiæ horizontis vapores, atque iteratò (ne quis praetextat nubes, aut aliam materiem casu intercurrentem suspicetur) confirmavimus nostro 24 palmorum Telecopio, & nonnullis antea dubitantibus in ipso plenilunio ostendimus. Volenti inspicere idem phænomenon, curandum ne aëris sit nimis vaporosus, nec praedicta macula sit procul a limbo, nec nocte nimis profundâ spectetur, quando ob nimium Lunæ plenæ fulgorem oculi retina obruitur, ut videre non facile possit parvas inæqualitates in confinio Lucis, & lucis, quæ extra plenilunium videntur in confinio Lucis, & umbræ. Si hæc non sufficiant ad componenda opinionum dissidia, liceat ad Quintilii Vari morem redire, qui cum obfirmatis animis ^(a) nullum ultra verbam, aut operam sumebat inanem. Sub præcedenti figurâ describitur Regio prope montem S. Casbarinæ (hunc Ricciolus ^(b) putat elevari supra Lunarem superficiem 9 milliaribus Bononiensibus vel saltam 8 $\frac{1}{2}$) qualis apparebat circa diem quintam a Novilunio, cum adjacentibus duabus maculis sine nomine. In quarto, & infimo angulo apposuimus phasim Lunæ crescentis corniculatæ, in quâ exhibetur linea Sectionis, dividens segmentum umbrosum ab illuminato, quæ ap-

^(a) Horatius sub finem Artis Poët.

^(b) Ricciol A' mag. I. h. IV in Scho-

Xo C. 8; & Cap. XVII Prob. 8.

Confer Guill. Dber. in Afr. Theol.

ubi ex Ricciol. laudat montem S. Xaverii elevari mill. 11 $\frac{1}{2}$.

apparet valde aspera, ac denticulata, ubi sunt montes: viceversa, instar lineæ rectæ, ubi creduntur vel sylvarum campi, vel potius Maris Æquora, intra quæ non repugnat esse alicubi albicantes cavitates scopulis coronatas, qualis appareret Sardinia in nostro Mediterraneo, si ex Luna conspiceretur. In limbo, sive in horâ extremâ, nec oculo nudo, nec brevioribus Telescopiis appetat scabrities, sive quodd ibi non sit, sive potius quodd superficie inæqualitates in tali situ non videntur, sed opticè conjunguntur, ut fluctus Maris, & camporum sulci procul conspecti.

§. XXII. Quomodo observentur cæteræ Planetarum Eclipses, ac mutuae occultationes. Transitus MERCURII sub Sole bâtterus vîsi: quæ alii nostro Sæculo videndi: per quæ intervalla: quomodo discernatur a maculis Solaribus. Quando occultatus a Venere Mercurius.

Modus observandi cæteras Eclipses, sive mutuas Stellarum occultationes non est diversus a præcedentibus; sufficiat propterea summa capita delibare, terminos alio saltem tempore Sinicis observationibus correspondentes innuere, & exemplum aliquod ex claris Observatoribus afferre; quæ est via brevior, quam per præcepta. Incipiamus a MERCURIO. Quamvis Sol supra horizontem a Lunâ tantum ex integro occultari queat, aliqua tamen ejus particula potest intercipi ab ejus maculis, ab aliquo Cometa intermedio, a Venere & MERCURIO in inferiori coniunctione. Maculae Solares non censentur corpora separata, vel ab ejus superficie, vel ab ejus atmosphærâ, admodum propriè loquendo non causant Eclipsem, sed potius pati videntur, quando occultantur a Lunâ in Solari defectu. Illarum mora in hemisphærio visibili est circiter dierum 13, idest paulò minor medietate integræ vertiginis, quæ licet respectu fixarum diebus 25 $\frac{1}{2}$ absolvî dicatur; tamen respectu Telluris est dierum 27 $\frac{1}{2}$ ferè: appetet enim inæqualis, unde aliquando visa

S. est.

est dierum 26, hor. 21 $\frac{1}{4}$: aliquando dierum 27, hor. 22, 20⁽⁴⁾. Vix est ulla macula, quæ ante expletam tertiam revolutionem non evanescat: plures ne unam quidem complent. Stabilis axium parallellus, sive Solis, sive Terræ causat Opticam variationem, ut videantur describere aliquando curvam eclipticam versus Boream, nunc versus Austrum; quando vero Sol est in octavo gradu Geminorum, & Sagittarii, tunc videntur describere lineam rectam, quia oculus noster est in plano producto Äquatoris Solaris, qui declinat ab Ecliptica gr. 7 $\frac{1}{2}$ ferè. Plura vide apud Scheinerum in immortali opere Rosz Ursini.

MERCURIUS, & Venus, quando sunt directi in sua superiori conjunctione cum Sole, non videntur in eis Disco, etiam quando non habent sensibilem latitudinem: contra vero quando sunt retrogradi videntur instar nigrae maculae rotundæ in Disco Solari in inferiori conjunctione; ergo in primo casu sunt Sole superiores, in secundo inferiores. Ac quomodo distinguimus hos planetas a maculis Solaribus? Primum a velocitate motus, quia ex dictis motus macularum in Disco apparenti est 13, vel 12 dierum; Viceversa, motus stellarum Planetarum paucis horis absolvitur. Secundum ex inspectione Figurae, quia maculae Solis non habent figuram regularem, aut aequaliter terminatam; Viceversa, Mercurius etiam prope limbum Solis (ubi maculae opticè exiliores evadunt) apparent figuræ rotundæ instar maculae undique aequali nigredine terminatae, qualem in suo transitu ante Solis Discum anno 1736, die 12 Novembris, plibus ostendimus (medius transitus fuit hic Senis hor. 21, min. 32' matutin. cum latitudine Bor. 14' ferè) praesertim Praeclarissimo Viro D. Marchioni Flavio Cibio, qui inter varias Solis maculas unam præ ceteris

(4) V. Commentaria R. Sc. Ac. Paris 1703, & 1704

teris longè majorem MERCURIO contemplabatur, eamque figuræ irregularis, & circa extremitates dilutæ. Quod autem illa esset macula in Sole, & non in vitris inde fiebat manifestum, quod converso Telescopio circa suum axem unâ cum vitris non mutabat situm macula praedita in imagine Solari, quae ultraocularis vitri focum, juxta methodum supra explicatum pingebatur. Expedit Telescopio addere quadrantem ad capiendas Solis altitudines, & posito filari micrometro in communis duarum lenti foco, Solis imaginem inter duo fila parallela comprehendere, ut centrum Solis percurret umbram tertii filii intermedii, quod representabit diurnum Solis parallelum. Ita habebitur declinatio Mercurii ex distantia illius a filio intermedio, vel a limbo Solis ad alterum polum tempore conjunctionis, & Ascensionis Rectæ, differentia ex transitu Mercurii per filum horarium comparato cum transitu occidentalis limbi Solis in minutis, & secundis per vibrationes penduli. Haec comparatio erit exactior, si ante, & post conjunctionem in Ascensione rectâ in distantia aequali capiatur; licet verò plura Mercurii loca in Sole visa, vel potius in imagine notata, præsertim circa ingressum, & egressum videantur facere lineam curvam, tamen si referantur ad Eclipticam, invenientur in una rectâ. Tertium discrimen peti posset ex viâ apparenti, diversa ab ea, quam descripsimus in mæulis, quia viâ visa Mercurii in Sole ad Nodum Ascendentem ponitur facere angulum cum Ecliptica grad. 8, 15', ad Nodum Descendentem grad. 10, 18'. Anno Domini 807, sive ut contendebat Keplerus⁽⁴⁾ 808 sub Carolo Magno credita est Stella Mercurii, 16 Cælend. Aprilis visa in Sole quasi parva macula nigra, sed quia macula illa dicitur durasse ad octo dies, & erat nudo oculo visibilis, verosimilius erat, vel ali-

S 2 quis

⁽⁴⁾ Keplerus Astron. Optice cap. 8, & in Dissertatione cum Nuncio Scherero.

www.libtool.com.cn

quis cometes, aut cometoides, vel extraordinaria macularum congeries, & non MERCURIUS, cuius duratio maximè diurna in Disco Solari, quando secat ejus centrum, vix ad octo horas pertingit in Nodo Descendente: in Nodo vero Ascendente horas $5\frac{1}{2}$. Eadem dubitatio renovata est saeculo duodecimo ab *Averroë*; & anno 1607, die 28 Maji a *Keplero*, qui postea existimavit fuisse aliquam Solis maculam. Anno 1631 primus, qui extra omnem dubitationis aleam viderit Mercurium in Sole fuit monitus a *Keplero Gassendus* (^a). Parisiis die 7 Novembris ingressum ex sequentibus observatis phasibus calculavit ad hor. 5, 28' matut. conjunctionem paulò ultra medium transi- tum hora 7, 58' cum latitudine Boreæ 6°, 20' (sed correcta 4°, 30') egressum ex margine Solis occiduo, eo quod tunc est retrogradus hor. 10, 28' matutin. longitudinem tempore conjunctionis in grad 14, 36' Scorpionis. Mercurii diametrum non majorem 20" Telescopio.

Secundum transitum an. 1651 vidit *Schakerlæss* (^b) Suratte in India die 3 Novembris (28 Octobris stylo Juliano) hor. 6, 40' matut. cum Latit. Australi 10°. *Hallejus* postea calculavit hanc conjunctionem ad meridian. Londinen. die 23 Octobris hor. 13, 20' post merid. praeced. cum distantia a centro Solis 11, 26" Austral.

Tertius Transitus observatus anno 1661 per *Hevelium* (^c) Dantisci die 3. Maji (23 ^d) Aprilis stylo Juliano) ingressus illatus ex sequentibus phasibus hor. 2, 20': egressus hor. 9, 56'; medium h. 6, 8' cum latitud. Boreæ 4°, 27": in medio transitu Sol in Tauri grad. 13, 39', 30"; apparet inclinatio Orbitæ gr. 6, 49', 18". Locus Nodi Descendentis in Tauri gr. 14, 16', 42".

Quar.

(a) *Gassendus de Mercurio in Sole sus, &c;*
visi, & Venere invisa.

(b) *Vincius Astron. Britan p. 212.* (d) Non 25, ut legitur apud *Wibson. P. A. pag. 267.*

(c) *Hevelii Mercurius in Sole vi-*

Quartus Transitus 1677 per *Hallejum* in Insulâ Americanâ Sanctae Helena die septima Novembris (28 Octobris stylo veteri) initium hor. 9, 26', 40" matut. conjunctio hor. 0, 4' (sed ad meridianum Londini hor. 0, 28') Latitudo app. Bor. 4', 40". Finis hor. 2, 41' vespertin. Avenione ^(a) D. Gallet notavit ingressum hor. 9, min. 57', medium hor. 0, 39', finem hor. 3, 26', 56'. Latitudinem apparentem 4', 1" Bor. Inclinationem apparentem Orbitae gr. 7, 40%. Sole in Scorpione gr. 15, 44', 20".

Quintus Transitus an. 1690 visus a PP. Soc. Jesu ^(b) Cantoniae, & Tchao teheou in Sinis. Egressus Cantoniae observatus die 10 Novembris hor. 3, 18', 3". Conjunctio vera illata hor. 1, 29'. Mercurii latitudo Borea in conjunct. 12', 20".

Sextus: an. 1697, die 3. Novembris Parisiis ^(c) a DD. De la Hire, Caffino Sen. & Jac. Pbil. Maraldi: conjunctio in longitudine illata ex aliis phasibus hor. 5, 58', 5"; Sole in Scorpione gr. 11, 33', 50" cum apparenti Mercurii latitudine Australi 10', 42'; & apparen. inclinat. Orbitae gr. 6, 23'. Egressio centri hor. 8, 9', 31". Nodus in Tauri gr. 14, 39', 21": consonat observatio Sinica P. Fontanay Soc. Jes. recognita in Reg. Sc. Acad. Paris. Consensit Norimbergae D. Philip. Wurzelbaer ^(d), qui stylo Juliano die 24 Octobris vidit ingressum hor. 7, 37' mat., egressum hor. 8, 45', 35". Diametrum Mercurii 11", secund. Solis 16', 16".

Septima Trajectio 1723, die 9 Novembris inspecta Bononiae a Cl. Eustachio Manfredi, Patavii a D. Marchione Poleno; Genuae a Senatore Salvago; Parisiis R. Sc. Acad., in quibus locis conjunctio fuit sub

(a) Hist. R. S. A. 1677, pag. 171. (c) In Commentariis ejusdem Reg. & Jac. Caffino El. m. Astro nom. Lib. VIII. cap. 1. Sc. Acad. an. 1707, pag. 104, & 223.

(b) Vide Commentaria Reg. Sc. A. Paris. 1690, pag. 289; & 1693, pag. 326. (d) Vide Acta Eruditorum Lipsie pag. 86.

sub horizonte; sed illata a D. *Philippe Maraldi* ad Merid. Paris. hor. 5, 24', cum latitudine Borea 6', 6''. Locus Nodi in Tauri grad. 15, 4', inclinatio appartenens Orbitae gr. 7. At D. *Jacobus Cassini* vidit Mercurium ad limbum Solis Orientalem h. 2, 50', 52' totalem ingressum hor. 2, 51, 48': veram conjunctionem intulit hor. 5, 29', Sole in Scorpionis grad. 16, 47', 20''. Ex Patavina M. *Poleni*^(a) observacione, ingressus hor. 3, 29', 50'': egressus hor. 8, 35, 2 38'': duratio h. 5, 25', 44''. Mercurii diameter vix 10''.

Octavus Transitus observatus ann. 1736, die 11 Novembbris Romae a P. *Horatio Burgundie*^(b) Soc. Jesu, Mathematicae Professore: initium notavit stylo Astronomico die 10, hor. 22, 14', 23' cum latitudine Geocentricâ 13', 2'. Medium hor. 23, 35', 23' Conjunctionem hor. 23, 34' cum latitudine Geocentricâ 14', 21'. Moram in Disco hor. 2, 41'. Diameter Mercurii 10' ferè cum latitudine Geocentricâ in egressu 15', 11'': Solis semidiametrum 16', 14'': apparentem Orbitae inclinationem ad Eclipticam 7', 53''. Venetiis D. *Zendrini*^(c) initium ab Ortu Disci hor. 22, 13', 49'' exitum totalem versus Africum hor. 0, 54', 50'': Distantiam semitac a centro Solis 13', 48''.

Bononia^(d) in Specula a DD. . Thuriis propè Claromongem a Dom. Manfredi, & Zanotti. . *Jac. Cassini* (e) Telesc. 14 ped.

Initium ingress. h. A.

Stron.	22, 7', 56'.	hor. 9, 52', 50'' mat.
Total. ingressus	22, 11, 12.	9, 35, 15
Medium transitus	23, 38, 1.	9, 55, 7
Initium egressus d. 11	0, 50, 50.	0, 14, 59 vespr.
Egressus totalis	54, 6.	0, 18, 42
Morsa centri in Disco	2, 43, 54.	2, 42, 27
Minima distantia a centro Solis in me- dio transitu	.	.
	13, 58.	.

Lo.

(a) In Actis eruditorum an. 1724,
pag. 71.

(b) P. *Horatius Burgundius* in Dis-
sert. de hoc transitu.

(c) Vide Tom. III, Osservazioni

Letterarie di Verona.

(d) Osservazioni Letterarie di Ve-
rona pag. 158.

(e) Per *Jac. Cassini*, Elem. Astronom.
Lib. VIII, c. 1.

Locus Solis tempore conjunctionis verae (haec in longitudine fuit Paris. hor. 11, 15' mat.) in Scorpionis gr. 19, 23'', 34''. Mercurius, e Sole visus in opposito gradu Tauri gr. 15, 16', 7''. Semid. Solis 16', 17''. Latitud. tempore Conjunctionis in longitudine 14', 7'', 20''. Chorda, quam centrum Mercurii percurrebat 16', 17'. Angulus, quem perpendiculares ad illam fecit cum circulo latitudinis gr. 8, 24', 30''. Clariss. D. Marinon^(a) Viennae in Austria distantiā a centro Solis tempore Conjunctionis reperit 13', 46''. Hor. 10, 29' 7'' mat. Mercurius attigit limbū Solis. Hor. 1, 13', 5'' vespertin. egressus omnino. Vid. Fig. HH, TABULA III.

Nonus Transitus 1743 Romae visus a P. Christophero Maire S. J. die 5 Novembris inter nubes hor. 9, 30' mat. Mercurius distabat a Limbo Orientali Solis paulo minus uno minuto: hor. 11, 46' distabat a limbo min. 7 $\frac{1}{2}$, & hor. 1, 46' post Merid. distabat a Limbo Occidentali paulo minus uno minuto. Nec alia ad nos pervenit hujus transitus observatio, in quo latitudo tempore Conjunctionis fuit Australis. Idem Egregius Astronomus cum reliquas Mercurii cum Sole Conjunctiones hoc saeculo futuras ad meridianum Romanum redigisset misit ad nos sequentem synopsim, in qua nomine Conjunctionis intelligit minimam distanciam centrorum Solis, & Mercurii.

Conjus.

(a) Marinon Tom. I, Osservazioni Letterarie di Verona.

Conjunctiones MERCURII cum Sole ad Nodum Ascendentem reductae ad Meridianum Romanum.

www.libtool.com.cn

Temp. Conjunctionis a.) b.)		Dist. ♈ & ☽	Semim. in Disco. b.)
,, 1756 Nov. 6 17 17		0 50 Aust.	1 44
,, 1769 Nov. 9 10 51		7 16 Bor.	2 27
,, 1776 Nov. 2 10 46		15 50 Aust.	0 35
,, 1782 Nov. 12 4 21		15 12 Bor.	0 57
,, 1789 Nov. 5 4 27		7 34 Aust.	2 26
Ad Nodum Descendentem.			
,, 1753 Maij 5 19 29		1 58 Aust.	3 58
,, 1786 Maij 3 18 44		12 15 Bor.	2 31 $\frac{1}{2}$
,, 1799 Maij 7 2 27		4 57 Aust.	3 48

,, Subtrahendo Semimoram a tempore Conjunctionis
,, obtinetur momentum ingressus Centri Mercurii in
,, Discum seclusam parallaxi: contra vero momentum
,, egressus addendo eandem dicto temporis.,, Non
additur variatio, orta ex parallaxi, tum quia vix est
sensibilis (nisi forte quando Mercurius habeat latitu-
dinem aequalem semidiametro Solari) tum quia de
illius quantitate nondum satis convenient Auctores.

Praeluxerat alterius Angli celeberrimi *Edmundi Halley* praeclara Dissertation de Transitu duorum minorum Planetarum sub Sole inserta Anglicanae Academiae Commentariis, sive Transactionibus anni 1691, num. 193, & Latinè redditâ in Actis Eruditorum Lipsiae an. 1693, ubi stylo Juliano ad Meridianum Londonensem designat transitus Mercurii tum superiori tum nostro saeculo cum distantia a centro Solis tempore Conjunctionis mediae, additis Tabulis semimorae, tum ad Nodum Ascendentem tempore Autumnali, tum ad Nodum Descendentem tempore Venerino. Reditui ad primum Nodum Ascendentem assignat Periodos, ex quibus prima est 6 annorum, & dierum 8, hor. 17, 25, apparens via Borealior 30°, 50°, proinde casus est

est admodum rarus ad partes oppositas diametri Solaris. Adde unam diem, si primus Periodi annus sit secundus, vel tertius a Bissextili.

Secunda Periodus est annorum 7, dierum 7, minus 9: via australior 12', 47" (dierum 6, minus 9, septimus annus sit Bissextil.) Adjecta est tertia annorum 13, dierum 2, hor. 17, 34', si sunt tres intercalares: additur una tantum dies, si 4 intersint Bissextilis: via Borealiore 8', 3". Quarta Periodus annorum Solarium 46, & insuper d. 1, hor. 4, 51'. Via Borealiore 1', 12". Quod si loco 11 intercalarium fuerint 12 Bissextilis, revertetur post annos 46, hor. 4, 51'. Quinta Periodus annorum Julianorum Solarium 263 (non 265^(a)), hor. 11, 31 $\frac{1}{2}$ semita Borealiore 10". Quod si annus præcedens fuerit Bissextilis addenda una dies. Maxima duratio in Sole ad hunc Nodum hor. 8, 1'. Diameter Solis 31', 34". Mercurii 12", qui limbo Solis vir duobus minutis adhæsit. Epochæ est observatio ipsius Halley supra data an. 1677. Pro reditu ad Nodum Descendentem (assignat pro Epochâ observationem Hevelii an. 1661). Prima Periodus est annor. 13, dierum 3, hor. 7, 37'. Mercurius intra Solis Discum Australior incedit 16', 55". Quod si præcedens annus fuerit tertius a Bissextili, annis 13 addendi dies 2, hor. 7, 37' (non omittendus reditus post annos 33, minus 23, via Borealiore 14', 2"). Tertia Periodus annorum 46 cum duodecim intercalaribus, additis hor. 7, 14': semita Australior 2', 53": Si vero prior annus fuerit Bissextilis, vel ab eo primus, annis prædictis adde diem unam, hor. 7, 14'. Quarta Periodus annorum Julianorum 263, addito uno, vel duobus diebus (juxta Legem in primo casu præscriptam) hor. 11, 49'. Semita Australior 22". Maxima Duratio in Disco Solis ad hunc Nodum h. 5, 29'. Diameter Solis 31', 54". Diam. Mercurii 13 $\frac{1}{2}$ sec.

T

Ad-

(a) Appud W. P. A. pag. 259 legi-] que annos Julianos, sed corri-
tut post ducentos sexaginta quin-] gendus.

Admiratione sane dignum, quod huic calculo sati responderit eventus, cum tamen laudatus Astronomus ad Nodium Descendentem unicam habuerit observationem Hevelii. Nec turbat quod ad eundem Nodium, juxta Hallejanas predictiones, nostro seculo expectaretur an. 1707, 1720, & 1740; similisque transitus expectatus ad Nodium Ascendentem tempore Autumnali 1710, & 1730; nec tamen per id tempus in Sole Mercurium apparuisse nobis constat, quamvis variis in locis a diversis Astronomis, etiam Cœlo serenissimo, praesertim anno 1707 totam ferè diem, imò & antecedente, ac consequente frustra quæsitus; nam aut ejus transitus contigit noctu, ut an. 1707, 1710, 1740, aut inter densos Horizonis vapores paucilo post Solis ortum, ut an. 1720 in inferiori ejus limbo; aut ideo apponitur, quod Mercurius perstrin gere deberet Australem Solis limbum, ut an. 1730. As verò calculus indigeat correctione facienda ad Nodium Descendentem ex novis observationibus judicandum. Quamvis autem Mercurius redeat ad Solem post dies 115., & hor. 21, nec procul ab eodem gradu Zodiaci annis 13, d. 1, h. 17, 3'; tamen septembris effugit Solis Discum ob majorem apparentem latitudinem, quam sit semidiameter Solis. Nihilominus in principiis communibus cyclus annor. 13, cum debitâ æquatione, meretur nomen Periodi, cum aliquando per tres continentates vices restituat redditum; aliz verò 6 vel 7, vel 46 annor. si latiore sensu dici possunt cycli, sunt valde imperfecti, cum redditum semel consecutum non continuent. De facto ex Hallejanis Tabulis alii redditus eruuntur, qui ab Auctore suo inter Periodos non sunt relati, ut annor. 20, inter an. 1720, & 1740 tempore Verno, inter quos annos ad eundem Nodium Descendentem nullus alias redditus mediatur. Tempus brevissimum pro restitutione alicujus transitus est annor. 3 1/2, sed ad oppositos Nodos, ut patet in exemplo annor. 1753, & 1756.

Mer-

Mercurius transire potest sub omnibus Stellis, & Planetis, exceptâ Lunâ; vicissim occultari potest a Sole in suâ superiori coniunctione, a Lunâ, & a Veneri corniculatâ. Mercurium a Venere occultatum an. 1599, d. 8 Junii ex suâ Observatione putavit *Michael Maestlinus*, & consentit *Keplerus* in Opticis (unde etiam ex hoc titulo patet falsitas vulgaris systematis Ptolemaici) Idem spectaculum renovatum est an. 1737 d. 28 Maii, quando Parisiis D. J. *Cassini* vidit Mercurium tangere limbum occidentalem Veneris (haec erat tunc retrograda) a qua incipiebat obtegi h. 9, 30', 3" p. mer. deinde vapores observationem prosequi vetuerunt; ex præcedentibus autem intulit Eclipsim hor. 9, 56', 30" in gr. 29, 30', 28" Gemin., ut refertur in Commentariis R. Sc. Ac. ejusdem anni p. 525. Mercurii motus Periodicus in sua Orbita ponitur a *Cassino* dier. 87, h. 23, 59', 14": revolutio ad Solem diebus 115, hor. 2, 3', 30".

§. XXIII. 1. *VENERIS* transitus ante Solis Discum ab Horoccio observatus: alii transitus, quibus intervallis videndi. 2. Eadem Stella splendida, obiecta a corpore Lunari, aliquando & a Mercurio occultata. Quomodo in observando videntur colores. 3. An sit evidens veras maculas in ejus superficie visus. Celeberrimum Joan. Dominicum Cassinum immunem a fallaciâ in Phænomenis an. 1666, &c. immunem pariter ab errore in observando ill. Pyras. Franciscum Blanchinum in Iberomensis, quæ detecta Romæ an. 1726, Gr. 4 & 5. Eadem visa a nobis Florentia, Ratio suspendendi alienum circa veræ causæ evidensam, 6. Modus & tempus observandi, 7. Plures hypotheses, 8. Cl. Vir. Jac. Cassini consensus detectus in apparenti diffensi. Concordia nostra cum Physicâ & Logicâ Jo. Dom. Castini,

1. *VENUS* transire potest inter nos, & Solem, cæteraque Stellas, exceptâ Lunâ; ipsa vero occultari potest a Lunâ non plenâ; Item a Sole in suâ superiori coniunctione cum illo, quando habet minorem

T 2 lati-

latitudinem ejus semidiametro; a Mercurio, quando ipsa est plena. Unicum sub Sole transitum videre contigit (^a) *Harracio* Anglo admodum Juveni ann. 1639, die 24 Novembris stylo Juliano (idest die 4 Decembris in formâ Gregorianâ) per semihoram prope Solis Occasum. Expectatus fuerat similis transitus anno 1611 a *Scheinero* ex Magini Tabulis, & an. 1631 a *Keplero*, & *Gassendo*, sed frustra. Eximus *Hallejus* in laudato Opusculo exhibit Tabulas transitus Veneris retrogradarum per apparentem Solis Discum ad Integrum annorum millenarium: Inter quos duo tantum nostro saeculo comparent: alter ex quo sperat exactiorem hujus planetarum parallaxim deducendam anno 1761 (^b), mense Mayo, die 25, h. 17, 55' post merid. (hoc est die 6 Junii Gregorian. Civil. hor. 5, 55' mat. ad meridianum Londin.) cum minimâ centrorum distantia 4', 15" Austral. Alter anno 1769, die 23 Maii (stylo novo 3 Junii) hor. 11, 0. Centri Veneris distantia ad Boream 15', 43". Quare cum Venus in 8 annis peragat quinque revolutiones synodicas, & 13 periodicas, revertetur ad Solem prope eundem locum Zodiaci ad Nodum Ascendentem tempore Autumnali post octo annorum Periodum, ablatis a primi transitus momento diebus 1, hor. 10, 52' $\frac{1}{2}$ semita Australiore 24', 41". Alium redditum notavit post annos 235 plus duobus diebus hor. 10, 9': via Borealiore 11', 33" (tribus diebus si præcedens fuerit Bissextilis) Alium post annos 243, ablatis a tempore prioris transitus min. 43': via Australiore 13', 8". Quod si præcedens annus fuerit Bissextilis, adde hor. 23, 17'. Utitur autem in hoc calculo annis sidereis, forte quia linea Nodorum respectu fixarum censuit immobilem. Angulus viæ visæ cum Eclipticâ ad hunc No-

(a) Histor. & Memor. R. Sc. Acad.
Paris. 1692.

(b) *Halley* opusculum de his transi-
tibus & methodo inde eruendis pa-

ralaxiam Solarem vide in Tra-
sect. Angl. 1716, n. 348; & A8.
Erudit. Lips. 1717, M. OStob.

Nodum est gr. 9, min. 5': motus horarius intra Sollem 4', 7''. Diameter ♀ ad Nodum Ascendentem observata ab Horoccio 1°, 18'', qui Nodus Asc. tunc erat in Geminis lib. 13, cap. 22, 45''. Ad Nodum Descendentem tempore Verno reditus potest contingere Periodo 8 annorum, ab aliatis diebus 2, hor. 6, 5': semita Borealior 19', 58'' (non debet omitti intervallo 227 annorum, quod mediat inter transitus ann. 1291, & 1518: Item 1769, & 1995). Similiter post annos 235, additis diebus 2 (vel si prior annus fuerit bissextilis, diebus 3) h. 8, 18', & Venus erit Australior 9', 21''. Pariter post annos 243, adde h. 1, 23', vel si prior annus fuerit bissextilis, adde unam diem, h. 1, 23'. Venus incedet Borealior 10', 37''. In transitu ad hunc Nodum angulus viꝫ visꝫ cum Ecliptica est gr. 8, 28''. Duratio maxima centralis transitū h. 7, 56', ut ad Nodum alterum. Epocham deduxit ex observatione Horoccii an. 1639 Novembris 24, stylo veteri hor. 6, 37' Londini, cum distantia minimâ centri Veneris ad Austrum 8', 30''. Diameter Veneris adhæret limbo Solis ad 10' minuta temporis cùm directè ingreditur, diutius cùm obliquè: eadem Diameter ad Nodum Descendentem 1°, 12''.

2. De Mercurio, Marte, ac Fixis a Venere occultatis dicitur suo loco; Eclipsis enim est illius corporis, quod occultatur. Venerem ipsam aliquando a Mercurio obtectam tradit ex Proclo *Ricciolus* (a), quæ observatio rarissima. Longè frequentius obtegitur Venus a Luna.

An. 1539, die 12 Martii Luna occultavit Hesperum hor. 1, post Solis occasum, inspiciente Copernico Memburgi, ut ipse refert Lib. V, cap. 23: cœpit ex parte umbrosâ Lunæ crescentis (hæc enim motu suo velocissimo in ortum assequebatur Hesperum) per medium distantiam utriusque cornu: duravit unam hor.

An. 1625, 9 Februarii [30 Januarii stylo Juliano]

(a) *Ricciol. Almag. L. V.*, c. 1, pag. 289.

no] hor. 7 post merid. *Hortenfius* vidit Leydz conjunctionem Veneris cum Australi Lunz cornu, a quo distabat unico minuto. *Keplerus* in Sveviâ, ut narrat in *Rudolphinis* c. 28, vidit hærentem sinistro cornu. Parisiis attigit extreum cornu Boreale, sed non tæta est (alibi tæta propter diversitatem parallaxis) spestante *Gassendo*, ut ipse refert in suo Epicuro pag. 900.

An. 1692, d. 19 Maij. *Hesperus* ante occultatus a Lunâ exivit multò clarior ab ejus medio menisco hor. 3, 20', 6" vespert. Lutetiz spectantibus DD. *Cassino*, & *Maraldo* Senioribus, ut refertur in *Commentariis* illius anni R. Sc. Ac.

An. 1704, die 30 Junii Bononiz D. *Busti*. *Mareredi* Telescopio pedum 10 $\frac{1}{2}$ observavit Lunam ad limbum Veneris appellere hor. 4, 30', 15" post merid, totam obregere hor. 4, 30', 33". Ibidem D. *Stanca-rius* Telescopio 8 pedum centrum Veneris immergi vidit h. 4, 30', 18". *Emersio* non potuit videri, quia Luna disparuit. Vide *Commentaria R. Sc. Ac. Paris*, ejusdem anni pag. 271.

An. 1708, die 23 Februarij DD. *Cassini*, & *Maraldi* Seniores viderunt Hesperum ad limbum Lunz obscurum oculo nudo hor. 7, 3', telescopio 34 pedum, hor. 7, 3', 49": Totalem immersionem h. 7, 3', 55", eodem Telescopio: Duçavit horam circiter, *Emersio* non visa, quia sub horizonte. Transitus prope centrum 5', vel 6', versus Borealem Lunz limbum, *Philippus de la Hire* initium immersionis notavit h. 7, 3', 48": totalem immersionem hor. 7, 3', 58'. Vide *Commentaria* ejusdem anni pag. 136, &c.

An. 1715, die (a) 28 Junii biduo post inferiorem sui conjunctionem cum Sole *Phosphorus* partem Lunae illustratam opticè tangebat hor. 1, 29', 53", quin mutaret colorē, aut figuram: sensim imminuta magnitudo donec totus immergeretur, hor. 1, 30', 23", tri-

(a) In Edit. Batav. qua utor *Hi-| ris* pag. 176, legitpr die 23 Junii, stoir., & Memoir. R. Sc. Ac. Pa-| sed omnino legendum die 28.

tribus Telescopiis 4, 6, & 8 pedum. Emercio pariter visa simul h. 2, 37', 17" spectantibus DD. *Malezieu*, *Philippo Maraldi*, & *Jac. Cassino*; via apparen^s Veneris fecit centrum Lunæ. Totalem immersionem notavit Romæ *Blanchinus* (in Observat.) hor. 2, 27', 43" post merid. Quod spectat ad colores, ii mihi non apparuere, quando Venerem observavi ex directo axis Telescopii, vitris inter se parallelis: si autem Tubus incurvetur a pondere, jam circulares Vitrorum limbi non erunt paralleli. Similiter ex eo, quod colores alicui ex Sociis apparuerunt, arguebam illum non spectare in directum axis, sed v. gr. in confinio campi ad limbum vitri objectivi, vel oculo non constituto in medio foco vitri ocularis. Viten- tur iti defectus, & spurii colores evanescent, rubeus ex parte clarâ, cœruleus ex opacâ. Nihilominus DD. *De l' Isle* natu minori, & Equiti *De Loxville* in præcedenti Veneris Eclipsi apparuerunt colores, qui tribui possunt ioflexioni facta in corpore Lunari, vel in confinio lucis & umbræ.

An. 1720, die 5. civili Martii hor. 41, 55', 35" mat. Veneris lumen in vicinâ Lunæ debilitati visum Romæ Ill. Præst. *Franc. Blanchini*: post 45' videbatur incipere immersio; totalis hor. 41, 55', 45": emer- sionem non vidit propter vapores^(a).

Eodem anno idem Præstul die 23 Decembris vi- dit in vicinâ Lunæ debilitati Hesperi lumen hor. 4, 24', 20' (Hor. 4, 5', 50' centrum Lunæ apparebat propter parallaxim Australius centro Veneris min. 6' circuli maximi in declinatione) totus mergi ex parte Lunæ obscurâ circa horam 4, 14', 30". Emercio imitum ex medio limbo Lunæ occidentali illumi- nato hor. 5, 37', 21"; quando Venus distabat a Zenith Romano gr. 77. Candidus unio pendens ex in- aure

(a) *Blanchin* in Kal. Rom. an. 1721. Confer ejusdem Observat. a. 1720. ubi secunda legitur paulò diversa,

sed credibile est Auctorem in illis Typis publicis correxisse suas Ob- servat. M. S.

aure impolitâ explicare potest quantum claritas lumen Hesperi vinceret Lumen Menisci Lunaris. Vide
www.Figodi.com/CA TAB. III superadditam.

Anno 1728, d. 6 civili Aprilis mane Luna emer-
 sit ex tecto Romano hor. 5, 20' mat. sed Venus erat
 sub eâ occultata: emersit ex obscurâ Lunæ limbo tem-
 pore vero hor. 6, 19', 17''. Vide Observat. *Blanchiz.*
 edit. Veron. p. 255.

An. 1744, die 10 civili Mensis Maji, P. *Christo-
 phorus Maire* in literis ad nos datis testatur se Romæ
 hor. 5, 45', 15'' mat. observasse Lunæ limbum attin-
 gere Discum Veneris: Hanc occultatam penitus h. 5,
 45', 38'', ejusque centrum tunc 3' min. Australius
 centro Lunæ, spectatâ declinatione. Emersonem nu-
 bes videre prohibuerunt.

3. Ex Eclipsibus duorum minorum planetarum
 in duplice cum Sole coniunctione superius indicatum
 est, independenter ab eorum phasibus, & illuminatio-
 ne, quomodo aliquando sunt Sole superiores, aliquan-
 do inferiores. Sed cum cæteras demonstrationes ex
 eorum phasibus petitâ èludi a nonnullis viderem, qui
 systema, quod Ptolemaicûm vulgo audit, hoc eruditio
 seculo propugnare non dubitabant, ad præcludendum
 effugium, quo Lunare *Beroë* commentum ad Venetiæ
 transferretur (quasi hæc alterum sui hemisphærii
 haberet naturâ suâ lucidum, alterum opacum, & per
 conversionem circa proptimum axem *axem solis* variationes
 phasium exhiberet, quamvis *Soli* inferior semper po-
 neretur) votum nostrum fuit, & illius commenti fal-
 sitatem ostendere, & communium demonstrationum
 vim omnibus manifestam reddere ex veris maculis Ve-
 neris, sensim ingredientibus segmentum illuminatum
 aut obscûrum. Propterea ab anno 1722 non semel
 plures tam in Europâ, quam in Sinis sollicitavimus
 ad investigandas hujus Planetæ maculas: quæ fuit Oc-
 casio Sinicarum Observationum, seu numerum secundâ
 partis in supplementum eorum, quæ expetebam; hinc
 non

non erit absire pauca de illis animadvertere, præsertim
cū adhuc inquiratur, an ad ratas corporum Cœle-
stium occultationes revocentur. In primis nota sunt
phænomena duo obscura ^(*), & tertia refulgens, quæ ^(*) Unum vi-
in apparenti Veneris Disco an. 1666, & 1667 exi- de in Fig. 45.
TAB. XVI.
mum Italiz nostræ decus Joan. Dominicus Caffinus vi-
dit Bononiz, ubi tunc utebatur Telescopio Campani pedo 17 $\frac{1}{2}$, hoc est 75 ferè palmorum Romanorū.
Quia tamen maculæ obscuræ ^(a) erant valdè debiles,
sive evanidae, confusæ, nec satis exactè terminatae,
non judicavit aptas ad determinandum motum verti-
ginis; sed elegit Phænomenon luminosum, ex quo fa-
&ta suppositione, quodd fuerit pars semper eadem in
superficie planetæ, intulit hunc verosimilius volvi cir-
ca suum axem spatio circiter horarum 23 $\frac{1}{2}$ ab Au-
stro in Septentrionem potius, quam per simplicem li-
brationem paucorum graduum. Licet verò Parisios ac-
citus, & longioribus telescopiis etiam 100, & 130
pedum donatus, quibus remotiora, & difficilioris in-
dagnis phænomena detexit, tamen de apparentibus
hujus planetæ maculis altum siluit quoad vixit usque
ad an. 1712, quamvis nobis constet saepius quaesi-
scere. In illis nulla dici potest intervenisse fallacia pe-
nitissimi Astronomia Amplificatoris nemini insigniorum
secundi ^(b): non oculorum (juxta regulam Augustini
in III contra Academ. de remo in aquâ semimerso)
qui nunciabant, quod apparebat; & ex tali sensuum
testimonio oriebatur effectus apparentis evidētia phy-
sica: Non intellectus, quia ubi causa non est manife-
sta, gratiae habendae sunt offerenti probabiles con-
jecturas, præferrim loquenti ex hypothesi, & summâ
cum circumspectione; unde judicium prudens cum
suâ illatione ad ratiocinationem Topicam non ad fal-

V

lacem

(a) Jo. Dom. Caffin. Epist. ad D. Pe-
tit. Supposse que se soit toujours
la même partie trisante, &c.
Confer ejus amantissimum Filium

in Commentar. a. 1732, p. 264.
(b) Blanchinus Hesper. Phænomena
pag. 59, edit. Rom.

lucem revocatur: aliud enim est fallax, aliud falsum,
 aliud inevidens, quod tertium tantum relatè ad ~~cau-~~
~~sum nobis~~ visum est. Nam quando idem effectus ha-
 beret potest a pluribus seorsim causis, non est absolu-
 tè evidens (quidquid sit de evidentiâ hypotheticâ,
 & relativâ) procedere ab unâ determinatâ causâ
 quandâ non ostenditur, ab aliâ provenire non pos-
 se. Quid enim si nobis optantibus veras in planetas
 superficie maculas vias ostendere, negaret quispiam,
 alterutram suppositionem? quid si dubitaret an phœ-
 nomena illa fuerint in Veneris atmosphaera, aut in
 Aethere intermedio ex partium heterogenearum con-
 volutione, qualis est materia analogâ semitae lumi-
 nosae, seu luminis Zodiacalis, detectâ ab ipso Cassi-
 no? de quibus hypothesis paulo infra. Pari distinc-
 tione utendum in observationibus, quas post prior-
 res nostras preces (4), sed aliam ac generaliorem praec-
 ferentes occasionem peregit Romae Ill. Praes. Fra-
 cise Blazebius ab an. 1726 usque ad Januar. 1728.
 Duo sufficiat adnotare, ab aliis quod sciam non ani-
 madversa, quae tantum Virum liberant ab erroris sa-
 spitione in observandis phœnomenis. Ex illis septem
 majoribus apparentibus maculis, quas vidi occupare
 medium Veneris Zonam, & primis Alphabeti literis
 motavit, ternarium ex macula 5, 6, 7, sive EFG (5)
 inspectum die 26 Februarii 1726 ab occasâ Solis, hoc
 est ab hora 5, 25' post meridiem ad horam 6, 15',
 exemplibus, & per vices recognoscens inspectam,
 erat illud idem, quod paulo post ab hora 8 $\frac{1}{2}$ ad ho-
 rum 9, evidentiter experimento ab iisdem conspectum.
 Ratio est, quia cum motus macularum tunc esset ferè
 parallelus sectioni lucis, & umbrae, non potuit ejus
 loco substitui aliud ternarium ex 6, 7, 1, sive ex
 FGA, quin adverteretur: macula enim septima, sive
 G erat

Vide Fig. 47.
 & 46. Tab.
 XVI.

(4) Vid. Epistol. nostram ad Blan-
chis. ipsum pag. 26; & Histor.
R. Sc. Ac. Paris. a. 1729.

(5) Vid. Blanchis. Nov. Phæno-
mena. Tab. II. & III.

Gerat non solum amplitudine, quæ, nonnihil optime dilatatur in accessu ad centrum, sed etiam altitudine erat longe minor, ac depressior, quam duz proximæ hinc inde adjacentes *F*, & *A*; ergo non poterat confundi *F* cum *G*, & *G* cum *A*, præsertim ab Observatore diligentissimo, & experientissimo. Ex collatione autem plurium observationum, sed præcipue ex predictâ, & ex minimo macularum progressu intra tres horas deduxit Venerem circa suum axem converti spatio dierum $24\frac{1}{2}$ a Septentrione in Austrum in hemisphærio nobis exposito circa polos, quorum alter respiciat quamproxime Stellas α . β in capite Equi minoris, vel potius Cœli punctum in longitudine grad. 20 Aquarii cum elevatione axis gr. 15 supra planum Eclipticæ; alter verò respiciat cor Hydræ, sive Cœli punctum in longitudine gr. 20 Leonis cum depressione axis gr. 15 infra planum Eclipticæ, quem axis potuit esse sibi constanter parallellum in Octimo-*ksi* Orbitâ planetæ circa Solēm, e quo spectata Venus die 26 Aprilis a. 1726 apparebat in gr. 20 Scorp. in quem gradum longitudinis dirigebatur ejus Äquator, & motus macularum: unde erat ejus Äquinoccium. Alterum phænomenon advertendum est, quod motus apparentium macularum in hemisphærio viso fiebat a Septentrione versus Austrum, non solum quando experebatur nobis polum Boreum, ut in memoratâ Observatione Mensis Februarii, sed etiam quando Terris obvertebatur polus Australis cum suâ maculâ *T*, ut die 7 Junii ejusdem a. 1726, quo die macula prima sive *A* nondum pervenerat ad centrum Disci; post quartuor autem dies progressa erat ultra centrum versus cornu inferius, quod est Australe (sive hoc tantum spatiū consecerat in hypothesi Blanchini, sive illius ferè sextantem circuli, ultra quatuor revolutiones in aliâ hypothesi) quippe phasium aspectus in Tabula III Blanchinianâ dicitur ab Auctore exhiberi sive recto; sic etiam Solis maculæ in hemisphærio viso tendunt

V. 2 ab

ab ortu in Oceasum quemcumque macularum polum nobis obvertant. In utrisque spectator ex Europâ dorsum obvertit Septentrioni, faciem Planetz, salventur etiam *nova phænomena*, ac sensuum testimonia, quæ judice Cl. Mairan^(a) in dubium revocari nequeunt ab eo, qui noverit ~~explicari~~ & excellentia telescopia, quibus usus est *Blanchinus*; & tunc producantur hypotheses.

4. Quid ergo de causa, & hypothesis? Dicam, quod sentio, si certa ut certa, dubia ut dubia propone liceat: quam ingenuitatem in Astronomo præcipue commendant Sapientes^(b) (præsertim ubi talis evidētia causæ inquiritur, quæ alienum intellectum ad sui assensum compellat, ut alteri causæ tribuere nequeat): *in iis quoque, qua dubia sunt unus non agrè fere dissensum alterius, quantumcumque fuerit, nec propter dissensum unus alterius landi decrebit*. Communi huic fundamento innixa est Epistola scripta an. 1726, 3 novas Septembribus ad laudatum Præfulem de Astronomorum conatu in detegendis maculis planetæ Veneris, & ab eodem edito ad calcem Operis de Novis hujus planetæ phænomenis. Scopus illius Epistolæ, ut, & animadversionum in causas phænomenorum an. 1666 erat obtinere in novo, quod Blanchinus tunc moliebatur opere (editum est an. 1728) desideratam causæ evidētiam, ut patam, & perspicue expressum illis præsertim verbis: *Neque enim hic arbiter fdeo, sed sola evidētiam quaro, &c. ut scilicet constaret non aliunde orta memorata phænomena, quam ex veris maculis in superficie planetæ. Et quoniam evidētia abso-luta expellit omnem prudentem suspicionem in contrarium, proponebatur eidem Præfuli non imprudens suspicandi ratio*^(c) *confurgens ex pluribus momentis,*

quæ

(a) D. Mairan in Comm. R. S. Ac. 1719, pag. 72.

(b) Wolfius de Stud. Astron. c. IX, §. 101.

(c) Prudentes dubitationes a Pyrro.

nismo longè remotas vocat Cel. Marchio Jo. Polenus in Epist. ad Ch. M. Herculem Br. Dandivum 10 Septembribus 1743.

quæ afferri possent ab iis, qui assensum cohiberent,
Ea autem nendum sublata, sed etiam aucta est ex no-
vorum phænomenorum an. 1726, &c. collatione.

*Primum, quod vetera phænomena essent diversæ
figura a novis, quæ in eburneo globo tanquam in
imagine ad momentum ostensa nobis erant: in opere
autem edito vix tenuem similitudinem habent duo cor-
nua an. 1666 cum macula T, quæ cæteroquin pingitur
instar unius fasciz Lunæ, & verosimilius die 14 O-
ctobris 1666, si extabat, latebat in umbrâ: Si autem
hæc minor macula tunc apparuisset, quis sibi persua-
deat aliquam saltem ex aliis maculis tantò majoribus
per illud biennium quæsis, non fuisse conspicendam
si tum extitisset?*

*Secundum: Vetera Phænomena visa sunt in magnâ
a Terris distantia etiam orto jam Sole, & elevato ultra
7 grad. supra Horizontem: quam difficultatem appro-
bat *Blanchinus* ipse pag. 60; quippe qui nova Phæ-
nomena detexit quidem aliquando, ut 7 Jul. 1727
antequam Hesperus descendet ad dichoropiam; sed
majoribus telescopiis 88, & 94 palmorum, & non
nisi nocte in crepusculo, sive matutino, sive vesperti-
no, ab occasu Solis, &c. (a). Tertium, quod Phæno-
menon luminosum, seu quæ videbatur pars refulgens,
prorsus evanuit, vel certè ad hanc diem nunquam am-
plius apparuit frustra, per tot annos omni observandi
opportunitate studiosissime quæsitâ a tam multis, & il-
lustribus spectatoribus, & longioribus telescopiis. No-
veram Veneris phases telescopio distinctius videri cla-
râ in luce, & Sole supra Horizontem existente (b) (de-
tracto scilicet capillito radiorum), & quia attende-
bamus ad hunc Veneris splendorem, idcirco recta il-
latio erat, ut quod splendidior esset Planetæ superficies;*

ed

(a) *Blanchinus* cum in Hesper. Phæ-
nomenis p. 8, 9, 16, 61, 65 e-
dir. Rom. cum in Observat. edit.
Veron. p. 236, 251, &c.

(b) In Elencho priorum Investigat.

Veneris Planeta Flor. 1727, que
theses laudantur a Cl. Jac. Cal-
lo in Epist. ad Ill. Ab. de Bignac
2 Decembcis 1727.

ed admirabilius fore, si aliqua pars lumine fulgidiore reliquas superaret, præsertim prope segmentum obscurum (ubi radii Solis maximè oblique incident, & minus apti ad vividiorem lucem reflectendam). Sic in sectionis vicinia etiam maculæ Lunares Tychonis, & Copernici habent aliquam umbram, sive obscuritatem, quæ certe quin in plenilunio maximè refulgent, nec exquantur partem diametri sui globi, ut illud probatum est; sed vix $\frac{1}{2}$, cum tamen vera diameter Veneris sit certè quadrupliciter major Lunari. An evidens est dari in Hespero vallem tantæ magnitudinis, ut ejus

Vid. Fig. 45. diameter subtendat arcum ferè 18 graduum in peripheria sui circuli maximi, prout in figuris depingitur? An est evidens, ut si vallis convertatur in montem, ex Paro lapide, non aliquando appariturum ejus verticem intra umbras confinia? In segmento vero illuminato prope confinium lucis nonne debuissest umbram projicere in partem Soli oppositam? *Quare am monos-*
cam: Similia meteora Coelestia olim visa non solum
in Lunari disco, aliisque Mundi corporibus, sed
etiam circa nostrum planetam: tale est unus, aut al-
ter globulus subniger, sive pumiceus, modo extra, mo-
do sub ipsum corpus planetae ^(a) (an non hoc indicat di-
versas horas?) *a Francisco Fontana vissus an. 1645, de*
quo tum dubitatum, an esset ejus satelles. Tale aliis
globus an. 1672, die 25 Januari ab hor. 5, 52' mat.
ad hor. 7, 2' inspectus ab ipso Joen. Dom. Caffino, de
quo dubitabatur an esset illius planetæ comes, cuius
phasim corniculatam simulabatur ^(b). *Simile quid vidit*
an. 1686 per horæ quadram distans a Veneri $\frac{1}{2}$ *ejus diametri. Ex eo autem, quod hi globuli num-*
quam amplius appauerint eot spectatorum oculis, vix
est hodie, qui suspicetur Venerem stipari Satellite.

(ve-

(a) V. Ricciol. Almag. L. VIII, c. 2.

Pagi 485.

Gaffendum Par. II. Physicæ L. II., cap. 3.

Tacquet Astron. L. VIII, n. 33.

(b) Jo. Dom. Caffini de la Lumière
Céleste. Confer David Greg. A-
stron. L. IV, prop. 3.

(veteres quidem suspicione renovavit D. *Sbert Scatus* in Hist. R. S. A. s. 1741; sed Cl. *Historicus* D. *Mairan* ibidem pag. 124 notat materiam Luminosam, propter diversam densitatem, cui subjecta est, esse nobis originem vel erroris, vel incertitudinis); viceversa, fatentur ferè universi phænomena illa fuisse vel in planetæ atmosphærâ, vel potius, quia hæc in tantam altitudinem non assurgit in æthere intermedio. Sexum Membrorum percipiebatur ex diversâ motu celeritate ac direccione, quæ Cl. *Cassino* Seniori apparuit ab *Australi* in *Septrionem*: in hemisphærio visibili, quidquid sit de varietate inclinationis, quæ ipso judice in Observatione 9. Maji: causa Optice tribus non poterat. Hæc autem difficultas ex tam diverso motu centri non tollitur, sed augetur per novas *Blanchini* Observations, qui motum apparentem macularum in hemisphærio viso constanter observavit ferri a *Septrione* in *Australium*, etiam quando macularum Polus Australis erat Terris expositus, ut paulò ante notatum; & quidem non 23 $\frac{1}{2}$ horis, sed diebus 24 $\frac{1}{2}$.

5. An. 1727 sollicitati secundâ vice siderum Inspectores ad confirmandas laudati Persulis observations, tunc ineditas, ut ex pluribus testibus cognitio explorator habetur (a), & *Venus Cælestis* fides Planetarym systematis magistra, rediivivis *Ptolemaicis*, non ex diurnitate revolutionis circa proprium axem, quod non erat ad intentum, sed ex successivâ macularum illuminatione. Sub initium Septembbris ejusdem anni 1727, excellenti Eustachii Divini Telescopio palmp.

24 vidi non semel in Hespero (ut alias in Phosphoro) nunc tres, nunc quatuor apparentes maculas in arcum sinuatas insisteres sectioni, quæ dividebat segmentum illuminatum ab obscuro, summitate illarum semper in Solem directâ: nec post horam variabant sensibiliter situm. Sed plura impulerunt ad cohendum

Vid. Fig. 48.

(a) In Elencho Prior. Invest. Veneris Planets. Flq. 1727.

dum optatz evidenz assensum. Primum, quod soius, cui eadem phænomena ostendebam, negaret sibi videri illas esse veras planetæ maculas, pro quibus censetab opus esse longiori telescopio. 2. Constat diversis temporibus verticis in Solem directio. 3. Similitudo non solùm in tali directione, sed etiam in figurâ, & colore subrubente cum degradatione in partibus a Sole remotioribus (& quidem in directum axis Telescopii, ne quis suspicetur spurios vitri colores, qui etiam extra coniunctiones inexpertis apparent circa limbum, quando hunc planetam non per axis directio nem intuentur) eum iis, quæ non raro conspicuntur super Orientali Telluris horizonte, quando Sol occidit: euspides enim, quæ tunc apparent, poterant in casu nostro in arcus opticè degenerare propter nimiam distantiam, ut anguli vertex insensibilis redderetur. 4. Nihil tale in subalbidis, seu cinereis aliorum planetarum maculis deprehensem. 5. Expectatus Academiarum, & Illustrium Astronomorum consensus, qui plurimas Observationes (^a) peregerunt ab Æstate ann. 1727, usque ad Septembrem 1729 præsertim in R. Sc. Ac. Paris, ubi Astronomiz Principes D. D. Jac. Phil. Maraldi, & Jac. Cassini exhibitis optimis Telescopiis 120 palmorum Romanorum, sive 82 ped. Paris., tum Hartsoeker 114 pedum omni favorabiliore, observandi occasione studiosissimè quærità, nullam in Veneris Disco maculam depræhendere potuerunt; sed solùm, quod portio vicinior curvitatè sectionis minus fulgeret constanti tenore (propter majorem radiorum obliquitatem) quam limbis exterior convexus in quem radii magis directi cadebant. Similiter alii locuti, uno tunc quoque excepto Blanchino cum sociis, quos

Ro-

(a) Cl. Jac. Cassin. in L. L. missis ad Marchionem la Bastie initio Septembbris 1729 = Cependant quelque attention que nous y avons faite M. Maraldi, & moi, toutes les fois que le Ciel a été ferein,

dans plus de trente Observations, nous n'avons pu apôrgevoir aucune Tache sur le Planète de Venus, &c. Confer eundem. Elem. Astron. L. VII, c. 1 sub finem;

Romanarum suarum Observationum testes allegat. Ex ejus figuris, postquam editæ sunt (præfertim ex ea, quam eruit ex Observatione d. 16 Februarii 1726, & 9 Septembris 1727) agnovi phænomena ab ipso Romæ visa esse eadem, quæ nos vidimus Florentiæ: nisi quod de colore, ejusque degradatione nullum verbum fecit, arcus verò nonnihil depresso pingit, & valdè exactâ æqualitate undique terminatos, addita hinc inde macula ST circa polos, quas nunquam observavi: quamquam de macula T circa polum Australis hæret dubius *Blanchinus* ipse, præfertim pag. 55 expectans ulteriores observationses. Vide ejus TAB. II, & III.

6. Quia verò maximè in re Literariâ locum habet principium Pindaricum: *de nullâ re desperandum* (^a), ut impedimenta submoveantur, & indicetur modus obtinendi votorum complementum, insinuo modum observandi: nam si essent maculæ constantes in planetæ superficie, quid obstat quominus iterum apparerent? An rara occasio observandi? At in novem mensibus, quibus Hesperus sequitur Solem uno ferè mense cum dimidio, tempus est observandi saltem a maximâ digressione vespertinâ usque ad retrogradationem. Idem dic in novem aliis mensibus (integra enim apparens revolutio Veneris ad Solem dicitur dierum 583, hor. 22, 10', quamvis periodus in propria orbitâ absolvatur diebus 224, hor. 16, 39', 4'') quibus Phosphorus præcedit Solem a fine retrogradationis, quando incipit duos digitos illuminationis ostendere usque ad maximam digressionem, imò, & ultra dichotomiam, ad aliquod tempus antequam nimium a Terris removatur. An aëris puritas depositur? At memorata phænomena visa sunt Romæ, & Florentiæ in aëre crassiori, quæ in aëre purissimo nunquam licuit per tot annos intueri, ut hic Senis, ubi aér defæcatissimus,

X

adeout

(a) *Pindarus Pythie Ode II. Χρυμάτων δελπτῶν ἀδίν ισι.*

adeo ut nudo oculo viderim aliquando in ipsa Meridie
 uicinam Lunæ phasim biduo ante conjunctionem, &
 nudo pariter oculo circa eamdem horam conspecti
 fuerint planetæ Jovis, & Veneris. An longiora Tele-
 scopia? At hic habebamus idem telescopium, quo Flo-
 rentia deteximus, non brevius illo, quo utebatur Bo-
 loniæ Cassinius Senior, quando detecta sua phæno-
 mena Veneris, & Martis; alia duo 50, & 75 palmorum
 nobis ostendebant objecta majora, sed minus perspicua.
 An dies serena? Sæpius expectatum Cœlum post plu-
 vias serenissimum, & Luna infra Horizontem constitu-
 ita. An hora observationis opportunissima? Experien-
 tiâ didici aptissimam esse tribus circiter horæ quadran-
 tibus post Solis occasum vespere, aut tantumdem
 mane ante Solis ortum, quando planeta noster nec a
 proprio splendore, nec a majori crepusculi lumine
 obtruitur, nec inter crassiores Horizontis vapores im-
 mergitur. Et ne quis caufetur diversum ad Solem &
 ad Terras aspectum, aut locum remotiorem, quæfivi-
 mus in fine primæ, & secundæ Octaëteridis (nam post
 octo annos Venus apparet ex Terris in eadem ferè
 Ellipticæ longitudine cum præcessione unius diei) ut
 invenire Septembri 1743, qui respondet observationi-
 bus anni 1727: & mense Mayo 1745, quando He-
 sperus erat in Signo Ascendente Geminorum, & Be-
 realis respectu Solis, & phasis illuminata trium circi-
 ter digitorum erat non longe a Perigeo, ac respon-
 det observationibus anni 1729; nulla tamen sive a no-
 bis, sive ab aliis, quos tertiat vice sollicitavimus, post
 annum 1729 detectum macularum in Veneri vestigium
 a tot oculis spectatorum, tanto labore, tantâ diligenc-
 iâ, tam multis observationibus, tam diversis in lo-
 cis, quibus gratias habebimus quidem semper, quam-
 vis pares referre non valeamus.

7. Ex his omnibus liquet Primam hypothesism, quidd
 sive priora phænomena an. 1666, &c. sive recentiora
 an. 1726 fuerint constantes maculæ in superficie pla-
 netæ,

metu, esse quidem verisimilem, ac probabilem (*c*) tum ex eorum apparenti duracione (nisi forte quis dicat instar Iridis, vel fluminis eadem in specie, quod est minus credibile), tum ex aliis circumstantiis, tum ab auctoritate Clas. Virorum, qui excusare conantur anomaliam, ac præserum, quod nostro aspectui, ut plurimum subducantur, sive ex eo, quod Venus inter lumen Zodiaci immergatur, sive quod densiori cingatur atmosphera, quæ corpus ipsum planetæ videre non sovit; At cum Zodiaci lumen plerumque sit intersticium, ac semidiaphanum, ut per illud Stellarum fixarum primæ magnitudinis aspiciantur, & Cl. VV. Philip. de la Hire, ac Guillaume Dörbam (*b*) viderint in sectione denticulatâ inqualitates, seu montes Lunaribus majores, quis audeat negare ipsum planetæ corpus ab ipsis conspectum, qui tamen maculas non viderunt? Quare opto quidem hanc primam hypothesism verificari, novisque observationibus confirmari, quod erat nostrum votum; & sic veras in hoc planeta maculas primus detexisset Magnus Cæsarius; sed adhuc quæsita evidenter causa absoluta. Idem dic de II hypothesis, quod ea phænoæna evanuerint, eò quod essent maculæ minimè constantes, sed similes sis, qua in Jove, & Marte magnam mutationem subeunt (*c*); nam prius quamquod ingentes mutationes facilius est admittere in atmosphærâ (ut dicitur de atmosphærâ Saturni (*d*)) quam in Oceano, nec habemus in aliis planetis exemplum figuræ perpetuæ directæ in Solem, nec habemus contrarium motum nunc ab Austrâ in Septentrionem, ut an. 1666, &c. nunc a Septentrione in Austrum,

X 2

ut

(a) Blanchinus ipse in Epistola ad nos data d. 10 Octobr. 1727. =
Posso inferire, che quelle macchie, o mari sieno parti del globo di Venere, &c. . . . Nuna idea più accertata io posso dare di questa, che immagino verissime per le osservazioni fin qui fatte.

(b) De la Hire in Commentar. Reg. Sc. Acad. 1700.
(c) Hanc unâ cum aliis hypothesis, indicavimus in nostra citata Epistola ad Blanchinum.
(d) V. Jac. Cæsari Elem. Astr. a. m. L. IV, c. 1.

ut an. 1726, & 1727, &c., etiam quando creditus polus Australis Terris obvertebatur, ut supra visum est: Nec habemus tantam vertiginis varietatem, ut altera sit horarum $23\frac{1}{2}$, altera dierum $24\frac{1}{2}$. Quod si Judice Cl. J. C. Caffino præferenda est ea hypothesis, quæ cæteris paribus habeat præterea hoc emolumen-tum, ut zquè bene repræsentet observationes per hos duos Astronomos peractas, id invenitur in tertia sen-tentiâ, quæ tribuit utraque phænomena substantiaz Æ-therez diversaz densitatis. Hanc admittunt quicunque admittunt Cœlestia supra Lunam meteora, ex quibus gigni putabant Cometas (^a) Heraclitus, Galileus, Ke-plerus. Quod si Cometæ ponantur Mundo cozvi (quos cæteroquin comitantur exhalationes in caudis, & bar-bis in contrariam a Sole partem projectis) adhuc præ-ter illos admittuntur Cometoides (^b), sive mixta imper-fetta, in Ætheris regionibus genita, & vel propriâ in-flammatione, vel Luminis a Sole mutuari reflexione emi-cantia. Sed nihil magis assimilatur colori macularum, quas in directum axis Telescopii (ubi cessant spurii colores) nos observavimus in Venere, quam Aurora Borealis, quam multi oriri ajunt ex diffusione, vel re-diù materiaz Zodiaca lis Luminosa, eamque lentis in-star Solem cingere, atque ex ejus atmosphera diffun-di existimat Cl. D. Mairan in præclaro tractatu de il-lâ edito, & inserto in Actis tam Acad. Regiz: Par-iensis, quam Londinensis (^c): quæque juxta scripta Newtoni nihil aliud est, quam heterogenearum par-tium congeries, per Ætherem expansa, undique con-fluens, & rediens in Solem, præsertim a partibus Mun-di remotioribus, quales sunt poli.

8. In hoc uno Zodiaci Lumine habemus quid- quid

(a) V. Plutarbum de Plac. II. 3.
Galileum in Trutin. Keplerum in
sua Cometarum Physica.

(b) Marchio Polenus de Vortic. Cœ-
lest. n. 212.

(c) D. Mairan Lib. cit. §. I. c. 3,

pag. 22, qui Liber inseritur Com-
mentariis R. S. Ac. Paris. an. 1731,
& in compendium redigitur a D.
Jo. Eames in Actis, seu Transla-
tionibus R. Soc. Londinensis an.
1734.

quid requiritur ad salvanda memorata phænomena universa circa apparentes Veneris maculas, & faculas.

1. *Materiam apicem* inficere objecto suo splendidissimum Veneris segmentum illuminatum.
2. *Colorem Aurora* subrubentem, sive ex innatâ luce, sive ex reflexione propter convolutionem materiæ diversæ densitatis ab Æthere, quæ physica cuique obvia, præsertim in spumâ albicante, quamvis ex duobus diaphanis, hoc est aquâ, & aëre composita.
3. *Durationem* ad plures menses, & annos: nam Cl. Cassinius Senior (^a), qui semitam Luminosam ante alios illustravit, vidit Venerem immersam intra illud lumen ab anno 1685 ad Octobrem 1686 sive continuatè, sive interpolate; imò & ad 1688.
4. *Locum* supra Lunam in Æthere, ut alii cubi videri possit Venerem complecti, alibi non complecti propter diversam parallaxim.
5. *Cuspidum directionem* in Solem, a quo diffunditur, & in quem recidere censetur.
6. Circa *Motum* notavit (præter diurnum Cæli, communem omnibus Astris, & proprium Solis, quæ comitabatur) solitum apparere circa medianam noctem ex cardine Septentrionis procedere; unde apparent prodire *Aries Festi*, & *Cyparissi*, & *Lumen Boreale*: quamvis non repugnet aliquando prodire ab Austro versus Septentrionem, quando major particularum affluxus confluat, ut sit in æitu marino, Neque id novum in Cælo, cum Cometæ an. 1689, & 1699 motu proprio tenderent a Septentrione in Austrum. Viceversa, Cometæ an. 1472, 1556, & 1707 tenderent ab Austro in Septentrionem, dum motu communis omnibus corporibus Cœlestibus, qui Copernicanos nihil moratur, raperentur quotidie ab Ortu in Occasum. Cum autem luminis Zodiacalis materia sit valdè rara non turbat sensibiliter motum planetæ, quem diu comitari potest, vel propter resistentiam subsequent.

(a) Jo. Dom. Cass. Découverte de la Lumière Céleste, qui paroit dans le Zodiaque an. 1685, p. 34, eaque observatio laudatur in Actis Londin. loc. cit.

quentium particularum, vel per attractiones Newtonianas, vel per ipsum vorticem abruptum ab alio, juxta Physicam Aegyptiorum, Phoenicorum, Grecorum in Scholâ Democriticâ, Cartesianorum, &c. ut dici debet de Satellitibus Jovis, & Saturni comitibus planetarum principalem. 7. Retardatio motus obliqui oriri potest, vel ab exeriore gyro, vel ab immunitâ attractione in majori distantia a centro planetarum, vel ex aliis circumstantiis, ex quarum complexione haberi potest apparetis irregularitas velocitatis, vel tarditatis. 8. Denum, Globulos lucidos, & perspicuas quasdam in Zodiaci lumine resplendentes, ac scintillantes. vidit non semel (^a) idem Physicæ Coelestis Investigator diligentissimus Jo. Dom. Cassini: ut proprie- ca laudatus ejus Collega D. De Moivre (^b) relatis in ejusdem lumenis phænomenis per modum dubitantis, ac suspicantis concludat: Num quidpiam simile inspi- raverit in apparitione illius facula, quam defantur. D. Cassini super Veneris Disco observavit an. 1666, ut qua deinde nunquam amplius apparuit? Non solum ergo in aliis Universitatibus, quæ teste D. Eustachio Manfredio non protulerunt nisi aliquas suspiciones (^c), & conjecturas cum D. Cassino, sed etiam in ipsâ Reg. Sc. Acad. Paris. quæ (^d) Gallicorum ingeniorum præfer- tia Italorum laudem sociarunt, non sine fundamento dubitatum est, an phænomenum luminosum an. 1666 fuerit vera macula in superficie Veneris, an potius ap- parentia Meteorologica Luminis Zodiacalis. Quid plu- ra? Quando idem ipse (^e) Astronomia astatis nostra fa- cile

(a) Jo. Dom. Cassin. loc. cit. Confer Transactiones Ac. Londin. 1734.

(b) D. Murex L. cit. pag. 376. e- dit. Batav. = Enfin n' entrevoit il rien de semblable dans l'apparition de cette facule, que feu M. Cassini apparut sur le Disque de Venus en 1666, & qu'on n'y a plus retrouvée depuis?

(c) D. Eustachius Manfr. in Epistola ad nos data 27 Martii 1727 =

Non avendo questi (Astronomi dell' Accademie di Parigi, e d'Inghil- terra, &c.) dato altro, che qual- che sospetto, che Venere abbia quel- che macchia . . . più tosto per con- getture, che per certezza.

(d) Blanebin. Hesper. Phænom. c. 4. pag. 54.

(e) Ita appellatur Cl. D. Jac. Cas- sini ab Eustachio Manfredi. La de Gnomone Bonon.

et Princeps Rationum Magister, Magni Caffini Filius non degener, & in Paris. Speculâ Successor nobis tandem consentiens ait: quod si vera foret Vene-
 sis revolutio Blanchinianâ^(a) oportere derelinquere Pa-
 rentis observationes, tanquam apparentiam meram . . .
 inservim expectando, donec habeantur Observationes ma-
 gis decisiva, seu certiores, &c. En manifestus in ipsâ
 nostrâ cunctatione, & conditionali propositione^(b) con-
 sensus post appasentem dissensum. Non ergo verten-
 dum vitio, cum ipso D. Jacobo Caffino dubitare de-
 uinità (nam de effectu, & phænomenis nunquam du-
 bitavimus) quandiu optata illius evidentia non adest.
 Postremò sicut Amor Veritatis cogit ostendere cun-
 dationem nostram solidioribus nisi fundamentis, quâm
 primo fortasse aspectu alicui appareret, nec esse fini-
 tè accipienda quæ offeruntur dexterâ, convertendo in
 objections quæ aliis^(c) cogitata, doctè admodum deducita
 judicantur, nihilque imminutam erga Caffin. Seniorem,
 non minus rerum inventione quâm eruditione, perspi-
 cuâque docendi methodo Clarissimum, debitam estimâ-
 tionem (ut mirum sit optimum Philopatorem de hac
 timere posuisse, ubi memorata conditionalis non mi-
 nori cum circumspectione quâm ab ipso filio profere-
 batur, ut neper ostensum est), ita Charitas, & Amor
 communis boni, quod ex mutuâ concordia oriri pa-
 test, suadet, ut studiorum nostrorum sectaroribus vel-
 uti lampada inextinctam tradam venerationem erga^(d)
 novum Sofigenem Jo. Dom. Caffinum, tamque Regiam
 Scientiarum Acad. Parisensem, non solum de Astrone-
 mia

(a) Jac. Caffini Element. Astronom. L. VII, c. 1. — Si on soutient qu'elle ne s'acheve qu'en 24 Jours, come là pretendu M. Bianchini, il faut intierement rejeter celles de Mon Pere, comme n'étant qu'une apparence trompeuse.

(b) Nostra illis verbis concepta; Si propter infinitas rationes, idem coniugere licet, dico. Caffinum Se-

norem a fallacia immunem probavimus: Gallicum Rilii verbum apparence trompeuse vertimus apparentiam meram, majori cautio- ne, & respectu, &c.

(c) Blanchini Hesper. Phænom. c. V, pag. 59.

(d) V. Ponsenelle à secretis Acad. in collegio Jo. Dom. Caffini.

mia cæterisque naturalibus facultatibus, sed etiam de
 Evangelii Præconibus ex nostra Soc. missis in Indias,
 Siamum, & (a) Imperium Sinarum optimè meritum,
 cuius commentaria non desinam commendare. Neque
 erit qui non agnoscat, si attendere placuerit, non tan-
 tū in præmissâ Physica Cœlesti, sed etiam in Logicâ
 concordiam nostram cum incomparabili Cassino Se-
 niore docente (b), quamcumque pulchritudinem babere
 possit una hypothesis, non oportet statim alias velut inn-
 tiles excludere, si capaces sint easdem apparentias re-
 presentandi. Tuitius est plures proponere, ut simul
 comparata cognoscendam præbeant excellenciam illius,
 qua aliis preferri meretur: & quemadmodum explo-
 ratum non est unam hypothesim, qua perattis obser-
 vationibus congruit, conformem fore etiam observationi-
 nibus peragendis; non erit inutile plures ante oculos
 babere, ut ad iteratas observations explorentur. . .
 En exemplo inter viventes non aded frequenti, atque
 in re ab aliis non pertractatâ veterem, ac familiarem
 nobis parœmiam comprobatam: *Musican docet Amor.*
 Ne verò quispiam hoc ipso exemplo abutatur, adver-
 tat superiorem concordiz demonstrationem negare non
 licuisse Paterni nominis, virtutis, ac dignitatis haeredi
 non minus ex veritatis, quām ex parentis amore, aperto
 placidoque vultu loquenti, non per contumelias, aut
 convulsas calumnias, aliasve impotentis animi irru-
 ptiones, quae vel solo silentio contemni merentur,
 ubi illud non est contrariae falsitatis approbatio, sed
 non profuturae curationis derelictio.

C A P.

(a) V. presertim commentaria R. S. | (b) Jo. Dom. Caffini de la Lumiere
Ac. anno 1693. | Celeste §. XV.

CAPUT VIII.

www.libtool.com.cn

De reliquis Stellarum occultationibus obseruandis.

§. XXIV. An, & ubi tres Planetæ superiores obseruari possint in Sole. Nullus primarius cadit in umbram alterius. MARS obiectus a Venere, & a Luna.

Res Planetæ superiores nequeunt ex Terris observari in Sole (posset in Sole observari Mars ex Jove, & Mars, & Jupiter ex Saturno) quia perigei sunt in illius oppositione apogei, altiores Sole. Mars potest obtengere Fixas, Saturnum, & Jovem, vicissim potest Eclipsim pati a Mercurio, Venere, & a Luminaribus. Venus texit Martem an. 1590 spectante Maestino 3 Octobris (13 stylo novo hor. 5 mat. ^(a)). Quid simile visum antiquitus teste Proclo ^(b), quae fuit mera occultatio, cum nullus primarius Planeta cadere possit in umbram alterius primarii, ut facile est demonstrare ex datis semidiametris apparentibus illorum, & proportione semidiametrorum, quas habet Orbita uniuscujusque; nam Luna consideratur ut Satelles Telluris.

Lunam Dichotomam ex obscura sui parte opticè subingredi Stellam Martis, ac deinde prodire ex parte illuminata, se vidisse restatur ^(c). Aristoteles (id contigit, Kepleri judice ^(d)), an. ante aeram 357, d. 4 April. sub vesperam addens: Similiter autem, & de aliis dicunt Astris, qui dudum obseruaverunt a plurimis annis

Y

nisi

(a) Keplerus in Opticis p. 304.

(b) V. Ricciol. Almag. L. V, c. 1 in Schol.

(c) Aristoteles II de Cœlo, cap. 12, text. 60.

(d) Kepler. de Stella Martis c. 69:

Aristoteles autem natus est ann. primo Olympiadis 99, id est 384, s. a. a., ergo nativis an. 27, & non 28.

370 Scient. Ecl. Pars IV, Ord. Doctr'
nis Ægyptii, & Babylonii, a quibus multam fidem ba-
temus de unoquoque Astrorum.

An. Domini 1632, d. 5 Februarii Martem a Lu-
na occultatum vidit Madriti Michael Florentius Laz-
grenas; post minuta horaria 57¹/₂ emergere ex limbo
Occidentali culminante gradu Äquatoris 193°, 35' (en
modus notandi tempus in defectu Horologii): eandem
occultationem observarunt Gassendus Parisius (4); Hor-
stius Leydae, idest Lugduni Batav. &c.

An. 1642, d. 15 Augusti. Luna pariter occulta-
vit Martem, vidente Bruxellis Langreno, dum Meridia-
num attingeret æquatoris gr. 300°, 33'. Emerit dum
culminaret Äquatoris gradus 308°, 34', 11".

An. 1676, d. 31 Augusti: Luna ex parte sui clara
occultavit Martem Oxonii h. 12°, 10', 42", emer-
it hor. 13°, 10', 41" (5).

An. 1707, die 10 Martii (Maffiz, ut reor) P.
Laval S. J. obfecurum Lunæ limbum Mars apparuit
attingere hor. 4, 32', 7", ex integro immersus hor.
4, 32', 17". Emerito visa Monte Pessulano ex Limbo
Lunæ illuminato hor. 4, 38', 36", tota duratio 33',
8", in distantia 6' a cornu Lunæ meridionali, ut refer-
etur in Commentariis R. Sc. Ac. Paris. filius anni. Vi-
de Fig. MM TAB. IV superadjectam.

An. 1723, die 5 Civili Januarii circa hor. 7, 8
post medianam noctem, Mars immersus fuerat ultra lim-
bum Lunæ, observante Romæ Ill. Blancbino, nisi forte
obstabant lux Aurora quominus videretur.

An. 1726. Calculus promittebat similem immer-
sionem 18 Januar., 4 Februarii, & 1 Augusti, ex
quibus primam vide in Commentar. R. Sc. Ac. Paris.
Eiusdem anni p. 358. Quandiu occultentur inconstan-
tes Martis maculæ, facile est inferre ex ejus vertigi-
ne, quæ inventa est horarum 24, & 38', vel 40': un-
de

(4) Vide Ricciol. Altron. Ref. Lib. VIII, cap. 7. & Mem. R. Sc. Ac. Paris. 1711.

(5) V. Journal de Scavans an. 1677,

de aliqua macula potest per Aëstatem in singulis noctibus latere in Hemisphærio superiori ultra unum mensem.

www.libtool.com.cn

S. XXV. Occultationes JOVIS: ejus Satellitum Eclipses, & phænomena quomodo observentur, ac prædicentur.

An. Dom. 498, 1 Maji mane circa horam nonam Jupiter a Marte obtegi visus est, quasi ob radios adventitios nihil distarent^(a).

An. 847, Jupiter a Lùna occultatus Mense Januarij, inspectante quodam Monacho, de quo Keplerius in Astron. Opticâ.

An. 1591, die 9 Januarii styl. vet. (19 Greg.) Jovem a Marte obiectum, ut igneus, ac rubens ipsius color arguebat; Viderunt Michael Maestlinus Tubingz, & Keplerius^(b).

An. 1646, die 24 Decembris Jupiter emersit ex Luna hor. 8, 39' $\frac{1}{2}$ Dantisci, observante Hervelio, ut ipse refert pag. 477 Selenographiz.

An. 1647, 20 Januarii Parisius spectans Gaffendo Jupiter hor. 14, 17 attigit Lunæ marginem: post semiminiutum totum texit. Jupiter emersit ex limbo Lunæ Occidentali hor. 15, 0', 30'^(c). Eodem anno ibidem 12 April. hor. 10, 4' dimidium præcisè Jovialis Disci defecit ex parte limbi Lunæ illustrati. Inde minuti cœpit jucundum spectaculum usque ad hor. 10, m. 9 $\frac{1}{2}$, quando Jupiter emersit totus^(d): Majoricæ fuit occultatio totalis ex observatione D. Vincentii Massi (alibi nulla propter diversitatem Lunaris parallaxis) Immersionem vidi hor. 9, 56': Emerzionem hor. 10, 48'^(e).

Y 2

An-

- | | |
|---|---|
| (a) V. Ricciol. Astron. Ref. L. IV, cap. 9. | (d) Vide Ricciol. Astron. Reform. L. VI. c. 6. |
| (b) Keplerius Astronomia Optica pag. 305. | (e) Vide Ricciol. L. III. Astronom. Reform. c. 5. |
| (c) Gaffendus, in Epitome pag. 910. | |

Anno 1679, die 5 Junii; vide Commentaria R. Sc. Acad. 1680, pag. 193.

An. 1686, die 19 Aprilis: In Commentariis ejusdem Acad. Paris. 1711, pag. 24.

An. 1704, die 27 Julii Parisiis spectantibus Clar. VV. *Cassino Seniore*, & *Jacobo Philippo Maraldi* (vide Commentaria ejusdem anni pag. 316) h. 1, 22', 51", limbus occidentalis Jovis cœpit tangere clarum, & Orientalem Lunæ limbum telescopio 8 pedum hor. 1, 22', 57", telescopio 18 pedum. Totaliter immersus hor. 1, 24', 20", emersio ex Occidentali, & obscuro Lunæ limbo jam cœperat hor. 2, 6, 43" post merid. ergo hæc observatio facta est interdiu.

Eadem Conjunction observata Bononiz a *Manfredio* hor. 2, 6, 18' primus contactus ibidem a *Stancario* hor. 2, 6, 27". Totalis immersio a *Manfredio* hor. 2, 7, 48", a *Stancario* hor. 2, 7, 39". Jam emerserat h. 2, 51, 32" *Manfredio*; 2, 51, 38" *Stancario*.

An. 1715, die 24 Julii cœpit hor. 1, 57', 16" p. m. n. Primus Lunæ limbus ad Lunam: hæc texit Jovem totum paulò supra Galilzum hor. 1, 58', 26" post medium noctem, inter diem 24, & 25, emerso cœpit hor. 2, 56', 56". Corrigenda propterea editio Veronensis Observationum *Blanchini*, quæ notat eandem horam post meridiem. Vide Fig. RR insertam TAB. X.

An. 1716, die 4 Januarii nocte sequente (V. Observat. *Blanchini*) hor. 11, 20', 21". Jupiter ad limbum Lunæ hor. 11, 21', 45", totus tektus cœpit emergeret hor. 0, 28', 14": totus emerserat hor. 0, 29', 45". Centrum Jovis, & Lunæ descripsere eundem parallelum. Hæc autem, ut & præcedens conjunctione fuit circa nodum Lunæ descendenterem, sed prior biduo post ultimam Lunæ dichotomiam: posterior biduo post priorem dichotomiam, seu quadratum aspectum cum Sole: inter utramque intermedia fuit Jovis retrogradatio.

tio. Mitto plura alia similia phænomena in Jove non infrequentia. Si quis velit durationem occultationis Macularum Jovis, cùm ejus revolutio circa proprium axem aliquando ^{libet}~~libet~~ horum, 56°, aliquando 9, 50°, paucò majus dimidium ikius temporis tribuendum tempori, quo eadem pars est in Hemisphærio superiori nobis non exposito.

Verū inter ea, quæ ex doctrinā primæ partis intelligenda, & exponenda nobis relicta sunt, non infimum locum obtinent *Eclipses Satellitum Jovis*, quorum usus permagnus in inveniendā longitudine Geographicā. Postquam detecti fuerunt a Galileo in Italiam ^(a), & Simone Mario in Germaniam circa ann. 1610, Illustris. Jo. Dominicus Cassini an. 1668 edidit Bononiz Ephemeridas configurationum, congressiōnum, & Eclipſium quatuor Jovis Satellitum, unde cum suis Tabulis, quas deinde correxit, & atrox in Galilia an. 1693. Idem an. 1663, die 2 Septembris, cùm Etruriam peragrans esset in Civitate Plebis ^(b) distinxit duplex genus Eclipſium Jovialium Comitum, aliud circa superiorem sui conjunctionem cum Jove, dum ab Occidente incidente in ejus umbram, vel dum ab ejus corpore occultantur (gyrant ab Occaso in Orientum ex parte superiori, ab Oriente in Occasum ex parte inferiori) aliud circa inferiorem sui conjunctionem cum Jove, quando apparent ejus discum ab Orientali Limbo subingredi, atque in illum umbram suam projicere ^(c), semper tamen in partem Soli aversam. Taliū Eclipſium phænomena sunt hæc. I. Quando Jupiter post suam cum Sole coniunctione est ad Occasum Solis, umbræ Satellitum projiciuntur in Occasum, adēque tunc præcedunt suum Satellitem. 2. Viceversa, quando Jupiter post suam cum Sole oppositionem est ad Orientum Solis, umbræ quoque Satellitum projiciuntur.

(a) Vide Wolfum Element. Astro- Sc. Acad. 1714, pag. 37.
nom. num. 486.

(b) Moraldi in Commentariis Reg.

{ (c) Umbra Quarti effugie Jovem
per sex annos.

ciuntur in Ottum, adedque sequuntur suum Satellitem, & in Disco Jovis apparent instar maculæ nigrae: ex motu autem ferè æquabili, præsertim circa margines distinguuntur a maculis Jovis, quæ circa margines opticè attenuantur. 3. Dum Satellites immarginantur in umbram Jovis non apparent mutare phases propriei nimiam distantiam; sed solùm minuere lumen, & splendorem. 4. Aliquando tamen sine Eclipsi crediti sunt minuere apparentem magnitudinem fortè ob copiam macularum, quæ illos magna ex parte obfuscaret; unde etiam redditur causa, cur umbra in Jovis Discum projecta, subinde appareat major toto corpore Satellitis, quod & ab obliquâ projectione ori potest. 5. Unus Satelles aliquando, sed raro, observatus est obscurare alium Satellitem (a); & hoc est tertium genus Eclipsum, quod patiuntur. 6. Egressus primi Satellitis ex Umbra Jovis aliquando fuit tardior 14, dum Jupiter esset Apogeus propè conjunctiōnem cum Sole: unde orta controversia de propagatio-
ne lacis in tempore; sed hæc nondum evincitur, quamdiu non probatur phænomenon illud Anomaliz in Orbitâ Jovi vicissim, aut alteri causa tribui non posse; atque, ut tribueretur communis esse deberet in-
stantia distantia tribus aliis Satellitibus, quod ceaserus se pugnare observationibus. 7. Primi, & secundi, hoc
est duorum interiorum immersiones apparent a con-
junctione (nempe postquam Jupiter a radiis Solis e-
mergit) ad oppositionem: emersiones ab oppositione,
ad conjunctionem. 8. Aliquando etiam circa quadrato-
as aspectus visæ sunt tanta immersiones, quæ emer-
siones tertii, & quarti Satellitis: rarissimè secundi,
nonquam vero primi. 9. Quarti Satellitis immersiones
similiter, & emersiones videntur ultra 24 grad. distan-
tia Jovis a Sole. Idem circa nodos (Nodi Satellitum)
ab incunte hoc saculo sunt in Aquarii, & Leonis gr.

14.

(a) John. Dom. Caffin. Les hyg. & les Tables de Satellit. Paris. 1693,
p. 37, n. IV.

24, 30. Inclinatio Orbitæ gr. 20, 55' esto secundi, & tertii videatur aliquantò major, & cum aliquà inqualitate) patitur ~~Eclipsim~~ totalem: partialem, quando semidiameter umbræ Jovis est ferè equalis latitudini Satellitis, visæ ex Jove gr. 20, 25' circiter; nullam quando est in distantia gr. 52 a Nodis, quia tunc effugit umbram Jovis. 10. Tempus ingressione diametri in Discum Jovis (hoc præsertim in quarto sape est inæquale tempori egressionis propter obliquitatem). 11. Motum centri Satellitum in Disco Jovis, & durationem singulorum in umbra Jovis in principiis Cassianis (si placeat iteratis observationibus confirmare, aut conferre cum numeris Newtonianis, Flamstedianis.) Vide in Tab. Numericâ XVI.

Modus observandi praedictas Eclipses non est diversus ab aliis. Telescopium directum non debet esse minus 5 pedibus, alioquin aegrè discernerentur (dixi directam propter Newtonianum reflexum, quod in minori longitudine aequivalet majori) unde præstat adhibere longiora, quae tamen serius ostendunt immersiones, citius emersiones, quando angulus distancie respectu telescopii minoris est insensibilis. Sic Satelles, qui sereno Cœlo evanuerat telescopio 15 pedum, videri pergebat per alia octo minuta secunda separatus a Jove telescopio 23 pedum; quasi excessui singulorum pedum correspondenter zotidem minuta secunda temporis. In Commentariis R. S. Ac. Paris. an. 1729. D. J. Cassini telescopio 16 pedum vidit citius emersionem 30" temporis, quam per telescopium 10 pedum, quasi excessui singulorum pedum responderent 5". Paulò ante notatum excessui 10 pedum correspondere excessum 6": sed neque hanc medium proportionem ubique servatam vidimus in Observatiōnibus, nec est verosimilis in longissimis telescopiis 100 pedum, &c. *Duxplex methodus* calculandi Satellitum Jovialium Eclipses traditur ab utroque Cassino in præceptis, & usu suarum Tabularum, altera quidem iuxta

ta morem usitatum in aliis planetis per signa, & gradus, subtracto vero loco Jovis viso ex Sole pro primâ aequatione, & viso ex Tellure pro secunda aequatione; tum habita distantia Satellitis a conjunctione superiore in arcu convertitur in minuta horaria: quod tempus subtrahendum, quando haec distantia est in primis sex signis, addendum quando est in sex posterioribus. Si locus nodi satellitum Sign. X, gr. 14, min. 30' subtrahatur ex loco Jovis viso ex Tellure, habebitur distantia Jovis a Nodo Satellitum. Si idem locus Nodi subtrahatur a vero loco Jovis viso ex Sole, qui est idem ac Satellitum tempore superioris Conjunctionis, habebitur distantia Satellitis a Nodo. Pro conjunctione inferiore additur, vel subtrahitur semirevolutio, seu dimidium temporis periodici cuiusque Satellitis (vide Tabulam praedictam) & sic medio tempori incidentiae in umbram correspondet tempus incidentiz in Discum: Tempori emersionis ex umbrâ correspondet tempus egressionis ex Disco Jovis quamproximè, quz duratio erit exactior, si habeatur ratio zquationis temporis. Cum his elementis licet adire Tabulas prioris methodi. Altera methodus ex inventione Cazzini Senioris per Tabulas peculiares cum duplii numerorum serie, quarum prima continet numerum revolutionum, quas Satelles absolvit dum Jupiter conficit Zodiacum, v. gr. primus Satelles 241 revolutiones: secunda continet numerum revolutionum, quas Satelles absolvit ab unâ ad alteram oppositionem Jovis cum Sole, v. gr. in primo Satellite 225, 4. Hunc canonem Cl. Jac. Cazzinus Filius extendit ad tres reliquos Satellites, divisâ cuiusque Orbitâ, sive integrâ revolutione 360 grad. in sua minuta 21600, ut humerus I representet minuta distantiae Satellitis a Perihelio Jovis: numerus II minuta distantiae Satellitis ab oppositione Jovis cum Sole. In ultimâ columnâ additur summa revolutionum per singulos annos integri saeculi collecta, v. gr. 207 in fine primi anni respectu primi Sætelli-

tellitis. Hic quoque adjicitur duplex Aequatio, ut monent tituli sequentium Tabularum, quibus a suis Autoribus praemittitur usus perspicue traditus, ut non sit opus ulterius ~~ad libitum deponere~~ explanare.

S. XXVI. SATURNI occultationes; ejusdem Satellitum Eclipses variae. Quandonam Annulus videri desinat in Terris. Arcus visionis Stellarum, & occultatio per combustionem.

SATURNUS occultari potest a caeteris omnibus Planetis. An. 1563, die 24 Augusti hor. 14, 30' Aurange, Junctinus vidit Saturnum Australiorem in gr. 28 Canceris quasi cooperiri a Jove, ut ipse narrat in Praefatione ad suas Tabulas. Idem ibidem refert, Julianum Ristorium de Prato Carmelitam S. T. D., & ipsius Junctini praceptorum an. 1536, die 19 Martii circa secundam noctis horam vidisse Saturnum propemodum tectum a Marte. De Sole nulla habetur ratio, cum suis radiis obruat Saturnum, etiam quando habeat latitudinem longè majorem semidiametro Solari: licet enim arcus visionis, seu distantia a Sole, in qua videri possit variis in locis, & respectu diversorum oculorum sit varius; tamen pro quarto climate a Ptolemaeo Lib. VIII Synt. c. 6 determinatur in Fixis primis Magnitudinis gr. 12, in Saturno 11, in Jove 10, in Marte 11, 30', in Venere 5, in Mercurio 10; alioquin vel planeta diceretur *Combustus* sub Solis radiis, vel in corde Solis cum illo conjunctus in minori semidiametrorum utriusque distantia.

In coniunctione cum Lunâ visa est non semel Saturni occultatio. Athenis am. Aerz Diocletiani 219, die 17 Mechir, hor. 4 ferè (hoc est interprete Bullialdo ^(a) anno Christi 503, die 21 Februarii hor. 11, 14' post mer. Saturno existente in Canceris gr. 6, 41', 28'': Latit. Lunæ visa Austral. 19', 27') Saturnus vi-

Z

sus

(a) *Bullialdus Astron. Philol. L. VI, c. 5, ex M. Scr. Biblioth. Parisien. num. 114.*

sus est abscondi ultra Lunam: emergere post horam cum $\frac{1}{4}$, ut per centrum Lunæ transierit hor. ferè 5. An. 1482, die 12 Jan. occultatus fuit a Luna, teste Waltero^(a). An. 1722, die 10 Februarii, hor. 14, 55' prædicens batur ortus Saturni a Lunâ occultati, ejusque emersio hor. 15, 47' ad merid. Bonon. in Ephemer. D. Manfredi. Occultationem an. 1678, d. 27 Febr. Vide in Fig. NN, TAB. IV.

Saturni annulus multiplici modo Terrigenarum aspectui subtrahitur. I. Quando obvertit nobis planum non illuminatum, ut sub finem Masi 1672. Superficies illuminata est Australis, quando tendit a gr. 19, 45' Piscium, ad grad. 19, 45' Virginis. Viceversa, Borealis, quando a prædicto gradu Virginis tendit ad Piscium grad. 20. II. Quando Sol est in piano producto ejusdem annuli, qui censetur parallelus Äquatori Saturni, ubi si constitueretur oculus in Äquinoto illius planetæ haberet Eclipsem Solarem integrum mense diurniore, impediente Solis aspectum annuli crassitie, quam Hagenius extendit ad sexcenta milia Germanica. Observationes docuerunt sufficere elevationem Solis gr. $1\frac{1}{2}$ supra planum annuli, ut hic videri possit ex Terris. Extra Äquatorem oculus pareretur tenebras in meridie, ubi projectur umbra annuli. III. Hæc crux non videtur ex Terris propter nimiam distantiam, quando oculus noster est in ejus piano producto. Sic an. 1714 ineunte Octobri ansæ cœperunt attenuari: die 12 remanserat sola ansa Occidentalis; deinde etiam hæc evanuit, quando die 14 Saturnus rotundus apparuit. Locus Saturni Geocentricus erat in $19^{\circ} 17'$ Virginis. Locus heliocentricus in $16^{\circ} 11'$ Virginis. Distabat ergo a Nodis annuli, sive ab intersectione annuli cum suâ Orbitâ quatuor ferè gradibus; ergo annulus videri desit non ex defectu luminis Solaris, sed quod oculus noster esset ex directo

(a) Apud Keplerum Astr. Opt. pag. 409.

sto annuli in transitu ab uno piano ad aliud. In me-
dio tamen Disco tunc apparebat fascia nigra, quæ erat
annuli umbra. Quatuor priores Satellites videbantur
describere linéam rectam in Disco Saturni, quæ est
alia species Eclipsis. Hinc ex diversis causis, præser-
tim accedentes Saturni retrogradationes possunt eodem
anno Solari annuli ansæ bis, aut etiam ter evanescer-
e (a) propè suos nodos. Nodi annuli, ut & interios
rum quatuor Satellitum nunc censemur in grad. 22
Virginis, & Piscium; Nodus quinti in gr. 5 eorum-
dem Signorum. Planum Æquatoris Saturni ad planum
Orbitæ, inclinatur fere gr. 31: perihelium habet ini-
tio Canceris. Si distantia exterioris limbi annuli ad cen-
trum Saturni dividatur in novem partes, quatuor tri-
buendæ semidiametro Planetæ: $2\frac{1}{2}$ vacuo spatio, per
quod videntur Fixæ: reliquæ $2\frac{1}{2}$ piano annuli. IV.
Quoad eam partem, quæ absconditur ultra corpus pla-
netæ: quam occultationem aliqui extendunt ad 15 an-
nos; sed si annulus nihil aliud sit, quam minorum
Satellitum congeries, qui collato fulgore nitent, juxta
hypothesim Cassinianam, fiet successivè perpetua varia-
tio. Ansæ per septem annos attenuantur, per totidem
alios dilatantur juxta elevationem oculi supra planum
annuli: unde etiam oritur apparentia arcus elliptici,
quem deseribunt Satellites (extra nodos, in quibus
rectum habent iter) nunc in unam, nunc in alteram
partem incurvatos, juxta leges Opticæ.

Saturni Satellites sæpius vitant Eclipses, præsertim
per hyemem, & zstatem sui planetæ propter Solis obli-
quitatem; viceverâ, in Æquinoctiis subjacent obscu-
rationi. Transitus per Discum apparentem difficile ob-
servatur propter debile lumen: imò etiam immersio
in umbram ægrè discernitur, ut propterea omittam
æxterà persequi, quæ intelligi possunt ex dictis, ubi
de Jovis Satellitibus. IV Satelles 1711, die 12 Augu-

(a) V. Commentaria R. Sc. Acad. Paris. 1714, & 1715.

sti spectante *Blanchino* per horam, & amplius non apparuit Cœlo Serenissimo. Certior hujusmodi Eclipseis observata fuit a Cl. Jac. Cassino in quarto Satellite, die 25 Martii an. 1715, hor. 11. Quintus Satelles aliquando evanescere vifus in parte Orientali sua Orbitz, forte propter maculas in majori copia; quando id salvari non potest nec per Eclipseim, nec per apparentem diametrum in majori distantia imminutam, ac redditam insensibilem; Idem laudatus Author (4) offerit sequentes Mensuras.

Satellites.	Revolutio-				Diameter Orbitæ.
	dies)	hor.)	"	"	
I	1	21	18	27 .	1 $\frac{14}{15}$
II	2	27	44	22 .	2 $\frac{1}{2}$
III	4	12	25	12 .	3 $\frac{1}{2}$
IV	15	22	34	38 .	8
V	79	7	47	0 .	23

Inclinatio Orbitæ quatuor interiorum Satellitum ad Eclipticam grad 31. Sed quinti gr. 17, vel 18 ad Orbitam Saturni, quæ inclinatur ad Eclipticam gr. 2, 30°.

S. XXVII. COMETARUM Eclipses, ac transitus juxta Fixas. Modus observandi: Parallaxis Cassiniana: nova methodus inveniendi distansiam corporum Cœlestium. Ex motu Cometarum non fuisse demonstratum Telluris motum.

Comites, sive sunt corpora Mundo coeva, juxta sententiam Apollonii Myndii, & Pythagoreorum Italiz (5), sive mixta imperfecta ex heterogenearum particularum diversæ densitatis convolutione, sive ex effluviis Mundanorum corporum in Aethereis Regionibus

(4) Jacob. Cassini Element. Astron. lib. IX.
(5) Aristoteles. I Meteor. C. 7. Confer Platonem de Placitis 3. 2; Cœles Astronomia L. VIII.

bus genita, juxta opinionem Heracliti, Epigenis, Kepleri, &c., occultari possunt ab illo Planetâ, qui sit inferior in conjunctione. Sic Cometen a Jove tectum indicat Proclus^(a). An autem pati possint Eclipsem per veram luminis a Sole mutuati privationem, pendet ex aliâ quæstione, an omnes ignescant, saltem in accessu ad Solem, quandoquidem in viciniâ Solis non solent ostendere phases lunatas, Dichotomas, &c.: Ut Cometen anni 1744, etiam in inferiori conjunctione cum Sole videbamus toto disco fulgentem, quamvis non exactè terminato, & majori lumine versus Solem, quam in parte aversâ; At Veneris phasim simulabantur globuli, circa eundem planetam a Cassino Seniore conspecti? P. De Chales refert aliquos (cùm antea censerent Cometas esse ignem) viso cometa an. 1664, mutasse sententiam, ac fassos alieno lumine lucere instar Nubium, quz etiam secundùm profunditatem, radiis reflexis refractis, infraactis illustrantur: unde non est mirum, qud aliqui habuerint maximam phasim, cùm primò cœperunt videri; quod non evenit planetis, qui in accessu ad nos paulatim acquirunt apprens augmentum, in recessu paulatim minuunt. Cometen anni 1744 putant aliqui potuisse in parte a Sole aversa illuminari, non solum a vicino Phosphoro, sed etiam ab immensa barbâ, quz non erat fallacia oculari, cum ineunte Martio oriretur multò ante suum nucleus. Quidquid dicatur, Clar. Joæ. Dom. Cassius^(b) negat necessarium esse, ut omnes Cometæ sint totidem planetæ; unde vidimus Recentiores distingue re Cometoidas (Meteora Cœlestia, quz jam adversae partes admittunt) a Comêtis Mundo coxvis, quorum necessitatem alii non admittunt, quandiu eorum reditus non demonstretur: praedicta Meteora aliquando fuerunt infra Lunam, ut illud, quod per Aëratem.

an.

(a) Proclus laudatus a Tychone | (b) Cassius in Commentari. R. S. A.
Tom. I. p. 619. 1501. p. 50.

an. 1450 (^a) plenum Luna orbem subjens Eclipsum efficeret, tendens motu proprio ab occasu in ortum: alia supra Lunam, ut praedicta circa Venerem Meteora.
 www.lib.utexas.edu
 Blanchinus (^b) in Cometā an. 1702 invenit maximam parallaxim 16° , $21''$; unde saltem quatuor vicibus altior erat quam Luna. Cassinius Senior invenit diversorum Cometarum parallaxim $45''$, $40''$, $30''$. Non ergo omnes feruntur supra Jovem, aut supra Saturnum, quorum parallaxis non est sensibilis. Hinc Cometes anni 1535 effugit umbram Telluris, in quam incurvare debebat, nisi ultra umbrosum Terræ conum incessisset, ut notat Appianus in suo Astronomico. An non Cometes fuit ille, qui ad 8 dies in Sole visus memorabatur an. 807, & cum Mercurio a nonnullis confundebatur? Corpora ipsa, quæ cometæ nucleus compingunt aliquando visa sese invicem occultare; unde is, qui anno 1618, & 1619 apparuit, per telescopium visus est compungi ex pluribus Stellulis P. Jo. Baptiste Cysato: non tamen erant veræ stellæ, alioquin visae fuissent invicem accedere, ac deinde recedere. D. Jac. Phil. Maraldi per medios crines Cometæ an. 1723 testabatur se fixam vidisse (fixas per crines, vel basbam, vel caudam Cometæ videre est frequentissimum): Alii (^c) per medium nucleus, qui videbatur figuræ tricuspidis, quæ ex pluribus corporibus compingentur. Oculo nudo post 20 Octobris vix aequabat stellam secundæ magnitudinis, & lumine pallido in constellatione Capricorni; ab aliquibus initio non fuit creditus variis de causis; praesertim quia in Cœlo nullum apparebat phaenomenon aequale, ut ferebatur, argenteo philippeo, hoc est tribus digitis Eclipticis: quod monuisse ne pigeat, ut Astronomus, etiam in falso vulgi rumore latenter veritatem indagare assuefactus est. scat.

(a) V. Ricciol. Histor. Comet. p. 7.
 (c) Horatius Burgundius in Literis
 Alex Giorgio Recens. L. IV. E. 2. ad nos dicit.
 (b) Blanchin. Observatae pag. 26, c. 1.
 dit. Veron.

scat. Fixas Cometae occultant, & frequentius Opticè perstringunt. Sic an. 1684, die 5 Julii Romae hor. 6 $\frac{1}{2}$ Cometa, spectante *Blanchino* (a) transit per pun- ^{Vide TAB.} IV, 00 & & tum ab Arcturo versus Helicen distans non plus quam P. duobus minutis. Cometes anni 1744 die 19 Februa- rii ~~etiam~~ conjunctus erat cum *Markab* *Pegasi*, sed Australior ultra dimidium gradus (b). Die 28 Februa- rii tramite suo secturus erat Stellam γ in manu Aquarii, sed hanc conjunctionem propter Auroraë fulgo- rem videre non potui. Ex Methodo Equitis Is. New- toni deducta habes in Observationibus secundae Par- tis loca ejusdem Cometae in ellipsi valde excentrica, assumpta instar parabolæ, cujus focus in Sole, vertex in vertice ellipsis. Utilitatem observandi transitum co- metæ juxta aliquam Fixam nemo melius demonstravit Cl. *Cassini Senior* (c) qui docuit modum, quo assum- ptâ una Fixâ loco alterius Observatoris per compara- tionem cum illâ elici possit parallaxis corporis cœle- stis: si nimirum disposito in foco telescopii microme- tro cum filis se intersecantibus ad angulos rectos ita dirigatur, ut stella percurrat motu suo diurno unum ex his filis, quod repraesentat parallelum diurnum: sic enim aliud filum repraesentabit circulum horariorum, seu declinationis. Observetur ergo eadem die, vel nocte accessus Fixæ, & Cometae ad circulum hora- riū, v. gr. horæ sextæ: tum ad Meridianum, ubi cessat differentia Ascensionis Rectæ: deinde ad aliud circulum horariorum eadem nocte, v. gr. h. 17: subtra- cto motu proprio Cometae, differentia, quæ inter- venit inter accessum fixæ & cometæ, in minutis tem- poris redacta in minuta circuli, dabit parallaxim quac- sitam, quin turbet refractio communis utrique corpo- ri in eodem horario. D. *Eustachius Manfredi* (d) com- men-

(a) *Blanchinus* in Observationibus.

(b) Stellulam ab eodem Cometa oc- culatam vide in Observat. II

Part. cap. 6.

(c) *Io. Dom. Caffini* de Cometa an-1680; *Fac. Caffini Elementa A-**stron.* pag. 23; *Blanchin.* Obser-

vat. pag. 8.

(d) *Eustach. Manfredi* Lib. II, In-

troduc. Ephemerid. a. 26.

mendat instituere comparationem per horarios, & parallelos, potius quam per mutuam distantiam, centro utriusque per eumdem horarum transeunte. Est^(a), qui observat ingressum, & egressum, tam Fixae, quam Cometae, e campo telescopii, cuius quantitas aliunde nota: chordae, quas percurrunt ad sensum parallelae, secantur a circulis horariis ad angulos rectos, adeoque in partibus aequalibus monstrant tempus appulsus ad illum horarum, qui transit per centrum Campi. Chordarum longitudo dat tempus insumptum in percurrentis chordis; adeoque conversum in arcum dabit Ascensionem Rectam. Ex notâ autem diametro campi erunt chordarum distantiam, sive differentiam Declinationis. Nos ad Cometarum distantiam explorandam excogitavimus olim aliam methodum, comparando augmentum apparenſ alterius objecti, per Telescopium visi, cum apparenti augmento Cometae, per idem Telescopium inspecti, v. g. si cometes nudo oculo appareat aequalis diametro Veneris, & telescopio visus superaret diametrum Veneris telescopio visam, nonnè recte infertur esse Venere inferiorem? Augmentum enim apparentis diametri est in inversa ratione distantiae. Ex hac regulâ deducebamus Cometam anni 1737 exeunte Februario fuisse Terris vicinorem Hespero; viceversa, Cometam an. 1744 Mense Januario fuisse longe superiorem Sole; ineunte vero Martio habuisse distantiam ferè aequalem Phosphoro, qui post Dichotomiam circa medium Januarium perfectam, distabat a Terris, quantum ferè orbita Mercurii, ut 4 ad 10. Consensere subtiliores calculi juxta Theoriam Newtonianam, juxta quam praedicta distantia eruitur ut 22 ad 100. Focus nostri vitri objectivi palmorum Romanorum $23\frac{1}{2}$, sive unciarum 28 $\frac{1}{2}$, quae divisa per 5, quot sunt unciae vitri ocularis, dant juxta regulas Dioptricae apparenſ augmentum dia-

(a) P. Reg. Boſtevich S. J. Math. Prof. in Coll. Rom.

diametri objecti majus, quām oculo nudo vicibus 56²/₃ (si adhiceretur vitrum oculare unciarum 4, augeret diametrum visam plusquām vicibus 70) sed oculo, nisi habeat aliquem comparationis terminum, longē minus augmentum appareat; unde Venus prope perigeum, licet sit 1', 15", sive 75" circiter, non paucis conspecta per idem Telescopium videbatur & qualis Lunæ nudo oculo visæ; itaut cum augmentatione appareret, ac si foret 30 min. ferè; cornibus tamen gracilioribus, quām in prima Lunæ phasi. Subtractâ tertiatâ parte remanerent diametri 50" in mensurâ, & ex augmentatione apparenti quasi forent octo ferè digiti, sive 20': Ad hanc autem magnitudinem, (non enim hic consideramus luminis fulgorem, sed diametri apparentem longitudinem) Jupiter Perigeus, licet sit 50" circiter in suâ mensura, eodem telescopio inspectus nunquam pervenit, sed longē minor semper apparuit, quod experimentum potest quisque per se iterare. Quis enim non videat hinc recto ratiocinio calculi (quidquid sit de oculorum testimonio, alias fallaciz obnoxio, ac de regulis ceteroquin ad experientiam exigendis non viceversa) Jovem esse Venere longè superiorem? Nostra ergo methodus *explorandi* Corporum Cœlestium distantias, si rectè intelligatur, suum habet usum. Occasione Cometarum, qui frequentes apparuerunt annis superioribus, inquirere placuit, num ex eorum motu quidquam inferatur contra systema Telluris quiescentis; quemadmodum enim Orbitæ Satellitum Jovis transferuntur per Zodiacum, servando suum parallelismum, ut oculus noster extra illas longè positus nunc videat Satellites directos, nunc retrogrados; quando est in plano Orbitæ producto aspiciat lineam rectam describere; quando elevatur supra idem planum appareat curva elliptica pro ratione elevationis; ita in re præsenti, sive oculus sit, qui transferatur per Zodiacum, sive Orbita ipsa Cometæ, vel perpetua, vel temporanea (in Cœlo enim etiam tem-

Aa pora-

poranea meteora incedunt ad numerum) eadem vide-
ri debent phænomena. Quid si Orbitæ planum pro-
ductum ficeret angulum rectum cum æquatore, ne-
cessè esset in parte superiori Cometam ferri versus u-
num Mundi Polum, in parte inferiori versus alterum;
ac propterea ex motu cometarum, & via curvâ,
quam circa perihelium appareret describere, aut ex
variata tendentiâ versus alterum Mundi polum, fal-
sum est Telluris motum fuisse hæc tenus demonstratum.

§. XXVIII. FIXARUM occultationes factæ a Planetis, & motus proprius: Modus prædicendi ejusmodi Eclipses, earumque usus in Astronomia ad determinandos medios motus Cœlestes.

Fixæ quod sunt lucidiores, ed minori Telescopio
indigent, ut appareant circa illud tempus, quo oc-
cultantur a Lunâ. Caeteris præferendum Palilicium du-
ximus, sive Australem Oculum Tauri, alio nomine
Lucidam Hyadum (Arabibus ^(a) Aldebaran) quæ ad
an. 1760 ineuntem habebit in longitudine Gemin. gr.
6, 26, 47° cum latitudine Australi gr. 5, 29, 50°,
adèque in confinio, ut alicubi possit occultari, dum
alibi non occultatur. Ascensionem Rectam in partibus
circuli tunc numerabit gr. 65, 32°, 53°. Declina-
tionem Borealem gr. 6, 0°, 10°. Ann. 1497 Copernicus
(lib. IV, c. 17) vidit Bononiz Lunam applicatam
Palilio hor. 5 noct. die 7 Id. Mart. an. 1608, Febr.
22 (12 stylo veteri) post hor. 7 Goësz vidit Lau-
bergias (Clas. VII Observat.) eamdem Stellam a Luna
occultari. Similem Eclipsem an. 1634, 30 Decembr.
Vide apud Bullialdum L. V Astron. Philol. cap. 12.
An. 1644, Novembr. d. 15, hor. 3, 5° mat. coepit
immerito ejusdem Stellæ ultra Lunam, observante Ge-
dati

(a) Ita quidem apud Latinos Astro-
nomos; At in Tabulis Legg Bei-
gii edit. Oxon. 1675, p. 63, haec
Scilla Arabicè, seu Persicè dici-

tur Aïn al Taur, Oculus Tauri;
Aldebaran vero est nomen commu-
ne quinque Hyadibus.

dani Hevelio: emersit hor. 4, 10'. Aliam similem videt an. 1645, d. 8 Octobris; immersio cœpit hor. 1, 43' post med. noct., emersio h. 2, 48' post med. noct. Item^(a) post duas Nodorum Periodos an. 1681, d. 1 Jan. stylo novo, visum est Palilicum abscondi post Lunam hor. 7, 37', emergere hor. 8, 46' post mer. An. 1683, 9 Jan. ibidem ab eodem immersio Telescopio visa hor. 9, 48', 15", emersio hor. 11, 1', 30" circa finem alterius Periodi an. 1699, 19 Augusti hor. 1, 40', 53" mat. Aldebaran tangebat limbum Orientalem Lunæ, hor. 1, 41', 31" totaliter immergeatur, & in ingressu apparet nonnihil oblongari hor. 2, 19', 21": exit ex obscuro Lunæ limbo, adedque conjunctio hor. 2, 0', 26".^(b) An. 1701 Parisis spectante *De la Hire* Telesc. 18 ped. d. 26 Febr. Aldebaran ad obscurum Lunæ limbum hor. 6, 43', 53": occultatio integra hor. 6, 46', 18". Item alia eodem anno 1701, 27 Septembribus h. 6, 7 mat., spatio duorum secundorum ingressa exiit ex parte obscurata h. 6, 53', 18". An. 1717, 25 Septembr. h. 9, 11', 33' exiit ex limbo obscuro hor. 10, 3', 53" observante Parisis D. Jac. Phil. Maraldi in Commentar. illius an. An. 1718, d. 9 Febr. Romæ *Blanchinus* obtegi vidit hor. 7, 24', 8", emergere hor. 8, 27', 36". Similem occultationem notant Ephemerides eodem an. 15 Septembribus, 9 Novembr., 6 Decembris. An. 1719, quo complebatur alia Nodorum Periodus (Nodus Ascendens Lunaris obivit 6 gradum Virginis mense Septembribus 1644, Decembris 1681, Julio 1700, Martio 1719) quinquies redire ejusdem Stellæ Eclipsi d. 30 Jan., 22 April., 5 Septembr., 30 Octobr., 26 Novembr. ex quibus duz observatz fuere Parisis a D. *De la Isle* natu minor. mense April. h. 7, 44', 32", emersio h. 8, 34', 14", & d. 30 Octobr. h. 9, 1', 55", emers.

A a z h. 9,

(a) *Hevelius Selen.* p. 472. & Acta Erud. Lips. Tom. I, p. 191.

(b) V. *Commentaria Reg. Sc. Acad.*

1701, p. 60 ex *De la Hire*, & pag. 82 ex *Coffino*.

h. 9, 59¹ 29ⁱⁱ, telescopio 13 ped. An. 1720 ter, id est
20 Jan. h. 10, 21ⁱⁱ, d. 14 Martii, & 11 April. ubi-
que circa ventrem Draconis, sive circa III Sign. di-
www.ianitix.com/Nodis.

*Plejadas a Luna occultatas quinques notavit He-
velius* (^a); tres alias *Jo. Phil. Maraldi* an. 1708, 30
Octobr. h. 8, 44¹, 35ⁱⁱ post mer. 1709, 23 Septem-
bris h. 8, 49¹; item 14 Decembr. hor. 5, 37¹, 54ⁱⁱ.
Lucida Plejadum, seu Plejone mediocri Telescopio ap-
paret in tali coniunctione: aliz tunc indigent longiori.

Regulum, sive *Cor Leonis* obiectum a Lunâ ann.
1486, d. 21 Octobr. mane testatur *Walterus* in ob-
servat. eundem Basiliscum an. 1627, Jun. 17, h. 10,
30 post mer. a Luna absconditum vidit *Diniz Gaffen-
dus*, ut refert in Epicuro p. 901; & an. 1654, d. 1
Martii, h. 8, 6¹ $\frac{1}{2}$ Majoricæ D. *Vincentius Mutus*: e-
mergere h. 9, 7ⁱⁱ. Consensit Observatio Bononiz ha-
bita a *Ricciolio*, de qua ipsemet Astron. Ref. L. III,
p. 163. Aliam Reguli Eclipsum Lunâ interpositâ Leo-
dii observavit P. *Christopherus Maire S. J.* an. 1728,
d. 27 Jan. (in literis tunc ad nos datis) h. 16, 57ⁱⁱ,
emergere h. 17, 39ⁱⁱ. Distantia linez transitus a cen-
tro min. 15 versus Austrum. Spicam Virginis a Lu-
na obiectam vidit *Timocharis Alexandriæ* an: ante z-
ram 294, 8 Martii hor. 4 $\frac{1}{2}$ quali ante med. noct. se-
quentem (^b). Similem coniunctionem observavit idem
Auctor a. a. 283, nocte inter 8, & 9 Novembbris
h. 4, 7ⁱⁱ: Sed Ptolemæo h. 2, 30ⁱⁱ. Aliam Romæ vi-
dit *Menelaus An. Nabonas. 843* (Christi 98, d. 10
Jun. h. 5 in Virginis gr. 25, 45ⁱⁱ cum latit. Australi
gr. 2 tam Lunæ, quam Spicæ. Aliam notavit Abra-
ham Zaguthi an. 1474 Salmanticæ, de qua *Riccius*
L. de motu octavæ sphæræ c. 46. Aliam similem Ecli-
psim an. 1623, 5 Julii vidit Parisis *Bullialdus* (Astro-
nom.

(a) V. *La H're* in *Commentar. R. Sc. Ac. 1693*, p. 37; *Maraldi* in *Sc. Ac. 1710*, p. 292. (b) V. *Ptolem. Syntax. L. VII. c. 3;* *Ricciol. Astron. Ref. L. III. c. 1.*

nom. Philol. c. X) h. 9, 30' p. mer. cum spica es-
set in Libræ gradu 18, 35', cum latitud. Australi gr.
1, 59': Lunæ verus locus in Libræ gr. 18, 35', 10'',
vera Lunæ latit. 46', 10'', quamvis appareret Bore-
lior quam Spica 13'. An. 1709, d. 8 Martii hor. 16,
53' occultatam a Luna Spicam testatur Cl. Jac. Caff.
c. 12 de usu Tabularum; eadem Stella arctè conjun-
cta cum Hespero an. 1727, d. 27 Augusti; sed Ro-
mæ non potuit conjunctionem videre Ill. *Blancinus*,
qui in Literis ad nos datis d. 6 Septembris 1727, ait
se h. 7, 2' p. mer. Romæ observasse (hæc observatio
debet in editis ejus observationibus) differentiam Asc.
Rectæ inter Venerem præcedentem, & Spicam subse-
quentem 52'' temporis: Venus erat in Declinatione
Australior min. 1' $\frac{1}{2}$. *Antares*, sive cor Scorpis obdu-
ctum a Luna una hora ante istius occasum an. 1600,
die 17 Augusti vidi *Keplerus*. (Astron. Opticæ p. 217)
in finibus Styriæ in latitudine Geographicâ gr. 47, 24'.
Item anno 1637, 23 Septembris nocte sequente obte-
ctum a Luna, teste D. *Vincentio Reinerio* sub initium
Tabularum Medicearum. Iterum occultatum 1707, die
3 Septembris h. 7, 50', 44'', Parisis spectavit Cl. Jac.
Caffin. (in Actis R. S. A. Par. an. 1708 init.) emer-
gere h. 8, 38', 57''. Mitto paria phænomena minorum
Stellarum frequentissima.

Fixæ occultari possunt non tantum a Luna, sed
a singulis planetis. *VENERIS* radiis obrectam Stellam,
oppositam Prævindematrici in humero Virginis lini-
stro (puto Bajeri, cum Latit. Boreal. gr. 1, 25') vi-
dit *Timocharis Alexandriæ*^(a) Nabonass. an. 476 ab A-
lexandri morte 52; Philadelphi 13 $\frac{1}{2}$ Misoris die 17
sequente, 18 hor. 12, hoc est ante zram 272, d. 12
civili Octobris paulò antè Solis ortum. Regulum a
radiis Veneris perstrictum an. 1574, d. 16 Septem-
bris hor. 4 matut. observavit *Mestlinus* Tubingæ, &

an.

(a) *Ptolemeus Magn. Synt. Lib. X.* 4.

an. 1598, 25 Septembris hor. 3 matut. *Keplerus* (a). Arctam ejusdem conjunctionem d. 3 Julii 1724 descripsit R. P. *Nicetus Grammatici S. J.* in *Actis eruditiorum Lips.* ejusdem anni, inferens hor. 3, 44' contigisse.

MERCURIUS, & *Cor Leonis* mutuis sece radiis complecti an. 1656, d. 3 Septembris hor. 17 vix a *Gaffendo Diniæ*. (b)

Sol ferè quotidie sub aliquâ Stellâ incedit, sed non advertitur, quia multò ante conjunctionem eas suis radiis obfuscat. Reditus Solis ad eamdem Fixam constituit *annum Sidereum*, qui in arcu excedit annum Tropicum 51'' ferè, in tempore 20': & quia annus Julianus excedit Tropicum 11' ferè, brevior est Sidereo 9' circiter. Duxi circiter propter diversas sententias circa præcisam quantitatem.

MARS Borealem in fronte *Scorpii* obduxit anno ante zoram 272, 18 Jan. mane, ut *Ptolemaeus* refert *Syntax. L. X*, c. 9. An. Dom. 1634, d. 8 Junii nudo oculo extremam in alâ *Virginis* sinistrâ a Marte occultatam putavit *Gaffendus* in suo *Epicuro* p. 907, sed h. 12, 34' in conjunctione *Telescopio* observata distabat tribus diametris Martis. Hic obduxit medium in *Fusione Aquarii* d. prima Octobris 1679 vespere, circa hor. 7 (ex observatione D. *Jasen. Dom. Cassini*) hoc est *Bayeri* 4.

JUPITER cum *Asello Australi* conjunctus anno ante zoram 241, 4 Septembris mane, ut refert *Ptolemaeus Lib. II*, cap. 3 lib. cit. Similes conjunctiones cum *Præsepi*, seu cum nebulosâ *Cancri* usque ad annum 1717, 12 April. habes in *Commentariis R. S. Acad. Paris. 1718*, pag. 397, ex D. *Jo. Phil. Maraldi*, unde exactiores motus medios deduxit. Ex his una fuit an. 1692, 23 Maii, hor. 2, 58' (vide *Maraldi in memor. 1707*), & post 15 an., ac 11 dies minus hor.

(a) *Keplerus Astronomia Optica* | (b) *V. Riccioli. Astron. Ref. L. IX.*
pag. 305. | c. V, num. 13.

hor. 3 $\frac{1}{2}$ an. 1707, d. 2 Junii post hor. 10 vesp. Jupiter Australior min. 8, quam in præcedenti.

A SATURNO media in Australi cornu Tauri (erat ea Stella in ~~ver. libto 59 conser.~~) occultatam vidit Kirkiss anno 1679, 17 Januar. h. 5 mat. cum Saturnus esset prope Perigeum, telescopio 10 pedum (V. Maraldum in Commentariis R. Sc. Ac. 1704). Idem Kirkiss anno 1716, d. 17 Februarii hor. 17, 30' Gedani vidit conjunctionem Saturni cum 7 Virginis, a quâ distabat 13, 34" ad Austrum (ut refertur in Miscell. Berolin. continuat. 1, pag. 165) Nec longè distabat ab oppositione cum Sole, quæ contigit mense Martio: cum eadem Stellâ conjunctus esset Saturnus, cum esset prope oppositionem cum Sole an. 1679 ante zram, die prima Martii, eaque Australior duos ferè digitos, seu min. 5'; quam observationem, ut certissimam refert Ptolemaeus Magn. Syntax. Lib. XI, cap. 7 referens ad Ann. Nabonals. 519, d. 14 Mensis Tybi vespere. Sed de hac infra.

Comistarum Nucleus, vel Atmosphæra obtegit aliquando Inerrantes, quæ translucere solent per Comistarum crines, caudas, & barbas. Sic in Fig. LL Tab. III spectante Parisiis Phl. de la Hire Cometa an. 1678, die 4 Octobris perstrinxit & sive primam infusione Aquarii, ut refertur in Historiâ Cœlesti D. Monnier: & in Fig. PP Tab. IV; Cometa anni 1618, d. 22 Decembri nonne tendebat ad obtegendam Stellam, quam notavimus Signo & inter extremas in manu Bootis, & extremam caudæ Ursæ majoris? Pariter Stellulam sine nomine sub alâ Pegasî per nebulam cometæ an. 1744 Romæ observatam d. 26 Jan. circa hor. 8 post meridiem attulimus in Observat. II Partis c. 6.

Fixæ & Fixis occultari possunt; neque enim omnes sunt in eâdem distantia a Tellure, sed atiq; aliis remotores in Cœli profunditate. Hinc Cl. Jo. Dom. Caffen. (a) vidit

(a) Caffen in Commentar. R. Sc. Ac. 1708. p. 183.

Vide TAB.
III. Fig. LL.
& TAB. IV.
Fig. PP.

vidit aliquando in duas divisam primam Arietis, caput præcedens Geminorum; aliam in Virginis pectore, Bayero γ, sequentem ex tribus in fronte Scorpii, sive ~~www.HistoriaAstronomica.com~~ Telescopium sensibilem redderet earum intercapitatem, sive etiam, quod non constanter servent eamdem inter se distantiam. Fixæ occultatio aliquando potest contingere sine Eclipse, sive ex macularum copiâ, quam Terris obvertat, sive ex recessu per angulum in Terris insensibilem, juxta diversas hypotheses, ut dici solet de pluribus novis stellis; sic nova Stella in collo Ceti amat certam periodum suæ apparitionis, & occultationis, quam *Bullialdus* in monitis ad Astronomos definivit dierum 333; sed *Cassinius* Senior depræhendit eam anticipare singulis annis, dies 35, h. 6, adeoque periodum statuit dierum 330: Præterea non eamdem singulis annis obtinere magnitudinem, aliquando enim æquat stellam secundæ magnitudinis, aliquando in suâ maximâ phasæ non excedit stellam tertiaz Classis. Insuper aliquibus annis visam esse vix per tres menses, alio tempore ultra quatuor, &c.

Zodiaci Stellæ, intra quem clauditur apparetens planetarum via, occultari nobis posunt ab aliquo planeta, non tamen ab omni; nam Venus etiam in coniunctione cum Sole habet aliquando apparentem latitudinem Borealem gr. $7\frac{1}{2}$, & amplius. Viceversâ, Lunæ interpositionem effugiunt Stellæ, quae habent latitudinem gr. $6^{\circ}, 45', 4''$: Nam (omissa communi refractione) Lunæ Latitudo simplex gr. $5^{\circ} 1' 15''$
Secunda Latit. in distantia trium Signorum a Sole 16°
Parallaxis Horizontalis maxima $1^{\circ} 11'$
Semidiameter Horizontalis maxima $16^{\circ} 49'$

Summa	6	45	04
Parallaxis Horizontalis maxima	1	11	
Semidiameter Horizontalis maxima	16	49	

Clarissimus tamen Jac. *Cassinius* c. 12 usûs Tabularum, vult Stellas quae non excedunt $6^{\circ}, 36'$ posse alicubi Terrarum occultari a Lunâ; ubique Terrarum, quae

quae non excedunt 4, 32'. In parallelo Parisiensi Stellas, quarum latitudo Borealis excedit gr. 5, 20', & quarum latitudo Australis excedit 6, 36', non posse videri in Eclipsi: addit modum praedicendi per calculum diem, & horam *conjunctionis mediae*. Quod si differentia inter latitudinem Lunae, & latitudinem Stellae sit major gr. 1, 37' nulla erit Eclipsis in tali conjunctione; Si minor minutis 31', erit certa; si major minutis 51', minor gr. 1, 37', dubia. Ex differentia autem horariâ motus Lunae tum in longitudine, tum in latitudine, & notâ aliunde Stellae positione, inventur momentum verae conjunctionis.

In *Conjunctione vera* si differentia inter latitudinem Lunae, & Stellae excedit gr. 1, 19', nulla erit Eclipsis fixae: si minor grad. 1, 7' poterit alicubi Terrarum spectari Eclipsis: Si intermedia a grad. 1, 7', ad gr. 1, 19', erit dubia. Pro parallelo Parisiensi, si latitudo Borea excedit 3', latitudinem cogitominem Lunae, non erit Eclipsis: si minor, poterit esse, dummodo non excedat grad. 1, 19'. Ex adverso, si fixae latitudo Australis est minor, quam latitudo Lunae, aut major solum 10', non erit Eclipsis (propter parallaxim) sed quando est major 10' usque ad 1, 19', poterit esse Eclipsis. Postremò subdit modum construendi opticam constructionem talium Eclipserum Fixarum, ut factum est in Solaribus, sive respectu totius Disci, sive respectu paralleli dati; ubi notat, quod si differentia inter latitudinem Stellae, & latitudinem Lunae excedat 24' summam parallaxis Lunaris, & semidiametri Lunae, nulla erit Eclipsis, hoc est non erit nobis sensibilis: si minor, quam summa praedicta, erit alicubi Terrarum Eclipsis. Simile principium a P. Simonelli in Construct. Astron. Propos. XXX fuerat illustratum, ut superfluum sit annotare consecaria, quod appulsus Lunae ad Fixas incipit ab Occasu, sed ab orientali Lunae limbo; definit ab ortu, sed ab Occidentali Lunae limbo, citius videtur ab Occidentali-

Bb bus,

bus, tardius Orientalibus; non tamen pro differentiâ Meridianorum, sed pro varietate Lunaris parallaxis, inclinationis semitae apparentis, &c. Quod Borealibus tales *Eclipses* magis ad Boream, Australibus magis ad Austrum vergant, non tamen pro differentiâ latitudinis. Quod minima centrorum distantia non semper sit in momento conjunctionis. Quod planeta conjungi possit cum stellâ in longitudine, quin conjugatur cum illa in Ascensione Rectâ; ut si superveniente interiori Retrogradatione incipient invicem recedere. In Lunae conjunctione cum Fixâ D. *Eustachius Manfredi* (^a) (post *Bullialdum*) notare jubet Lunares maculas, quae sunt in eodem parallelo cum Stellâ, vel Lunae cornu, & maculam in eadem declinatione cum sidere: sic enim habebitur apparetis Fixae semita, & in quibus punctis Lunaris Disci occultatio, & emersio sit secutura.

Casterum praecipuus usus in Astronomicâ, quam habent Fixarum Eclipses, & arctae conjunctiones cum errantibus, est ad determinandum medium Planetaryrum motum proprium. Ne error obrepat in praxi, in prima nota esse debet Fixarum positio, earumque annuus motus secundum seriem Signorum, vel (quod eodem recidit) contra seriem Signorum apparetis aequinoctiorum praecessio. Fixarum positio habetur passim in Tabulis, praesertim *Riccioli*, *Hirai*, *Maraldi*, *Cassini*, & cum figuris in Uranometriâ Bayeri ad an. 1600; in Mappis P. *Gastonis Pardies* S. J. editis ann. 1673; pro Anno 1700, in Atlante Cœlesti *Flemstedi* edito Londini 1729; in Tabulis D. *Doppelmayr* ad an. 1740, licet antea fuerint impressae, &c. Copiosissimum Cœleste Planisphaerium cum Sinicis Characteribus nos accepimus ab Academia Pekinenâ, in quo multæ stellæ sunt notatae, quae in aliis desiderari solent (^b), v. gr. quinque in medio plaustro in Ursa Majori

(a) *Manfredi* *Introduct.* ad *Ephem.* Lib. II, num. 26. | (b) Vide Tab. IV. Fig. PP.

jori. *Annum Fixarum motus ex variis Observationibus varius prodit, sive ex defectu instrumentorum, sive ex neglecta refractione, vel alio elemento, unde nullum sufficiens fundamentum inaequalitatis in diversis saeculis.* Ptolemeus ^(a) expleto an. 136 (sive currente 137) invenit Stellam γ in Virgine, positam in $\frac{1}{2}$ gr. 13, 10¹. D. Maraldi in suo Catalogo an. 1699 completo constituit in Δ gr. 6, 0¹, 3². Differentia ergo est gr. 22, 50¹, 31², quae divisa per intermedios annos 1563, dant singulis annis 52¹, 35². Ricciolius ^(b) institutis 72 comparationibus variarum observationum, 13 invenit tribuentes annuo Fixarum motui arcum majorem 51²: reliquas minorem: unde elegit pro sua hypothesi 50¹, 40²; in qua hypothesi explerent unum gradum annis 71, diebus 19, hor. 12 ferè: Integrat circuli Eclipticae parallelī revolutionem annis 25579, itaut totidem anni siderei aequales essent annis Aequinoctialibus 25580. Cel. Jo. Dom. Cassini singulis annis tribuebat 51², adeoque uni gradui an. 70 $\frac{1}{2}$, integræ revolutio- ni 25200. D. Doppelmayr in suis Chartis Cœlestibus post Hevelium singulis annis tribuit 50¹, 52², toti pe- riodo 25478. D. Jac. Phil. Maraldi in suo Fixarum Catalogo assignat biennio 1¹, 43²; adeoque singulis an- nis 51¹, 30². Sed in decursu infertur tribuere 51², 22¹, 30². Novissimè Clar. Jac. Cassini, Elem. Astron. L. I, c. 4 ex recentioribus Observationibus invicem collatis, invenit motum Fixarum uno anno 50¹ absol- vere, unum gradum annis 70, sed fatetur in re tam subtili attendandam cum Observationibus antiquiori- bus comparationem, ex quibus pro motu annuo ali- quando resultant 52¹, 46², alias 50¹, 51²; eligit de- inde medium hypothesim 51¹, 31² (Mitto quod diur- na Fixarum Revolutio supra medium Solis motum est 3¹, 55², 53²) Ex hypothesi autem motus annui In- errantium peadet determinatio motus medii Planeta- rum,

B b 2

rum,

(a) Ptolemeus Magn. Syntax. L. XI, c. 7¹² (b) Ricciol. Astron. Ref. L. IV, c. 19.

rum, prout hic eruitur ex dupli occultatione, vel saltem coniunctione Planetae cum eadem Fixâ; itaut si motus annuus Fixarum ponatur major, major quoque sit motus annuus Planetae, & viceversa minor, si motus Fixarum fuerit minor. Propterea in reditu ad eamdem Fixam subtrahendus istius motus proprius, alioquin Planetae Revolutio periodica foret ultra expletum circulum in Zodiaco. Copernicanis ratio habendæ æquivalentis Æquinoctiorum præcessione, dum circulum expleri putant revolutione Planetae ad eamdem Fixam immobilem. Methodus solvendi Problema est, ex duabus apparentibus coniunctionibus Geocentricis, v. g. Saturni cum eadem Fixa (notâ aliunde ex RR Tabb. distantia relativâ Telluris, & Planetae a Sole, istiusque loco in Zodiaco, &c.) eruere duas coniunctiones Heliocentricas; nam si locus Saturni Heliocentricus a Fixae loco non differret, motus medius Planetae ex duabus ejusmodi coniunctionibus facilè inferretur, præsertim apud illos, qui Aphelium Saturni respectu Fixae quasi immotum concipiunt; in quâ sententiâ video esse Anglos cum nostro eximio Astronomo P. Maire: sic enim eadem foret aequatio centri, adeoque eadem Revolutio Planeta Siderea apparens, ac media. Quod si Aphelium ponatur moveri sensibiliter, habenda esset ratio etiam istius motus in aequatione. Repetamus par observationum. Prima sit anni ante Aeram 229, d. i Martii, quando Stella γ in constellatione Virginis visa est conjungi cum Saturno, quinque minutis Australiore, die prima Martii vesperæ [ponamus hor. 6 Alexandriae^(a), circa horam quartam Parisiis] teste Ptolemao L. XI., c. 7. Magn. Synt. qui cum anno Christi 137 invenisset eamdem Stellam in Signo Virginis gr. 13, 10' cum Lat. Bot. 2, 50', non bene intulit ante annos 356 fuisse in eiusdem Signi gr. 9, 30', ratus Fixas integrum secu-

(a) Alexandria h. 1, 51', 46"8, respectu Paris. in P. Tab. Cœleste.

culum insumere in confiendo uno gradu; melius ergo, & certius locus conjunctionis eretur ex Tabb. Recentiorum, qui optimis instrumentis non destituebantur. Dato ergo loco stellæ γ in asterismo Virginis ex Tab. Dom. Jac. Phil. Maraldi an. 1700 ineunte in Δ gr. 6, 0', 3", cum lat. Bor. g. 2, 49', 10", & annuo Fixarum motu 51', 30", sequitur, ut locus antiquæ illius conjunctionis fuerit in Sig. Virginis gr. 8, 25', 20", Sole juxta Cassini Tabb. in Piscium gr. 8, 30', 15" prope oppositionem. Secunda Observatio An. 1716, eadem Stella Februarii die 17, h. 17, 30'. Gedani a D. Kirkio ^(a) visa est conjungi cum Saturno, qui ab ea distabat ad Austrum 13', 34". Erat ergo in Δ gr. 6, 13' 42" Sole in Aquar. gr. 28, 42', 59". D. Gust. Manfredius sub initio Noviss. Ephemer. eandem conjunctionem intulit in Δ gr. 6, 16', 20" cum Lat. Bor. 2, 35', 36", forte quodd Planetam 2', 26" a conjunctione distantem observatam putaverit.

Jam verò sit in triangulo $T\odot\bar{h}$ datus angulus ad Vide TAB. Terram gr. 142, 26', 23". Latus $T\odot$ hoc est distan- ^{XVI Fig. 50.}
tia Telluris a Sole partium 9893, & latus $\bar{h}\odot$ distan-
tia curtata Saturni a Sole partium 95437

Igitur ut latus $\odot\bar{h}$ 95437	4. 94972
ad latus $T\odot$ 9893	3. 99533
Ita Sin. Ang. T. 37, 33', 21" (Compl. ad 180) 9. 78499	
ad Sin. Ang. \bar{h} . 3, 37, 21	8. 80060

Locus ergo Saturni Geocentricus excedit Heliocentricum gr. 3, 37', 21", adeoque idem Planeta deficiebat tunc a conjunctione cum Fixâ respectu Solis gr. 3, 34', 55", quem arcum in eâ parte Orbitæ suæ percurrit Saturnus diebus 107, hor. 15; sed quia Fixa interim progressa, addendæ tres horæ. Unde Saturni Conjunctio Heliocentrica cum eadem Fixa seriùs contingere debuit diebus 107, hor. 18 (quam conjunctio Geo-

(a) Kirkius in Miscell. Berolin. Con- | Num Gedanum Orien. Paris. bor.
cin. P. p. 165; tunc autem pt | 1. 4'. 44" in Tabb. Cassini.
cis. erat hor. 16 ÷ p. mer. ferè.

Geocentrica) adeoque cadere in diem quartam Junii (24 Maji stylo Juliano) hor. 10 post meridianum Paris. Simili ratiocinio invenietur in primo casu **Conjunctionem Heliocentricam** observatam sex horis; adeoque incidiisse in diem primam Martii circa meridiem Alexandrinę, sive duabus ferè horis ante merid. Paris. Hoc intervallum est annor. Jul. 1944, & dier. $84\frac{1}{2}$, sive dierum 710130 $\frac{1}{4}$ quod 66 Saturni revolutiones ad eamdem stellam complectitur. Hinc una ejusdem **Revolutio Siderea**, sive redditus ad eamdem Fixam completur an. 29, diebus 167, sive in totum diebus 10759, hor. 13, min. 16'; sed quia hæc excedit circulum totius arcu, quo interim fixa motu proprio progressa apparet 25°, 17'' (si annuus fixarum motus est 51°, 30'') quæ Saturnus percurrit diebus 12, & hor. 14; hinc istis subtractis a predicto numero, hæc **Revolutio Periodica** per Zodiacum ab initio V ad idem initium foret dierum 10746, hor. 23, 16', sive annor. 29, dierum 154 (ann. Agypt. commun. 29, dier. 161) hor. 23, 15'. Motus hæc annuus medius juxta predicta foret gr. 12, 13', 36'', 5''. Rudolphinæ & Cassinianæ Tabl. habent 12, 13', 36''. Ricciolii 12, 13', 34'' quia assumpsit motum Fixarum minorem. *De la Hire* in suis Tabl. signat annum ejusdem Planetæ motum medium gr. 12, 13', 29': forte quia deduxit ex Revolutione Periodicâ in apparenti reditu ad initium Zodiaci independenter ab hypothesi Copernicanâ: alioquin ex ejus Tabulis prodilisset mot. an. gr. 12, 13', 36'', 1''. Idem alia methodo confirmant D. Jacob. Cazzini Element. Astron. Lib. IV, c. 3, cui cum annus primus ante æram sit 0, numerat in primo casu annos ante Christum 228 (in summa tamen computat annum, qui præcedit æram, alioquin deficeret unitas) invenit juxta sua elementa oppositionem Saturni cum Sole die 2 Martii hor. 1 post merid. Paris. Locum Saturni in grad. 8, 23, Virginis, locum Solis in opposito gradu

du Piscium, cum addit comparationem cum alia oppositione Saturni cum Sole anno 1714, die 26 (15 in formâ Julianâ) Februari. hor. 8, 16', Saturno in Virginis gradu 7, 36, 46' cum latitudine Borea gr. 2, 3'. Differentia inter locum verum Saturni, respectu veteris observationis 26', 14''. Intervallum inter oppositionem an. 1714, & sequentis 1715 reperit dies 378, hor. 8, 40', quo tempore verus Saturni motus observatus est gr. 13, 6', 28'': si ergo fiat, ut 13, 6', 28'' differentia loci veri Saturni inter duas proximas oppositiones ad 28', 14'' (ita numerat) differentiam Loci veri Saturni inter duas remotas ann. 229 ante zram, & 1714 Christi; ita dies 378, hor. 8, 40', ad dies 13, h. 14 additos intervallo temporis annorum Julianorum 1943, invenientur 66 revolutiones complez, quibus singulis convenienter anni 29 communes, dies 154, hor. 23, min. 8', & motus medius annuus grad. 12, 13, 35'', 14''. Quamvis autem Aphelio hujus Planetæ tribuat pro motu anno 1', 18'', invenit in predictis circumstantias favorabiles, in quibus motus medius vix differebat a vero; adeoque motus Aphelii hic non attentus non potuit errorem notabilem causare. Propterea in tribus Planetis superioribus optimum est vel Eclipses, vel conjunctiones eum Fixis, vel oppositiones cum Sole eligere, quae coincident cum linea Apsidum, vel cum mediis distantias, ad vitandam in diverso gradu varietatem Anomaliz. In Mercurio, & Venere medius eorum motus simili ratiocinio rectius eruetur (a) ex ipsorum transitu per Solis Discum ad eundem nodum, potius quam ex Fixarum occultationibus, sive conjunctionibus; Ex quibus patet non immerito Astronomorum Pedagogos (b) a Keplerio Eclipses appellatas, a Ricciolio Scalas, quibus ad Cœlestium Corporum non solum parallaxes, distantias, diametros, &c., sed etiam motus prædicen-

(a) Vid. J. Caff. Elem. Astronom. L. VIII, c. 2.

(b) Keplerus Epitom. pag. 900; Riccioli. supra cit. §. 1.

cendos adducimur, ac veluti in Cœlum a mortalibus
conscenditur: quod pro absolutis Planetarii systema-
tis mensuris magis confirmabit expectatus Veneris tran-
itus ante Solis Discum anno 1761, &c.

www.libtool.com.cn

C A P U T I X.

Ordo adhibendi Eclipses in Geographicis.

§. XXIX. Per Eclipses Solares quomodo inveniatur Meri-
dianorum distantia, seu differentia Longitudinis, & al-
titude Poli, seu differentia Latitudinis.

Expli^candus h̄ic usus Eclipſiū, in Geographiā fre-
quentissimus, ad inveniendam differentiam Longi-
tudinum, sive Meridianorum distantiam. Primus
modus est per Solis Eclipses, quas ad hunc finem a-
ptiores Lunaribus existimavit Keplerus ^(a); eo quod ini-
tium, & finis accuratiū determinentur, repugnante
Cavallerio ^(b), & Ricciolio, tum propter methodi ob-
fcuritatem, tum propter parallaxes adhibendas, tum
quod Keplerus ipse differentiam inter Meridianum U-
taniburgi, & Gratii, quam per Solares Eclipses po-
fuerat 18' tempor. correxit per Lunares, ut esset tan-
tum 14'. Sed h̄e nubes jam feliciter evanuere pro duo-
bus locis, in quibus observata sit Solis defectio, & aliun-
de cognita sit Poli altitudo, (quanquam h̄e ipsa erui
possit ex Typo alterius loci) postquam laudatus Joa.
Dom. Cassini Ecliptici Typi Constructionem ad perfe-
ctionem perduxit. Proposita sit differentia longitudi-
nis Geographicæ Albanum inter, & Florentiam. In
Urbe Florentia initium Solaris Eclipsis die 22 Maii
1724, prædičebamus futurum hor. 6, 36' pro cuius
pa-

(a) Keplerus in Rudolph. c. 16, & | (b) Cavallerius Centur. Problem. 47;
cap. 32, p. 176 edit. Ulmæ 1617. Ricciolius Geograph. L. VIII, c. 9.

parallelo construximus illam integrum Ellipsim (*Vide Tab. XIV*) assumpto arcu *B*, *m*, gr. $46^{\circ} 13' \frac{1}{2}$ complement. latitud. At verò Ill. Præs. *Franciscus Blanchinus* initium ejusdem Eclips. observavit Albani in Latio hor. $6, 43', 22''$; pro quo ducta portio Ellipsis exterioris cum arcu Analogo gr. $48, 17'$ pro comple-
mento latitudinis Albani. Aperiatur circinus ad in-
tervallum semidiametri penumbræ in casu $32', 24''$
positâ cuspide in hor. $6, 36'$ in perimetro interioris
Ellipsis altera cuspis circumducta versus orbitam Lu-
næ eam secabit ad occasum in puncto synchroño α ,
quod designat initium Florentiz in horâ cognomine:
servata eadem circini aperturâ, ponatur altera cuspis
in hor. $6, 43', 22''$ perimetri exterioris, altera simi-
liter circumducta versus Occasum ad Orbitam Lunæ
eam secabit in puncto magis Orientali (*Dicamus β* ,
quamvis ad evitandam confusionem non sit notatum in
Figurâ) indicante majus tempus. Differentia tempo-
ris inter α , & β in Orbitâ Lunari inter illa duo pun-
cta dabit differentiam quæsitam inter Meridianum Flo-
rentiz, & Albani $4, 55''$ ferè: sic enim centrum pen-
umbræ pariter distat a suis extremis. Idem præstari
posset ponendo pèdēm circini in hora finis, si hic no-
tatus sit in Typo. Idem comparatione cujuslibet alte-
rius phasis correspondentis ^(a) posset obtineri: ita ta-
men ut tantum ex semidiametro penumbræ detraha-
tur, quantum diametri Solaris obtenebratz habet pha-
sis, v. gr. semidiameter penumbræ minuenda tribus di-
gitis, si tres digitos numerat obscuratio. Ubi adver-
tendum 1^o inter initium Eclipsis Solis, visum in uno
loco, & visum in alio, intercedere posse differentiam
plurium horarum, non enim contingunt eodem mo-
mento temporis absoluti: sic in dato casu, initium
Albani visum hor. $6, 43', 22''$ a *Blanchino*: Parisiis a
D. Maraldi hor. $5, 54', 20''$, malè inferretur diffe-

Cc ren.

(a) *Vide D. Jos. Cossini c. X Explicat., & usus Tabulari.*

gentia Meridianorum in minutis horariis 49', 2" cum reverâ sit $41\frac{1}{2}$ circiter. 2.º Ut Typi Constructio sit accurata; unde optimum est eam explorare, aut etiam comparare per aliquam observationem habitam in loco, pro quo facta est constructio. 3.º Accurior erit operatio, si habeatur ratio incrementi, quod acquisit in altero loco diameter Lunaris in majori altitudine supra Horizontem. Posset etiam, vel ex duabus observationibus duorum locorum, & notâ Solis declinatione: vel ex Typo, & observatione phasis alterius loci erui ejus *Latitudo Geographica*, sive distantia ab Äquatore, ut patet ex Tab. XIII, in quâ phasis sex tantum digitorum, v. gr. transit per gradum 36 Latitudinis Borealis in Atlantico, & ex parte opposita per grad. 78 in Groclandia. 4.º Cùm Sol quotidie motu suo proprio conficiat arcum 59', 8", hinc dies Solaris medius diurnior est tempore 3', 56", 33", quam integra revolutio Äquatoris, quam concipimus pro mensura Primi Mobilis: & hora Solaris media diurnior 9", 51", quam horam Primi Mobilis. Propterea si quis inquirenda Meridianorum differentia, horis Solaribus utatur, habenda ratio illius differentiarum. Vide D. Eustach. Manfred. tom. I Ephemerid. TAB. IV, VII, & VIII.

S. XXX. Quomodo inveniatur differentia longitudinis per Eclipses Lunares. Exemplum in longitudine Pekini, Sinoꝝ, & Ulyssiponis.

Secunda Methodus solvendi Problema Geographicum Longitudinis antiquior (a), & communior est per Eclipses Lunares, quarum initium, finis, immersio, emersio, aut alia phasis Spectatoribus ejusdem Hemisphaerii, etiam longè positis, apparet eodem tempore absco-

(a) *Strabo Geograph.* Lib. Primo. | *Ricciol. Geograph.* L. 8, c. 3, ubi
Ptolemaeus Geograph. L. IV, c. 4; | *allegat Tycbonem, Clavium, &c.*
Wendelinus Praefat. ad Eclipses;

absoluto. Sed quia circa Lunæ margines de initio & fine deliquii posset aliquod dubium suboriri, exploratius erit umbræ confinium, si notetur, ejusdem umbræ appulus ad initium, vel finem alicujus maculæ insignioris, aliquantulum distantis a limbo, nec ita magnæ, ut margo debeat subdividi; sed valde conspicuæ, vel propter nigredinem, ut est macula *Platonis*, vel propter fulgorem, ut est prima pelvis *Aristarchi*: Ex comparatione autem plurimum ejusmodi appulsuum eligi poterit numerus medius, proprior vero. Et quod niam in secunda parte produximus observationes habitas Pekinè, sciendum Palatum Imperatoris, & nostras domos esse ad Septentrionem in Urbe Tartarorum (Sinenses enim habitant alteram Urbis partem ad Meridiem, ut ambitus exterior murorum utriusque sit 52 stadiorum Siniorum) in cuius angulis, qui respicit Ortum Hybernum est Imperialis specula Astronomica in propaginaculo ad monachij Ab hac specula Collegium PP. Lusitanorum distat in occasum 8 stadiis Sinensisibus, quorum quodlibet continet 268 passus Geometricos ex iis, ex quibus Leuca Gallica numerat 3000 (a): Domus PP. Gallorum distat versus Cœlum 7, tandem ex ejusmodi stadiis numerat enim quingentos passus in occasum a Meridiano, qui secat Urbem, & Palatum 2°, 30' arcus, sive 10° temporis a Specula. In Tabula edita sub Imperatore Kam Hi notatur Templum S. Josephi PP. Lusitanorum in mediâ ferè distantia inter speculam, & domum PP. Gallorum, quasi in eâdem rectâ lineâ versus Cœlum. Hæc locorum diversitas prænotanda, quando non contemnuntur minuta secundæ: hinc enim forte oris diversitas in capienda Boreali Pekini Latitudine, quam

Cc 2

D

(a) P. Souci Tom. I. Observatio-
num in India, & Sinis p. 283;
Juxta P. Thomam apud Du H. I.
de Praefac. Descript. de la Chine,

200 Lys five stadia Sinica confi-
ciunt unum gradum, ut 20 Leu-
cae Gallicæ, adeoque 10 Lys u-
nam Leucant maritam.

De la Hire statuit, ut & *P.**Maire*

39° 55' 0"

*Manfr. Tom. I Ephem., & Cas-**fisi Tab. I.*

39° 54' 0"

Nostrj PP. Galli in suâ Domo

39° 55' 54"

*Pekini Longitudo Geograph. in
differentia temporis a Merid.*

hor.

Parisiensi ex Tab. De la Hire

7° 38' 0 ad Orientem

Ex Tabulis Manfredi, & Caffini

7° 37' 6"

D. Des Places

7° 37' 1"

P. Noel (Soc. Jes.

7° 36' 38"

P. Gasparil (Soc. Jes.

7° 35' 26"

P. Christopb. Maire in suâ Tab.

7° 36' 0"

In Commentar. R. S. Ac. Paris.

a. 1726.

7° 38' 43"

per Satell. Jovis

7° 36' 12"

Sed quia plura Lunæ deliquia, quæ ex Sinis in Secunda Parte proferuntur, videri, aut observari non potuerunt Parisiis; idcirco vix unum in iisdem annis habemus (præsertim cum posteriores Tomi Nobilitatæ Academiz hactenus ad nos non pervenerint) quod pro immediatâ qualicunque comparatione adhiberi possit.

Die 28 Maii 1733 Pekini emergit to-

tum Mare Crisium.

15° 54'

Guillervall (a) observante D. Godin

8° 22' 51" sec.

Differentia 7° 33' 9"
 Nubes impediunt notare appulsum, vel exitum a maculis minoribus. Quæramus ergo exactiores numeros. Bononiz Italiz juxta Manfredium di-
 stat Pekino 7° 1° 16"

An.

(a) Guillervall. distat in Occidum Speculae Paris. 50° temporis.

An. 1740, die 13 Jun. *Pekini* in Coll. h.
init. Ecl. Lun. 16. 13.

Bononia observat. Cl. Zanotto cum
Sociis www.libtool.com.cn

9. 11.

Differentia	7. 2.	"
<i>Pekini</i> umbra totum Aristarchum tegit	16. 21. 20	
<i>Bononia</i>	9. 21. 7	

Differentia	7. 0. 13	"
<i>Pekini</i> umbra totum Platonem obtagit	16. 41. 20	
<i>Bononia</i>	9. 41. 24	

Differentia	6. 59. 56	
<i>Totalis Immersio Pekini</i>	17. 16. 25	
<i>Bononia</i>	20. 16. 37	

Hæc est minima inter notatas: differt a
Maxima 2', 12", cuius dimidium 1',
6", quod adjectum minimz dat di-
stantiam Pekini a Merid. Bonon.
(cum discriminè 12" a Tabula Manfrediana) quæ di-
stantia in arcu dat differentiam grad. 105, 13', 30",
quæ fortè est exactior omnibus hactenus assignatis.
Roma, iuxta Franc. Blanchinum in Cæ-
lendar. Romano, distat Pekino 6. 56. 46

An. 1725, d. 21 Octobr. *Pekini Ari-*
starchus emersit ex umbra 15. 36. p. met.
Detractis 4' propter correctionem ho-
rologii 15. 32.
Romæ ex Observatione Blanchini; 8. 36.

Differentia	6. 56.
-------------	--------

In

In eod. Deliquio *Pekini*: Plato emer- h.
git facta Horologii correctione 15. 45. 30
Rome 8. 51. 20

www.libtool.com.cn

Differentia 6. 54. 10

Huic tamen observationi Pekinensi anni 1725 non admodum inhaerendum, propter excursionem horolo-
giis; neque intendo propter alias mutari debere,
quæ prudenter constituta circa Meridianorum dif-
ferentias; sed optandum, ut iteratis observationibus ex-
plorentur, donec aliquid certius occurrat. Neque so-
lum usui esse possunt Eclipses in explorandâ Meridia-
norum differentiâ aliunde stabilitâ, sed etiam in mul-
tis de novo evendis, qualis est Conflitudo *Sinæ Re-*
giz Cochinchinensis, quæ non appetet in Tabulis, & ex
relato deliquio Lunari 1719, 20 Julii videtur a nobis
distare in Ortum h. 6, 19, 36". Pekinum autem distat
in Ortum ab Urbe Senaruæ in Eteria septem ferè horis
cum differentia paucorum secundorum, quæ difficile
est determinare in tanta observationum varietate.

Meridianus Senarum perstringit Occidentalem par-
tem Montis, qui vulgo dicitur *L'Intonero*, *l'Apparso*,
tribus brevioribus miliaribus ad ortum, respectu Meri-
diani Florentini, ut nos observavimus. Florentinum
autem (quantum hactenus conspicere licuit) tantundem
suspicio ad Ortum Bononiensis; sed in hoc ultimo ju-
dicio suspendo propter auctoritatem Ill. *Blanchini*,
qui in suâ Tabulâ Meridiani Romani ponit Senas, &
Bononiam sibi eodem Meridiano; Florentiam vero ad
occasum Bononiæ in quo cum ahi potea sunt seque-
ti. Deservire etiam posset ad decidendas lites, & cor-
rigendas Tabulas longitudinum. Sæc anno 1724, die
31 Octobris, Ulyssipone in Regia Specula RR. PP. Jo.
Baptista Carbone, & Dominicus Capaffus S. J. obser-
varunt initium deliquii hor. 13, 47, 45". Finem h.
16, 20, 56", ex quo intulerunt Meridianum Ulys-
sipo.

sponensem esse Occidentaliorum Parisiensi 48° temporis; & facta correctione (^a) per alias observationes 46°. Corrigendus ergo error typographicus, qui legitur in præclarissimis ~~tabulariis~~ ^{criterio} Tabulis, in quibus Ulyssipo statuitur 43° ad Ortum Lutetiz, cum legi deberet ad Occasum: quod non monerem, si in ejusmodi variationibus cuique innotesceret ex qua parte sit Veritas.

§. XXXI. Idem Problema Longitudinis Geographicae solutum per Eclipses Satellitum Jovis: Cavenda, & notanda. Quarta Methodus per appulsum Lunæ ad Fixas non omnium certissima.

Tertia Methodus inveniendi differentiam longitudinis Geographicæ est per Eclipses Satellitum Jovis, cuius prima origo debetur Galilæo, qui illam proposuerat Hollandiz Ordinibus, & a quibus quatuor stadiorum adjutores acceperat, ut Tabulas in hunc usum conficeret; sed propter mortem istorum, & supervenientem ipsi excitatem non potuit absolvere.

Ex tot Observationibus Sinicis Secundæ Partis, unica tantum eadem die correspondentem in Europæ Universitatibus hactenus ad nos pervenit, habita in Specula Astronomica Petropolitana a Cl. D. Jacobo Nicolao de l' Isle Tom. VI Commentariorum Acad. Petropolitanæ; ex qua prodit sequens comparatio

An. 1738 Emerso primi Satellitis Pekini	h. 18. 41. 0 p.mer
---	-----------------------

Telesc. 8 ped.

Petropolis eod. die, & stylo Gregoriano	5. 56. 19
---	-----------

Tubo Newtoniano 5 ped.

Differentia	5. 44. 41
-------------	-----------

E Cassinianis Tabulis differ. Meridia-

norum Pekini, & Petropolis prodit	5. 45. 6
-----------------------------------	----------

Cæ.

(^a) Ex Tab. P. Maire 46°: licet per Satell. ^{videatur} adhuc immixtui ad 54.

Ceterum non sine causa ponuntur telescopia, ut
fiat aliqua correctio juxta supradicta. In defectu ergo
correspondentium observationum utimur optimis cal-
culis Mansfeldianis

An. 1738, die 29 Septembris *Pekini*
ex Observatione immersio primi Sa-
tellitis in umbram Jovis
Bononiae pronunciabatur ex calculo

h.	8.	52.	32
i.	55.		

Differentia	6.	54.	32
-------------	----	-----	----

Eodem an. 3 Octobr. *Pekini* primus
Satelles telescop. 18 pedum emersit
Bononiae predicebatur

7.	41.	8
44.	0	

Differentia	6.	57.	8
-------------	----	-----	---

Eodem an. Novembr. d. 14 cœpit e-
mergere primus Satelles ex Umbra
Jovis Telesc. 10 ped. *Pekini*
Bononiae ex calculo

11.	30.	40
4.	34.	

Differentia	6.	56.	40
-------------	----	-----	----

Sit alia comparatio cum Meridiano Londinenſi
Specula Grenwicensis: juxta *Newtonum* distat a Specu-
la Parisiensi grad. 2, 19', hoc est 9, 16" temporis;
juxta *Cassinum* Seniorem ex immersione primi Satelli-
tis 9', 10"; adedque Grenwicum distat Pekino h. 7:
46', 16". Jam verò in Actis, seu Transactionibus Reg.
Acad. Anglicanæ habentur Ephemerides Satellitum Jovis
diligentissimè calculatae a D. Jacobo Hodson juxta
Tabulas Flamstedianas ad Meridianum Grenwicentem
correctas per comparationem 244 Eclipsium primi Sa-
tellitis, ex quibus major aberratio non excedebat mi-
nuta 5 1/2.

An.

INV. III, CAP. IX, USUS IN GEOGRAPH. 209

An. 1737, 11 Decembris (30 Novembris stylo veteri) emersio primi Satellitis Pekini Observat. Prædicta Londini www.astrotool.com.cn

h.	10.	3.	15
2.	23.	0	

Differentia 7. 40. 15

An. 1738, d. 29 Septembr. (18 stylo Juliano) immersio primi Satellitis in umbram Jovis, visa Pekini Prænunciata Londini

8. 52.	32
1.	7.

Differentia 7. 45. 32

Emersio Secundi Satellitis.

An. 1738, 31 Octobr. (20 stylo veteri) obser. Pekini Prænunciata Londini

8. 2.	10
0.	13.

Differentia 7. 49. 10

Eodem an. 6 Octobr. (25 Septembr. stylo veteri) Pekini Londini prædicta

8. 10.	5
0.	27.

Differentia 7. 43. 5

Emersio Tertiī Satellitis ex umbra Jovis.

An. 1737, Novembr. d. 30 (19 stylo veteri) Pekini visa Londini prædicta

6. 19.	15 p.m.
10.	50. mat.

Differ. nimis parva (unde aliquis error latet in præcedentibus numeris) 7. 29. 15
Dd Im-

Immersio Tertiī Satellitis in Umbrām Jovis.

www.libtool.com.cn

An. 1738, d. 22 (stylo veteri) h.

Decembris, Pekini visa

Prædicta Londini

"

4. 56.

" p.m.

9. 14.

mat.

Differentia

7. 42. 3

Immersio Quartī Satellitis in Umbrām Jovis.

An. 1737, Novemb. d. 21 (stylo ve-
teri 10; sed in Impressione Trans-
ctionum, quā utor, legitur d. 12)

visa Pekini

Prædicta Londini

8. 51. 30

1. 15.

Differentia

7. 36. 30

Ex his insertur primū, methodum inveniendi Differen-
tiam Meridianorum per Eclipses Satellitū Jovis, si-
cū plerūque apparet tempus abbreviate, ita Meri-
dianos cogit restringere; unde in Geographicis Recen-
tiorum Tabulis restrictā secundūm longitudinem con-
tinenti Asiā, Americā, Europā relinquitur immensa.
Oceani vastitas inter Sinas, sive Japoniam, & Cali-
forniam, ex quā nullam habere potui observationem
Lunaris Eclipsis, ut confareret de concordia, vel cor-
rectione adhibendā. Nautæ Hispani a Manila in Phi-
lippinis ad Acapulcum in Americā numerant recto ita-
nere 200 Leucas, sive 6600 millaria Italica: Forte
ab Academicis, qui redierunt ex Americā, poterit lis-
decidi. 2.º Si ad solvendum idem problema Geogra-
phicum adhibendi sint Jovis Satellites, præstat uti E-
clipsibus primi, sive intimi, tum quia propres bre-
vissi-

vissimas revolutiones sspè contingunt, tum quia propter multiplices observationes sunt melius exploratæ.

3. Eclipses Quarti sunt minùs aptæ contrariis de causis, præsertim ~~cum~~ aliquando per integrum annum, (ut toto an. 1739) & amplius effugiat umbram Jovis, quem statim præcedunt, ac sequuntur plures Eclipses partiales ejusdem Satellitis.

4. Si subtilius inquiratur distantia Meridianorum, præsertim inter duas vicinas Urbes, habendam esse rationem longitudinis telescopii, quo facta fuit observatio; media proporcio esset 5" ferè, pro duorum pedum excessu.

5. Distinguendas esse veras Eclipses, sive immersiones in umbram Jovis, ab occultatione factâ per interpositionem corporis Jovis: hic enim aliquando interponitur inter oculum nostrum, & Satellitem, quin tunc interponatur inter Satellitem, & Solem.

6. Ex variis Observationibus, quantumque diligentia factis, varios prodice numeros, adeoque contentos esse debere medio inter extremos. Major subtilitas vincit omnem, humanam industriam.

7. Non esse mutandas, seu corrigendas Geographicas Tabulas propter unam, vel alteram observationem, quando hæc ab aliis observationibus discordat, nisi forte gravius momentum afferatur.

8. In dissidio standum cum pluribus, & Accuratoriis: nam Meridianorum differentia, quæ sita per Tertiam Methodum ex Jovis Satellitibus, non minùs variat, quam quæ sita per Secundam Methodum, seu maculas Lunares, præsertim cùm in utraque difficile concordent in eodem loco duo Observatores de eodem præcisè momento.

9. Opus mente conceptum a pluribus, tentatum a paucis, feliciter tandem absolutum ab immortalis Memoriz Joan. Dom. Cassino in suis Tabulis horum Satellitum,

10. Alia subtilitas animadversa est ex differentia inter Meridianum Grenwicensem, & Parisiensem, quæ resultat major ex immersione Satellitum Jovis, quam per emersiones (vide Commentar. R. Sc. Ac. Paris. an. 1733, p. 506).

Dd 2

Ibi-

Ibidem in Actis 1735 notatur in Methodo longitudinis per Satellites captz posse in eodem loco insensibiliter obrepere differentiam temporis 10", sive in arcu min. 2 $\frac{1}{2}$, hoc est Leucam in circulo maximo.

Mitto Quartam Methodum inveniendi Geographicam Locorum Longitudinem per Eclipses, vel per arctas Conjunctiones, sive ut loqui solemus per *appulsus Lunæ ad Fixas*: licet enim istarum positio facile innoscat, & ille appulsus frequenter contingens nudo oculo sit visibilis, atque in Ephemeridibus ad certam horam alicujus Meridiani indigitetur; tamen non est modus cæteris expeditior, aut certior, aut exactior propter Lunæ apparentem inclinationem, celeritatem, parallaxim, &c. perpetuò variam; (quod multò magis intelligendum de successivâ illuminatione, & sectionis veritate) Unde nec Auctores superioris sæculi (^a), qui expectabant Lunam in Meridiano vel in nonagesimo, ubi cessat aliqua irregularitas, omnem difficultatem superabant: Neque hoc sæculo tot Astronomis illustri facile suadebitur Lunares varietates universas esse omnino exploratas. Si quis tamen Astronomicam horum appulsuum Constructionem velit, adeat *P. Simonelli* Constr. prop. XXX; *D. Jac. Cassin.* Explic. TAB. Cap. 13; & quæ præmisimus §. XXVIII. Nihil dixi de aliis Methodis, v. g. per Declinationem Acūs Magneticz, per horologia, &c., quia non sunt Astronomicz, nec ad Eclipses revocantur. Ut verò utiliora reddantur tradita præcepta, & Observationes, impetravi ab accuratissimo Astronomo *P. Christophoro Maire*, novam Tabulam Geographicam Longitudinis, & Latitudinis, quam ex multiplici tum propriâ, tum alienâ Observatione concinnavit (eam vide ad calcem Secundæ Partis) additis locis Sinicis ex *P. Soncier* (qui non est infimus fractus Sinenium Observationum in correctione Sinicæ Chorographiz) quando hoc opus il-

luc

(a) *V. Ricciol.* Geogr. Lib. VIII, cap. 8, & seq.

luc dirigidum, ubi, ut spero, non deerunt benevoli Receptores; si ergo Europos Divinæ Legis Præcones servent monitum illud Philosophi sui Confucii^(a), enumerantis inter regulas optimi regiminis, atque inter ea, quibus animantur Sapientos, comiter excipere e longinquò advenientes, ac repellere detractores; præsertim cum detrahatur etiam sibi, qui Divinæ detrahit Legi. Cæteros Eclipsum usus explicavimus suo loco.

C A P U T X.

Uſus Doctrina Eclipſium in Moralibus, & Cathechesi Christianâ pro Introductione ad Conversionem Infidelium.

§. XXXII. Finis Ordinis respectu humani generis per Eclipses, tanquam per Signa symbolica, eruditæ. Abusus Astrologia. Colores Poëtici, Rhetorici, Ethici, Concionatoris, petitæ ex Eclipſibus.

Exponendus supereft usus Eclipsum in Moralibus, & in Christianâ præsertim Infidelium Initiatione: quando doctrinam de Fine Ordinis, de Fine ultimo, & de Causa Exemplari earumdem ex Prima Investigatione translatam huic loco reservavimus. Finis Ordinis potissimum considerandus respectu humani generis, symbolice per Eclipses eruditæ; quod pertinent verba illa Christi Domini ad D. Birgittam^(b): *Ego Deus, & Jūdex creavi Cælum, & Terram, & omnia, que in eis sunt: sed nibil sine causâ, nec sine spiritualium similitudine.* Signa symbolica non delinquent esse Signa naturalia, sed mediante Analogia, quæ si longius, aut coactè repetatur, accedunt ad signa

(a) Confucius L. II, f. 17, p. 1, & 2. | V, Interrog. V. Respons. questionis prima.

(b) D. Birgitta Revelationum Lib.

gna artificialia ex placito, sive ex arbitrio. Ac primò ex mero arbitrio *Astrologia* abutitur Eclipsibus ad va-
num malorum impendentium terrorem, ignatis animis
www.illuminata.it
incutendum. Quid enim mali Galliz attulit totalis
pluribus illius Regni Provinciis Solis defectus an. 1724? Si Julius Cesar post Solarem Eclipsum transmeato Rubicone ademit Romanis libertatem, eam instituerat Romulus fundans Urbem in Solis Eclipsi, juxta calculos Taruncii Firmani. Amiserit Babylon Imperium cum Dario Codomano post totale Lunæ deliquium ante pugnam ad Arbellas an. ante Christi Æram 431; pariter in totali Lunæ deliquio an. 721 ante Christum (^a) constituerat, vel firmaverat cum Belefo Nabonassare, sive cum Mardocempado ejus vel filio, vel nepote. Si bello Peloponnesiaco Eclipsi Lunæ initium dedit; in Eclipsi Solis a Thalete prædictâ impositus est finis bello inter Medos, ac Lydos. Nicias vano terrore percussus ob Lunare deliquium, veritus classem educere, se suumque exercitum Syracusanis interficiendum objecerit; Contra Dion in simili eventu causæ non ignarus, atque imperterritus Syracusas cœpit. Quare evanescant puerilia Astrologorum terriculamenta ex hoc fonte petita. Neque mihi obtrudantur magna Astronomorum nomina (^b), quos constat nonnunquam Astrologiz induluisse, ut *filia sua* aleret majorem pauperem, nempe Astronomiam. Multò longius ab Astrologicis vanitatibus absunt Patres, dum Tropologicè locuti, morali symbolo urebantur; ut S. Petrus Damiani (^c) cum memorans duas Lunæ Eclipses post medium Seculi XI, in historiâ Eclipsum communiter omissas, alteram, ait, prænunciasse Ecclesiam, Cadaloï Schismate cruentandam, corruptis per Simoniam cordibus ex auri paleore; alteram post biennium præsignasse mortem Victoris

(a) Ex *Prolemeo* Lib. IV, Magn. Synt. c. 6.

(b) v. g. Idem in *Tetrabiblio* sit: quo horis Eclipsis duraverit, to-

tidem mensibus illius effectus perdurare.

(c) *Petrus Damiani* L. VII, Epist. 5 ad Agnetem.

etoris II Papæ, & Henrici II Imperatoris, eodem anno secutam. 2. Ex hominum placito suam habent voces significationem: èa suppositâ non male Etymon hujus vocis *Eclipsis* ^{www.libelation.com} a detractione spirituumque vitalium destructione in Ægris notatâ repetebat Grammatica. Hinc quoque colores suos adjecit Poësis, cùm induxit Solēm averis aliò luminebus, aut vultu Cœnas Thye-
tzas detestari, ad exprimendum rationalis naturæ horrorem in immanibus hominum sceleribus, cui loquendi mori PP. aliquando sese accommodarunt, ut S. Gregorius Turonensis, cùm in adventu Attilæ, atque Hunnorum in Italiam, referens Solēm supra 8 digitos obscuratum, ut vix tertia pars eluceret ^(a), credo, inquit, pro tantis sceleribus, & effusione sanguinis innocens. Similiter introducunt PP. Solēm, & Lunam obscuratione sua in fine Mundi ^(b) super impiorum persimma opera indignantes; sive ^(c) ex borrore peccatorum: vel olim in Passione Domini ^(d) Solēm condolentem, & simul ^(e) indignabundam propter injurias Christo illatas, idèque radios subtrahentem, & oculos avertentem. 9. Felicius Rhetorica plures hinc sibi gemmas in emblematis comparavit. Sic Christiana Sapientia scinti velo a Paganis obvoluta, vel latebris coacta contineri, innocentia calumniis oppressa, beneficentia ne diffundatur impedita, optimè indicantur Solari defensu cum Lemmate: *Vobis non mihi demitur*. Quemadmodum Lunare deliquiam cum illis verbis: *non semper obstat*, denotat virum probum aut Sapientem alterius umbrâ, sive iavidâ ad tempus obscurari: Veritas enim tandem agnoscitur, suoque lumine se manifestat. Neque solum Sapientes, & probi, sed etiam mali his coloribus pingi possunt: sic illi, qui dignus Imperio visus est, nisi imperasset, convenit Lunaris de-

(a) Greg. Turonens. L. II, c. 3.

(b) Pseudo-Chrysostom. Imperfeti hominil. 49. Confer verum Chrysostom. hom. 89, in Math. 27.

(c) Primatus L. XIV, in Math.

(d) Nozianus Orat. 42. Bonardin. Exalt. S. Sandur.

(e) Athanas. Orat. II contra Arianos. Cyprian. de Bono Patience.

fectus Epigraphe: *deficit ut crevit*. Ignari, & Infideles ad malum vana commiseratione invitantes alios ad ~~www.libriantiqui.it~~ effugienda tormenta, vel contumelias, eos imitantur, qui Lunæ laboranti æreis crepitaculis succurrere putabant; *non tali auxilio*^(a) indigenti. Plura suppeditabunt *Menetrijus*, *Piccinellus*, aliique symbolicorum Phrenoschematum Scriptores. 4. Sacros *Oratores*, Sol obscuratus designat apud D. *Gregorium Magnum*, quando^(b) fulgens vita prædicantium ante *Reproborum oculos aspera*, atque *despecta* appetit. 5. Cæterum signa Tropologica tanquam sibi propria vindicat *Moralis*, in qua ut Lux est Sapientia, Justitia, Divina Gratia, Felicitas; ita Eclipsum pati est aliquibus ignorantiz, sive erroris tenebris obvolvi, aut culpæ, aut pravæ consuetudinis^(c), aut calamitatis. Exemplum primi generis habes in *Patribus*, aliisque doctissimis viris, qui non obstantibus quibusdam defectibus, sive erroribus, non desinunt instar Solis orbem illuminare: *Etsi deficiunt interdum*, ut latè expendit M. *Cano de Locis Theologicis Libro VII*, Cap. III, Conclus. 2.

De secundo genere ait *Cornelius a Lapide*^(d): *Pecatum enim est primus defectus*, & summa Eclipsi Anima humana, quam nemo illuminare potest, nisi aternus Justitia Sol. Propterea quisquis est auctor Meditacionum, inter opera D. *Augustini*, bene orabat, dicens^(e): *Tene Domine mentem meam . . . ne interveniente umbrâ Terra, a Te vero Justitia Sole separetur*. Tertium genus habes in statu naturæ lapsæ in tribulationibus, & temptationibus Jobi, quas in Luminarium defectibus meditatur *Pineda*^(f) ad inspirandum eodem symbolo patientiæ, atque fortitudinis documenta in adversis: addi possunt illa verba *Seneca*^(g): *Paululum expecta, jam*

(a) *Virgil. 2 Aeneid.*

(b) *Gregor. M. IX, Moral. c. 3.*

(c) *V. S. Bernardin. Senen. To. III,*

Serm. de calamitatibus, c. 5.

(d) *Cornel. a Lapide in cap. 17 Ecclæsiast.*

(e) *Meditat. D. Augustini c. 37, n. 9.*

(f) *Pineda in Job c. 38, vers. 15,*

& c. 21, vers. 28.

(g) *Seneca de Benef. L. V, c. 6.*

jams emerget. Temperantiam contemplatur Hugo Victorinus ^(a), *cui Sol in tenebras versus est animus in sui cognitione confusus : Luna in sanguinem, caro in sui mortificatione.* Hzc ad Ethicam Monasticam. 6. Oeconomica Prudentia (non tamen sine deceptionis nro) laudatur in *Christoph. Columbo*, qui cùm an. 1493 ad Insulam Jamaicam appulisset, nec posset ab insulanis pro se, suæque navigationis sociis commeatum obtinere, pektem minatus est, & tanquam ejus prognosticum Lunarem Eclipsum die 22 Octobris ejusdem anni futuram; quz cùm statâ die contigisset, vidi Barbaros ad sua genua provolutos copioso commeatu ultrò oblato veniam flagitantes ^(b). 7. Prudentia Politica nota est in Ducibus, adhibentibus Eclipses ad suos milites ex verâ causâ cognitione roborandos, tumultus sedandos, vel etiam ad victoriam de hostibus harum rerum ignaris referendam: ut constat ex Pericle, Dione, Agathocle, Sulpicio Gallo, Druso, &c.

§. XXXIII. Multiplex Eclipsum Allegoria ex SS. Literis, & Patribus. Ejus usus in convertendis Infidelibus: veritatem conversionis Dionysii Areopagita ex visâ Eclipse in morte Christi Domini non pendere ex iis, quæ circumferuntur Epistolis sub ejus nomine.

Venio ad Signa ALLEGORICA. 1. Quid est, quod circa Mundi finem Sol contenebrabitur ^(c)? nempe Apostolica Romana Ecclesia, quz Solis instar ubique fulget, propter Antichristi persecutionem cogetur delitescere, & in speluncis se abscondere, atque *in lux amaritudine sine miraculorum coruscatione versari*. 2. Quid est, quod circa eadem tempora Luna non dabit splendorem suum ^(d)? plurimi scilicet ^(e) deficient a vero Fidei lumine, ac professione, & excident a statu

E

Di-

- | | |
|--|--|
| <i>(a) Hugo Victorin. ad illa verba Joel. II. Sol convertetur in tenebras.</i> | Rhem. de Divort. To. XVI, Bibl. PP. pag. 556. |
| <i>(b) Ricciol. Almag. L. V, c. 2.</i> | <i>(d) Marcus loco citato.</i> |
| <i>(c) Marci XIII ex Interpretatione Augustini Epist. 80, & Hincmari</i> | <i>(e) Beda in Math. 24. Ambrosius in Luc. 22.</i> |

Divinæ Gratiaz, seu Justificationis, quando multorum
charitas refrigerescet: aut etiam propter bella (a) furen-
tibus inter se Christianis. 3. Cur Luna tota facta
est sicut sanguis? nimis Ecclesia in terris militans (b)
ex imitatione Christi Passionis non semel rubuit suo-
rum Martyrum sanguine. Multò magis circa tempo-
ra Antichristi, quando Luminaria apparebunt (c) indi-
gnam Sanctorum persecutionem dolere. 4. Quare (d)
Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus? Respon-
det D. Antonius Patavinus (e): *Ad adumbrandum Incarna-
tionis mysterium; sacco enim nostra humanitatis coope-
ravit Lucem Divinitatis, ut canit Psalmista: Posuit ve-
stimentum cilicum.* 5. Abscondito, atque amissō per
triduum Puerο Jesu, quanto in mærore versatam fui-
sse Mariam Virginem Matrem existimamus? 6. Eucha-
ristia juxta PP. est Incarnationis extensio, in quā non
solum Deitas, ut in Cruce, sed etiam sub velo spe-
cierum latet & humanitas, ubi non ex irâ, sed ex
admirabili dignatione adimpletur illud Ezezielis (f):
Solem nube tegam, & Luna non dabit lumen suum.
7. Occidit Sol in meridie (g) juxta vaticinium Amos,
quando moriente Christo in Cruce ab hora sextā usque
ad horam nonam tenebra facta sunt super universam Ter-
ram: tales siquidem vultus (h) Patri orbata solatiis
mernuerunt elementa sortiri, ut cuius ortu latata sunt,
tristarentur occasu: decebat insuper negare (i) in Pas-
sione Conditoris Creaturam, & moriente Domino u-
niverorum etiam ministros luminis lugubrem vestem
induere, splendoremque subtrahere, ut quodam etiam
jure vindictæ (k) Mundus ignorantia tenebris obvolu-
tus

(a) Author Imperf. in Matth. hom. 49 inter opera Divi Chrysostomi.

(b) Apocal. VI, 13. ex Interpr. Ug. Victorini loc. sup. cit.

(c) Chrysost. hom. 49 Imperf.

(d) Apocal. VI, 13.

(e) S. Anton. Patav. Serm. I Adventus.

(f) Ezeziel. 32, 7.

(g) Amos VIII, 9. S. Bernardin-Sen. Serm. 55, de Passione Dom.

(h) Sedulius L. V, Operis Pascha- lis c. 16, Tom. 8 Bibl. Paerum.

Confer Eliam in primam Oratio- nem Nazianz. Chrysost. loco citato.

(i) Theophilact. in Matthæi 27.

(k) S. Bernardin. Seneca Serm. 55 de Pals.

tus seipsum non videret, qui Dei Filium agnoscere, noluerat. 8. Sol in tenebras versus *Hugoni Victorino* (*a*) est Christus Crucis affixus, finem veteri Creaturæ impo-nens (*b*) initium libati faciens novæ, palam triumphans in Ligno de Diabolo, qui per lignum vicerat primos Parentes. Num vestigium istius dogmatis servant Brach-manes, an simulare conantur commentitiâ narratione, cùm ajunt Secundam suæ Triadis Personam *Vishnu* cùm aliquando in Terris versaretur cum Gigante pugnas-se (*c*), qui Solis lumini sese opponebat, eumque quam-vis non sine proprio vulnere interfecisse? 9. Et *Luna in sanguinem*, quia *Laurentio Justiniano Interpretate* (*d*) Cor Matris compatientis *clarissimum* fuit *speculum Passionis Filii*: quare sicut Deus in suâ Gloria clarè visus reddit Beatos; ita Deus in summâ ignominia, & tormento ante oculos Matris Virginis constitutus, Infernales quodammodo poenas in ejus corde excitabat. 10. Fig-mentum est apud Sinenses Lunam indoluisse, sibique tenebras indixisse cùm *Luciema miræ originis*, & pul-chitudinis fæmina ex prodigioso partu viribus conci-disset. Vicit Fabulam veritas. Deipara Virgo est *ma-lier amitta Sole* (*e*) qualis apparet Luna in annula-ribus Solis Eclipsibus, quæ *cruciabatur*, ut pare-ret per adoptionem Filium Reum sub Cruce, volun-tariâ oblatione proprii Filii Dei; in quo sensu expo-nitur a S. Thoma Villanovano illud Psalmi: *Homo, & homo natus est in eâ, nempe homo Deus, & homo reus ambo nati ex Virgine.* 11. Sicut tribus horis Mundi facies tenebris oppressa subjacuit (*g*), ita Dominum, triduo clausum Tumuli sepultura contexit. Ad imi-tationem Filii Deipara quoque amore languens e vi-

E e 2 vis

(*a*) *Ugo Victorin.* loco supracit.

(*b*) *Athanafius Orat.* in ea verba
omnia mibi tradita.

(*c*) *Huetius*, Concord. Ration. &
Fid. Lib. II, c. 19.

(*d*) *S. Laurentius Justinian.* de tri-
umphali Christi Agone.

(*e*) *Huetius*, loco citato.

(*f*) *Apocalips.* 12.

(*g*) *Sedulius Lib. V Operis Pascha-*
lis c. 16; *Similia tradit L. V car-*
minum.

Exequiis texere diem.

vis erepta, nec triduum integrum jacuit sepulta. 12. Sol in tenebras versus, est etiam laudato *Hugoni Vittorino* Christus, in cordibus Discipulorum in articulo mortis obscuratus: unde dicebant inter se; *nos autem sperabamus*. 13. Luna in sanguinem versa est. *Ambroso* in c. 6. Apoc. *Populus Iudaorum factus odiosus propter iniquitates suas*; juxta citatum *Hugonem* Synagoga est, *Christi Passione cecata*, habito jam Signo e Cœlo, quod petierat. 14. Ex adverso, prodigiosa Solis Eclipsi, quam circa plenilunium in morte Christi Domini *Dionysius Areopagita* cum *Apolloniane* viderat junior in Ægypto apud Heliopolim docuit utrumque quid credere deberent, melius quam Ægyptiorum Sapientia, ad quam comparandam prisco more illuc se contulerant. Si genuinæ sunt ejus Epistolæ ad Polycarpum, & ad Apollophanem, putavit Lunam cæteroquin vicinam plenilunio per miraculum translatam tribus horis Soli suppositam: quemadmodum densas nubes excogitavit *Origenes* ^(a), & ad solam Judæam tenebras restrinxit, ut Ethnicis magis credibile redderet prodigium; at contradicunt alii Patres cum *Orofio* ^(b), qui negant nubes obstatisse, quia juxta traditionem ^(c) per illas tres horas visæ sunt Stellæ; negant Lunam interpositam, quia totâ Cœli regione aberrat a Solis coniunctione. Negant ad solam Judæam restrictas, sed volunt universales toti Telluri: quare si prodigium non factum fuisset per meram Divini concursus subtractionem ab actione illuminandi, sive a radiorum propagatione, sed per Lunæ suppositionem; nec tenebræ fuissent universales in totâ Tellure, juxta communem ^(d) sententiam, nec defuisset, qui videret Lunam properè accedentem ad Solem, iterumque pari velocitate extra Solarem Discum ad locum suum rever-

(a) *Origenes* Hom. 35 in Math.

(b) *Orofius* Lib. VII, hist. cap. 4;

S. *Bernardinus Senen.* Serm. 55

(c) *Auctor de mirabilibus Sacrae*

Script. c. 12 inter opera D. Augustini.

(d) *Chrysost.* hom. 89 in c. 27 Matthei; *Theophylact.* in Math. *Bernardin.* Serm. 55 de Passion. &c.

vertentem (non enim turbatus est calculus Astronomicus) de quo nullum vestigium, cum tamen PP. appellant Gentilium Tabularia, in quibus notata Eclipse circa meridiem, & magni Terremotus per idem tempus. *Dionysius* ergo antequam videret Luminarium oppositionem, vidit ab orientali Solis limbo caliginis, sive umbræ cuiusdam accessum, ac deinde recessum, non autem Lunam accendentem, & recedentem, quia hæc fuerat mera suspicio juvenilis, quando nondum *conscius erat mysterii*, ut ipsemet loquitur Epist. XI ad Apollphanem, *Luna ut ipsi putavimus, &c.* Nihilominus & si *Dionysii* opera non pauci critici putent supposititia, quæ tamen alii adhuc existimant genuina, vetus & constans traditio rei substantiam in dubium revocare non patitur. Imò eo ipso quod aliis verbis eam referunt, ostendunt se ex illis Epistolis non transcribere, sed ex antiquâ traditione, & publicâ famâ accepisse. Vulgo narratur *Dionysius* inuisitati spectaculi admiratione correptus tum dixisse; *Vel Author Naturæ patitur, vel Mundi Machina dissolvitur.* Nos in Iconismo in fronte operis allusimus ad ea verba *Suida* (a), *aut Divinum quidpiam patitur, aut dolenti compatitur.* Vides quām antiquus sit hic usus Eclipsei, deducendi homines præsertim Astronomiæ studiosos ad veram Christi fidem sapienter renovatus, præsertim superiori saeculo in Magno Dynastâ in Coccinâ, & usque ad hanc nostram ætatem continuatus.

15. Fac enim adesse aliquem ex iis, qui colunt Astra tanquam Numina, sic illum compellarem: *Quid suspicis in sideribus? lucem, quæ oculis nostris præfulgent?* Est alia Lux incorporea, intelleætualis, indeficiens, cujus hæc visibilis est veluti umbra. Nam quid *lucidius Sole* (b), & hic deficit, sive extraordinariæ pallore, sive in ordinariis Eclipseibus, nec poterit in eo statu radios ad obscuratum corpus cum antiquâ clæ.

(a) *Suidas*, v. *Dionysius*: ἡ τὸ Σῶον | (b) *Ecclesiastici* VII. 30.
πάσχει ἡ τῷ πάσχοντι συμπάσχει.

claritate propagare : qui autem aliquid non potest facere , quod per se non repugnat , non est Omnipotens : quod mutationi obnoxium non est verus Deus :

www.librairie-cistercienne.com

ergo patet , Solem , Lunam , cæteraque Astræ non esse Deos ; proinde adorationis honor , Creatori debitus , non est illis tribuendus , ut optimè argumentantur PP. cum *Bryostom.* (a) , & *Damasceno.*

16. Scio Dæmonas , & homines impios tam in falsis dogmatibus , quam in ementitis virtutibus simulatos se Divinitatis radios emittere , & adorari tanquam Numinæ voluisse , vel certè per adulationis excessum adoratos fuisse ; sed etiam novi ex Prophetarum oraculis juxta Origenis interpretationem (b) Solem obscenandum esse Diabolum , qui in consummatione est argendus cum sit tenebra , simulans se esse Solem . Luna ab eodem illustrata , omnis Ecclesia malignantium , qua frequenter lumen se babere , & dare promittit , redarguta cum reprobatis dogmatibus suis claritatem suam amitteret .

17. Veniet , veniet summa dies , quâ post Mundi conflagrationem ante Supremi Judicis Tribunal unusquisque e mortuis resurgens reddet suorum operum rationem , accepturus præmium , vel poenam pro meritis , de quarum veritatum consensione concordant (c) non solum Sacræ apud nos utriusque Testamenti pagina , sed etiam extra Christianos , & Judæos populi , qui habentur Sapientiores ; inter indicia autem adventantis illius magnæ diei , est illud Osee (d) Sol converteretur in tenebras , & Luna in sanguinem , antequam veniat dies Domini magnus , & horribilis ; licet verò id fieri possit per meram subtractionem , sive radiorum , sive Divini concursus , non desunt viri gravissimi (e) ,

qui

(a) *Bryostom.* Hom. 6 in *Genesim* ; | *Damascen.* de Fide Orthod. lib. 2 ; | ubi nota Institutionem Infidelium a PP. factam per Eclipses .

(b) *Origenes* Hom. 30 in *Matt. ap.* probat. a D. *Thoma* in *Catena ad Matt.* c. 24.

(c) *Huetius* , Concord. Rat. & Fid. L. II , c. 21 , & seq.

(d) *Osee* II , 31.

(e) *Pererius* in c. V *Apocalips.* quod probabile judicat *Cornel.* & *Eapide ibidem* ; & *Sylveira To.* 4 in *Evang.* c. 5.

qui censem id futurum per extraordinarias, & frequentiores tunc Eclipses. 18. Hac lugubri ueste non indiget Deus ~~Creator~~, & ~~Judex~~: sed *reus* judicandus, & *peccator* merito debet indui, ut optimè monuit D. Antonius Patavinus ^(a) Luminaria continuatis, vel repetitis suis obscurationibus docebunt non solum agendum esse pœnitentiam, quod pertinet ad Signa Malaria, sed etiam credendum, quod indicat Allegoria, non posse peccatores venturam Dei iram effugere, nisi egerint pœnitentiam. Quomodo enim Rex Ninives, veluti Sol in suâ Regiâ, indutus esset facio cilicino, ut advertit Ambrosius ^(b), nisi prius credidisset se mediante pœnitentiâ veniam asssecuturum? 19. Tunc impiebit Deus, quod comminatus erat per Ezechielem: *Luminaria Cœli* ^(c) mœrere faciam super te, quippe, quæ ^(d) pro vestibus luctuosis, tenebris vestientur ad majorem impiis incutiendum terrorem, quasi quandam *infernalium tenebrarum*, ad quas deputandi sunt, nisi resipiscant, pragustationem. 20. Hæc autem ipsa tendunt simul ^(e) ad novissimam Dei iracundiam demonstrandam: multò magis in ipsâ die iræ, in quâ in conspectu veri Solis Iustitiaz ^(f) erubescet Luna, & confundetur Sol; quia Luminaria a vera Luce superata in illius comparatione ^(g), visui tenebrosa apparebunt. Verè dies Ultionis, dies furoris Dei ^(h), quia Rex tremendæ Majestatis in *Die ira sua, Virtutis sua* ⁽ⁱ⁾ occultatà quodammodo Clementiâ, nec pro reis tunc illucescente mylticâ Lunâ, sive non intercedente Matre Misericordiæ, minaci vultu, terribili Gloriâ, in splendoribus Sanctorum e Cœlo descendet ad judicandas nationes universas, & publicandam reproborum condemnationem; idem ipse, qui antea occulatâ Majeſtate Iustitiaz sub humanâ formâ, quam assumperat,

de

(a) S. Anton. Serm. I Adventus.

(b) Ambros. Serm. 41.

(c) Ezechiel 32, 7.

(d) Chrysostom. imperfect. hom. 49.

(e) Idem ibid.

(f) Isaie XXIV, 23.

(g) Hieronym. in Matth. c. 24. Chrysost. hom. 77 in Matthæum.

(h) Job XX, 20.

(i) Psalm. 109.

de torrente amaritudinum in viâ mortalis vitæ bibit; ut nos redimeret, propterea exaltabit caput in universo. www.librojudicio.com Si occasione Eclipsum hæc, & similia ex Prophetarum vaticiniis, aliis in rebus jam adimpletis, annuncientur Infidelium Præfectis, ut olim ab Apostolo *Paulo* ^(a), aut salutari tremore cum Felice Preside concutientur; aut etiam cum Rege Agrippa respondebunt, opinor ^(b), in modico me suades Christianum fieri. Credentibus autem, Luminarium defectus non solum sunt symbola allegorica Venturi Judicis, ut Iris signum Divini Fœderis; sed etiam sine novo pacto sunt typus, & imago tum illius obscurationis, quæ inter Signa proxima Universalis Judicii fuit prænunciata; tum illius, quæ Christo paciente præcessit. Quare Christifidelis, Luminarium Eclipsum spectans, si non sit immemor, aut alio distractus, debet venire in cognitionem Christi patientis, & Judicis; duplex antidotum adversus peccata efficacissimum.

S. XXXIV. Multiplex Signum Sacrum Anagogicum per Eclipses insinuatum. Quis earum Finis ultimus. Quomodo per illas immortale Divina pulchritudinis exemplar manifestetur. An Deus ordinaverit Eclipses ad prædictos fines, & an hic symbolicis significacionibus locus.

Fidei, atque Allegoriz succedit Spes, & Charitas cum Signis Anagogicis. 1. Quid est mors Justorum, nisi brevis Eclipsis? Qui enim felicem resurrectionem sperat, dicere potest cum *Jobo* ^(c): Post tenebras spero lucem. 2. Luna nisi videat Solem, languet; etiam amans Anima, ad Dei visionem anhelans, repetere solet, *langueo ni videam*. An non charitate vulnerata languebat Theresia, dum caneret: *Morior, quia non morior?* Præclarè *Augustinus*: Si ea lex hominibus statuta est: non videbit me homo, & vivet (in carne mortali) eja Domine moriar, ut te videam. Ut enim ar-

(a) Actorum XXIV, 25.
(b) Actorum XXVI, 28.

(c) *Job* XVII.

arguit Magnus Basilius: (a) : Si visibili hujus Solis aspectu nemo est, qui non recreetur, nec sentit fastidiosam satietatem; quz erit inexplebilis voluptas in intuendâ Solis justizie pulchritudine? Si cæcus ingens damnum capit, oculorum lumen non percipiens; quam jacturam faciet peccator, si verâ Animæ luce fuerit in æternum orbatus? 3. Verè Deus absconditus (a), quia lucem habitat (solius naturæ viribus) inaccessibilem (c), & ab omni increatâ mente incomprehensibilem; unde apparet posuisse (d) tenebras latibulum suum; at scilicet tenebra ejus (e), ita & lumen ejus; nam Deus Lux est (f), & tenebra in eo non sunt ulla; nobis Terrenus apparet per tenebras, tanquam per speculum, & in anigmate (g), quando autem facie ad faciem revelabitur Gloria Domini. 4. Clara, & expressa Divinitatis imago pluribus suis proprietatibus (non ex condicto, aut per humanam tantum cogitationem) est Sol iste illuminans omnia, quz pro modo suo participationem lucis admittant; sic etiam Divina Bonitas ad omnia, quz existunt pro captu cujusque, suz lucis, suzque Bonitatis radios expandit. Hanc animadversionem debemus Dionysio Areopagita (h); quare quis Lunaticas cogitationes, live Terrenos affectus interpolavit, sibi tribuat, si ab uberiore Dei Lumine non illustratur, aut ab ejus calore absconditur; neque enim in ullo ordine Deus tenetur operari miracula. 5. Luna in defectu suo patitur verum luminis detrimentum; Deus ex adverso etiam in Angelorum lapsu, in reproborum hominum perditione, in ipsâ, quam in astutâ carne pertulit passione (i) in se impassibilis. Neque

Ff
fru.

(a) Basilius orat. 20 de Principat. &
P. c.

(b) Iohæ XLV, 5.

(c) Prima ad Timoth. 6.

(d) Psalm. XVII, 12.

(e) Psalm. CXXXVIII, 12.

(f) Prima Joan. 1.

(g) Prima ad Corinth. XIII, 12.

(h) Dionys. Accop. c. 4 de D. Nomin.

& Eques Bernardinus Perfectus nostri seculi ornamentum, in suis Carminibus ex Tempore, ob quz laureatus in Capitolio an. 1725.
(i) Consensum Veterum Philosophorum habes apud Huetium L. II, Concord. c. 2, n. 8, & 12; Rogacec Uno Necessario par. I, c. 17.

fructatur quispiam adsequatam ejus voluntatem, aut gloriam obscurat; vult enim efficaciter in aeternum præmiare, qui benè egerit, aut in aeternum punire, qui male operatus sine Pœnitentia decesserit: Elige tu, quod vis; Deus obtinebit suam Gloriam extrinsecam (quæ est maximum inter bona contingentia creata), aut obedientes præmiando, aut puniendo contumaces in omnem aeternitatem, quorum altero Misericordiam, altero Justitiam vindicativam, utroque suam intrinsecam Gloriam, ex cuius amore operatur, manifestabit. 6. Sol in apparenti suâ obscuratione nullam inseipso mutationem subit; ita Gloria Deo intrinseca est immutabilis, unde testatur (^a) de se ipso; *Ego Deus, & non maior.* Quando ergo sese accommodat humano loquendi modo, concipere debemus sine situazione amantem, sine irâ tranquillè irascentem (^c), sine dolore, & pœnitentiâ pœnitentem, sine misero corde misericordem, sine proprio motu omnia moventem, mutantem opera non consilium, sine loco immensum, sine tempore aeternum. Nihil illi accidit, nullam perfectionem acquirere potest, quia habet universas, nec quidquam illo melius cogitari valet: nullam amittere, quia habet ~~essentias~~ per identitatem. Solus est in comparatione creaturarum longè perfectius, quam Sol in comparatione Stellarum; cum sit ipsum Ens in omni genere perfectionis illimitatam &c. Viceversâ, naturâ creata mutationi est obnoxia: unde etiam Cœlestis Jerusalēm senebresceret, & frigesceret (^c) nisi constanti specie visionis, & amoris beatifici cibarens Deo . . . lacceret & ferveret ex eodem suo Sole. Non intendo hic excurrere per integrum Universalis Harmoniz systema, cuius consideratio pertinet ad Artem interpretandi Hieroglyphica; sed proferre nonnulla exempla, quantum satis est ad probandum tum *Finem Ordinis*, qui

(a) Malach. III.

(b) V. Augustin. I Confession. c. 4. | (c) Meditat. cap. 19, inter opera D. & alibi, præfictum Meditat. illi Augustini To. VI, N. 8.

qui elucet in Eclipibus respectu hominum, tum *Finem ultimum*, quem habet Deus, qui universa propter semetipsum operatur: nam si *Egyptiacz Sapientiz* parens *Mercurius*, idcirco hieroglyphicis animi sui conceptus commendavit, ut idem *pluribus modis licet accipere*; Si Deus humano huic mori se attemperans, juxta Sacros Doctores, idè verba sua Linguz Hebraicz commisit, quia illius idiomatis vocabula varias interpretationes admittunt, in quibus verbis suis non solum literales, sed etiam symbolicos sensus intendit; dubitabimus in ordinandis Corporum Cœlestium motibus, hoc est operibus manuum suarum, ac signis in hoc sæculorum libro universis quorumcumque idiomatum populis exposito, plures fines pro humanis usibus respexisse? Non dico illos, quos auditorum imperitiâ abutens *Astrologaster* sibi fixerit; sed quos Prophetæ, ac Sapientes cum veritate, & judicio, vel propriè, vel allegoricè, vel anagogicè per varias imagines, & analogias Deo ipso auctore potuerunt reperiire; in hoc enim sensu ajebat Christus D. Birgitz se in Cœlo, & Terris creasse universa, *nihil sine causa, & sine spiritualium similitudine*. Ex dictis etiam probata manet ultima pars; cùm enim Deus extra se operetur ad se communicandum, ac manifestanda sus attributa; & per Solarem Eclipsim, ut visum est, ostendatur nobis Divinæ pulchritudinis immutabilitas, atque intrinsecz ipsi Gloriz constantia (quod a contrario indicat Lunæ varietas, & inconstantia, quem admodum illius perfectionis manifestatio, sive gloria extrinseca est finis extrinsecz utilitatis, cuius obtinendi gratia agit, seu potius quem vult, *ut sit*; ita finis, seu ratio formalis ex cuius aliunde existentis amore, & ad quam communicandam, & manifestandam operatur, est Divinæ pulchritudinis Glorizque ipsi intrinsecz constantia, immutabilitas, æternitas. Quia vero hæc ipsa est ratio, ad cuius exemplar Deus operatur, & quam ex dictis adumbrat Solis imago, etiam in

suo defectu nobis apparenti; idcirco eadem intrinsecæ
 Dei Gloriz constantia, atque perpetuitas, etiam in-
 ter apparentes varietates est idea, seu causa exempla-
 ris apparentiæ Solarium defectuum; quod erat inve-
 niendum. Nos quidem instabiles, obnoxii mutationi-
 bus in corpore, in animâ, in utriusque composi-
 tione [a]: *Tu autem Domine, qui & semper vivis, &*
vixib[il] moritur in Te, quoniam ante primordia seculo-
rum Tu es, & Deus es, Dominusque omnium
qua[er]e creasti, & apud Te rerum omnium instabilitate
estant cause: & rerum omnium mutabilium immutabi-
les manent origines: & omnium irrationalium, & tem-
poralium sempiternæ vivunt rationes. Primas illas Ra-
tiones, sive Ideas, sive Patris notiones nuncupavit Pla-
to zternas, & immutabiles agnovit: non minùs, quām
Aristoteles Primum Motorem omnino immobilem, &
utramque causam tam summum Exemplar, quām pri-
mam Effectricem ad Physicam considerationem specta-
re judicarunt. Hzc autem tota præcedentium argu-
mentorum series, Analogia physica, atque auctoritas
etiam Ethnicæ Philosophiz Principum edendit, ut in-
notescat non solum Finis Ordinis, quem habent Ecli-
peses, sed etiam Finis Ultimus; quæ cognitio cūm ob-
tineatur per moralia, & Thelogica symbola, idcirco
suum hīc locum iisdem tribuisse ne pigeat: præsertim
cūm palam declaratum sit, quibus hzc conscribantur.

Hzc habui, quæ ex mutuo Sinarum, atque Euro-
 pæ Commercio in medium proferrem ad faciliorem,
 amplioremque Scientiz Eclipsiū affectionem, & U-
 sum, ac simul ad aperiendum, aut etiam conservan-
 dum aditum in Orientis Regnis externo Verz Fidei
 Lumini per Evangelii Præcones promulgato; qui erat
 scopus in sublevandis Sacrarum illarum Missionum Sar-
 cinis a nostris sanctioribus muneribus non alienus. Sci-
 licet officio suo funguntur ancillæ, dum Divinæ Sa-
 pientæ-

(a) *Augustin. I Confess. c. 6.*

pientiz famulantur . Quid enim prosunt Scientiz Naturales , si ad Primaz Veritatis cognitionem , & Summi Boni amore non referantur ? Ad hunc finem aspirat quisquis non vano conatu suam querit felicitatem : ex adverso inanem , fallacem , ac deficientem deprprehendet quisquis eam querat in mediis creatis , quæ capacem Deo animam occupare possunt , satiare atque explere non possunt . Etiam apud Ethnicos Philosophos , qui ut plurimū sisteunt in naturalibus , reperit *Augustinus* [a] Canones , ex quibus prænunciatur quo anno , & quo mense anni , & quo die mensis , & quâ hora diei , & quodâ parte Luminis sui defectura sit Luna , vel Sol , & ita fit , ut prænunciatur . Et mirantur bac homines , & stupent , qui nesciunt ea , & exultant , atque extolluntur qui sciunt , & per impiam superbiam recedentes , & deficientes a Lumine Tuo , tanto ante Solis defectum futurum prævident , & in præsentia suum non vident Infelix homo , qui scit illa omnia , Te autem nescit : Beatus autem , qui Te scit , etiam si illa nesciat . Qui vero Te , & illa novit , non propter illa beatior , sed propter Te solum beatus est , si cognoscens Te sicut Deum glorificet , & non evanescat in cogitationibus suis negligens Tui , qui OMNIA IN MENSURA , & NUMERO , & PONDERE dispositi [b].

[a] Augustinus Lib. V Confessionum | [b] Sapientia XI. 21.
cap. 3, & 4.



IN:

INDEX AUCTORUM,

Qui in III, & IV Parte allegantur, explicantur, &c.

Litera d prefigitar tantum paginis IV Partis.

- A** www.libtool.com.cn
- Academia Berolin. d 197
 - Bononien. d 142, &c.
 - Lips. 62, 226, d 70, d 141, d 179
 - Londinen. 12, d 164, d 166
 - Parisien. Reg. Sc. 35, 62, 75, 141, d 12, &c.
 - Petropol. d 23
 - Plur. vid. in *Propri. AA. nominibus*, & in *Observat. Secund. Partis.*
 - Aetinus 139. Albategnius 133, d 40
 - de Alenis Jul. 1v
 - Alphons. Rex 106, d 38
 - S. Ambrosius d 22, d 116, d 217, d 223
 - Ammian. Marcellini. 221
 - Anaxagoras de Eclips. d 21
 - Anaximander, & Anaximenes d 16
 - S. Anton. Paravin. d 218
 - Apollonides 33, 38
 - Apollonius Mynd. d 180
 - Appianus Petrus 28, 38. Aratus d 115
 - Archimedes d 36, d 115
 - Argolus 89, 175, &c.
 - Aristagoras d 114
 - Aristarchus 17 ex ejus prop. 8 de Sol. magn.
 - Aristoteles 27, 30, d 20, d 169, d 180
 - S. Athanasius d 219. Averrhoës d 140
 - S. Augustinus xix, d 22, d 153, d 216, d 219, &c.
 - Auctores Libror. S. Script. d 218, &c.
 - Auctor Imperfett. inter oper. Chrys. d 218
 - de mirabil. S. Script. d 220
 - Asclepii Merc. Trism. 98
 - Balianus 5. C. Baronius d 22
 - Bartoli Dan. V 113 d 21 S. Basilius 226
 - V. Beda 11, 189, d 217
 - S. Bernardin. d 216, d 218
 - S. Bernardus xiiii
 - Berosus, 17, 139, 151, d 127
 - D. Bettazzi 139, 142
 - Bettinus Marius 42, 66
 - Bion 157, d 17, d 116
 - Birger Vassenius 12
 - Ill. Blanchinus 61, 118, d 17, d 121, d 151, &c.
 - Boëthius 49 Bollandus d 116
 - Bonfinius 137 Bonjour 139
 - Borrus Christoph. xiv
 - P. Boschovich Roger. d. 96, d. 101, d. 184
 - Boëse Gregor. d 43. S. Birgitta d 213
 - Bullialdus 31, 38, 150, d 6, d 102, d 177, &c.
 - P. Burgundius 112, 197, d 7, d 42, d 142, d 182
 - Calippus 136
 - Callisthenes d 33. — Calvillus d 23
 - M. Cano d 216
 - P. Capafus Dom. d 206
 - Cappelli Angelus d 43 Cappellus d 26
 - P. Casatus 69
 - Cassin. Jo. Dom. vi, 117, 142, 194, d 6, d 10, d 16, d 151, d 153, &c.
 - Cassin. Jacob. 25, 109, d 7, d 42, d 126, d 135, d 151, &c. d. 192.
 - Cassiodorus d 114 Cavallerius d 200
 - Censorinus 134
 - Charles Milliet 84, 128, d 223, d 280
 - Childræus d 12
 - Cicero II, VII, XVIII, 101, d 20, d 22, d 36
 - Claudianus d 115
 - Clavius 38, 111, 140, 211
 - S. Clemens Alex. II, d 29
 - Cleomedes 11 Cleostratus 134
 - a Collalto Ram. S. R. I. P. d 133
 - Confucius d 34, d 213 Conon d 115
 - Copernicus 106, 111, 129, 139, d 149, d 186
 - Cornel. a Lapide d 216, d 222
 - O. Courfier Lin. Eclips. d 6
 - P. Cysatus d 182.
 - Dantes 44 Delecampius 149
 - D. Deheram Guill. d 136, d 163
 - Dio d 37
 - Diodorus Siculus 101, d 115
 - Dionys. Halic. d 26
 - S. Dionys. Alexandrin. xiv
 - S. Dionys. Areop. d 220, d 227
 - Div ni Eust. Tab. Selen. d 129
 - Dodechinus 186
 - Doppelmayr d 125, d 195
 - Elias Schol. d 218 Empedocles d 115
 - Epigenes d 180 S. Epiphan. xv
 - Eratosthenes d 27 Eudemus d 25
 - Eudoxus d 119.
 - Fabius Pictor d 27
 - P. Feytens in Ecl. d 15

Fon-

Fontana d 128, d 158
 P. Fontanay d 147 Furnerius 31
 Galileus d 10, d 128, d 173, d 207
 Gallet d 141 www.libtool.com.cn
 Gamaliel 137
 Gassendus 31, 134, 149, 154,
 d 10, d 18, d 140, d 188, &c.
 P. Gaubril d 204
 Geminus 134, d 22
 Germanicus Cæsar 37
 Giannettasius Parthen. d 133
 P. Gianpiam. Nic. d 3. *V. Part. II. p. 87*
 D. Godin d 204
 P. Grammatici Nicas. d 7, d 12, d 83,
 d 190
 Gregor. David 101, d 5, d 8, d 11,
 d 127, d 158
 S. Gregor. Magn. d 216
 S. Gregor. Nazianz. d 218
 P. Grimaldi Fr. 23, d 129
 P. du Halle d 34, d 97
 Hallejus d 70, d 141, &c.
 du Hamel 38
 P. Hanke de Ecl. d 43
 Harduin. 86, 149, d 24
 Harpalus 134. Hausen d 71
 Hazan Is. d 39. Heinrich d 119
 Helicon Cyzic. d 36
 Heraclitus 16, d 164, d 181
 Herodotus 101, d 24, d 114
 Hevelius d 126, d 129, d 140, d 187
 S. Hieronymus d 223
 Hincmarus d 217
 de la Hire Phil. 155, d 7, d 40, d 43,
 d 116, d 163, &c.
 Hire junior d 43
 Hipparchus 37, 85, 109, 149, 158, 194,
 d 115, &c.
 Hodgeson d 208
 ad Homer. Iliad. xx, 357, all. d 214
 Horatius d 136. Horoccius d 148
 Hortensius d 150, d 170
 Huetius 111, d 219, d 222, d 227
 Hugenius d 9, d 12, d 148, d 178
 Hugo Vitoen. d 217
 Huvart 107, a d 18
 Idatius 195
 S. Jo. Chrysost. d 218
 S. Jo. Damasc. d 226
 Josephus 133, 139, 216
 de l' Isle Jacob. d 207
 de l' Isle natu minor d 150, d 187

Junctians 177, all. d 214
 S. Justinianus Laur. d 219
 P. Juency iv
 P. Katsner 95
 P. Kegler 1, 96, d 77. *Vide Obs. Parte II*
 Keplerus 15, 25, 37, 76, 100, 128, 133,
 138, 199, d 190, d 200, &c.
 Keill 22, 57, 59, 69, 129, 133, d 6,
 d 11, d 15
 Kirkius d 119, d 191, d 197
 Klimes d 43
 Langrenus d 125, d 170
 Lansbergius d 39, d 186
 P. Laval d 270
 Leibnitius 101
 Licetus 36
 Lilius Aloys. 105
 Longomontan. 89, 90, d 39
 Eq. de Louville 106, d 43, d 94, d 150
 Lucidus Jo. 105
 Lycosthenes 189
 Majerus 186
 de Mairan 38, d 159, d 164, d 166
 P. Maire Cristoph. *Vide Tab. II Par. p. 88,*
 d 99, d 143, d 188, d 196
 Malezéus 107, d 151
 Mansfeld Bust. 56, 78, 177, 215, d 187,
 d 183, &c.
 Manilius d 179
 Maraldi Jac. Phil. d 135, d 141, d 182,
 d 188, &c.
 Marianus Scotus 186
 Marinon S. C. M. Math. d 143 *inter Obs.*
 Veron.
 Marius Simon d 10
 Martianus Capella 84
 Mayerus Fr der. d 23
 Menelaus d 188
 Menetrejus d 216
 Mercurius. *Vide Hieroglyphica.*
 Mercur. Trismeg. 98
 Mezzavacca 177, &c. *Vide Tab. V.*
 Mœstlinus d 147, d 169, d 171, d 189
 du Monnier 61, d 191
 Montanari Gemin. d 128
 Mullerus d 124
 D. Muratori 16
 Mut. Vine. d 171, d 188
 Nadasi d 115
 D. Narducci Tho. *Fig. Terr. add. d 12*
 Eq. Newton Is. d 12, d 25, d 164,
 d 208, 66

Nico-

- Nicomachus 134 P. Noël 95, d 204
 Origenes d 220
 P. Orlandinus vi
 Orosius d 210 Ovidius d 20
 Co. de Pagas d 39
 P. Parenin xviii
 Pardies Gasto d 194
 Pererius d 222
 Eq. Perfectus Bern. d 226
 Petavius 189, 191, 197, 213, d 24, d 34
 Pharnaces 36. Pindarus d 21, d 161
 Pineda 3, d 216
 des Places d 204 Plato xix, d 20
 Plinius 48, 88, 90, d 20, d 25, &c.
 Pluck d 115
 Plutarchus 16, d 19, &c.
 Poëtas 16 *Vide apud Ricciol. Alm. L. V.*, c. 1
 March. Polenus Jo. 101, d 15, d 141,
 d 196, &c.
 Pontanus Is, 100 Porcius Cato d 27
 Porta Jo. Bapt. d 9
 Posidonius 7, d 115
 Proclus d 149, d 169, d 181
 Ptolemaeus Cl. 39, 98, 111, 129, d 177,
 d 190, &c.
 Pythagoras 99 d 28 Pythagorei d 180
 Ramus Petrus 125 Rapinus xix
 P. de Rebecque d 71
 Redi Franc. xxI, xxIV
 Regiomontan. 86
 D. Reinerius 38, d 7, d 39, d 189
 Reinholdus d 39
 P. Rho Jac. IV Ricci Mart. IV
 Riccius d 178 P. Richard 95
 Ricciolus 57, 71, 86, 89, 209, d 7, &c.
 Robervallius 38
 Rogacci Ben. d 227
 Rossius Leonard. d 43
 Salianus d 25
 March. Salvago d 141
 Scaliger Joseph. 140, 191, d 25
 Schall Adam iv
 Seheiner IV, 4, d 120, d 138
 Scholiaes Apollonii d 115
 Schol. Statii Plac. Laft. ad d 20
 Scyrlæus d 128 Sedulius d 218
 Segneri Senior. d 22
 Seneca 28, 29, 121, d 22, d 216
 Senec, in Thyeste all. d 215
 Sektus Empyric. 23 Sigebertus 186
 P. Simonelli viii, d 7, d 86, d 97, d 105
 Simplicius d 33 Solinus d 27
 P. Souciet 96, 216, d 34
 Sofigenes 39
 V. P. Spinola Carthus IV, 176
 Stancarius d 172
 Stesichorus d 21
 Strabo d 202
 Streete Thom. d 39
 Struychius Nic. d 226
 Sulpicius Gallus d 37
 Suidas 221 Sylveira d 222
 Syncellus 151
 Tacquet 14, 21, 25, 57, 71, 73, 87,
 125, 183, 217, d 5, &c.
 Taruntius Firmanus 199, d 37
 Tertullianus 11, 50
 Thaletis Ecl. Sol. d 23
 Theon 99
 Theophilactus d 218
 P. Thomas Anton. vi, d 203
 S. Thomas Aquin. d 222
 S. Thomas Villanov. d 219
 Timocharis d 188, d 189
 Tycho 31, 36, 49, 61, 111, 125
 Varro d 27
 Ubo Emmius 178
 P. Verbiest vi, 95
 Victor Aquit. 137
 Vieta 140
 Virgil. Maro d 2, d 216
 Vitellio 37
 Ulugh Beigh d 186
 Usserius 210, d 24
 Wallisius d 5
 Walterus d 178, d 188
 Weidler Jo. Frid. d 135
 Wendelinus 20, 25, 31, 133, d 178,
 d 188
 Wingius d 39, d 140
 Wisthon 216, d 6, d 46, d 104, d 140,
 d 145
 Wittembergius Bern. d 43
 Wolfius Christoph. 21, 113, 134, d 43,
 d 103, d 119, &c.
 Wrenius d 5
 Wurzelbaur 62, d 135, d 141
 S. Xaver. Fr. Lib. de Vita Christi vi
 Xenophanes 16
 Zaguthi Abr. d 188
 Zanotti Eust. d 119. Vid. Obs. 2 Persis.
 Zeno Stoic. d 20
 Zendrini d 142 Zoroaster d 33
 a Zumback Lotarius d 113

MEL-

MELCHIORIS A BRIGA S. J.
**NOVÆ TABULÆ
ASTRONOMICÆ
PRO PERIODICA ECLIPSIVM
HARMONIA,
AC PRO SINICARVM OBSERVATIONVM USU,**

T A B U L A I.

Motus Solis a Lunæ Nodo, & Epactæ exactiores.

Lunationes.	Grad.) min.) sec.)	tert.	Anno Bifext. post Febr. addatur unius diei recessus	Dies) hor.) min.) sec.)	tert.	Anno Sistertili post Febr. cui tunc convenit Epactæ 10, 22, 31, 53, 45, additur una dies.
Dimidia	15 20 6 59	41		14 18 22 1 34		
I.	30 40 13 56	41		29 12 44 3 7	20	
II.	61 20 27 53			59 1 28 6 15		
III.	92 00 41 50			88 14 12 9 22		
IV.	122 40 55 47			118 2 56 12 29		
V.	153 21 9 43			147 15 40 15 37		
VI.	184 1 23 40			177 4 24 18 44		
VII.	214 41 37 48			206 17 8 21 51		
VIII.	245 21 51 29			236 5 52 24 59		
IX.	276 2 5 30			265 18 36 28 6		
X.	306 42 19 27			295 7 20 31 13		
XI.	337 22 33 24			324 20 4 34 21		
XII.	8 2 47 20			354 8 48 37 28		
XIII.	38 43 1 17			383 21 32 40 35		
XIV.	69 3 15 14			413 10 16 43 43		
XV.	100 29 10 16			442 23 0 46 50		
XVI.	130 43 43 7			472 11 44 49 57		
XVII.	161 23 57 4			502 0 28 53 5		
31 Jan.	32 11 48 1			1 11 15 56 53		
59 Febr.	61 16 39 8			29 11 25 56 53		
90 Mar.	93 28 27 9			1 9 47 50 38		
120 Apr.	124 37 56 11			1 21 3 47 31		
151 Maj.	156 49 44 12			3 8 19 44 23		
181 Jun.	187 59 13 15			3 19 35 41 16		
212 Jul.	220 11 1 16			5 6 51 38 9		
243 Aug.	252 22 49 17			6 18 7 35 1		
273 Sept.	283 32 18 20			7 5 23 31 54		
304 Oct.	315 44 6 21			8 16 39 28 48		
334 Nov.	346 53 35 24			9 3 55 25 40		
365 Dec.	19 5 23 25			10 15 11 22 33		
Epochæ Primæ Columnæ.						
o Ær. Chr.	10 6 28			d. h.		
1700 Greg.	132 50 29			17 18 56 40		
1740 Bif.	186 55 40			21 13 39 15		
				14 5 33 27		
Epochæ Secundæ Columnæ.						

Pro Epochis melius consulentur Eclipses circa tempus quæsumum, v. g. d. prima Jan. an. 1741, ad Merid. Roman. h. 12, 48', 35", oppositio Ecliptica: Sol erat in 10 gr. 11, 46' 3". Nodus Lunæ Ascendens in 59 gr. 4. 17', 9".

M.

Præcedentis Prime Tab. Continuatio.

xx

Mutus Recessus Solis, & Nodi Lun.

Ephes.

Anni	Grad.)	min.)	sec."	Dies.	Hor.)	min.)	sec."
1	19	5	24"	10	15	11	23
2	38	10	47	21	6	22	45
3	57	16	10	2	8	50	5
4 Bis.	77	23	53	14	0	1	27
5	96	29	16	24	15	12	50
6	115	34	39	5	17	40	9
7	134	40	3	16	8	51	32
8 Bis.	154	47	45	28	0	2	54
9	173	53	9	9	2	30	14
10	192	58	32	19	17	41	36
11	212	3	55	0	20	8	56
12 Bis.	232	11	38	12	11	20	18
13	251	17	1	23	2	31	41
14	270	22	25	4	4	59	0
15	289	27	48	14	20	10	23
16 Bis.	309	35	30	26	11	21	45
17	328	40	54	7	13	49	5
18	347	46	17	18	5	00	27
19	6	51	41	28	20	11	50
20 Bis.	26	59	23	10	22	39	9
21	46	4	46	21	13	50	32
40 Bis.	53	58	46	22	21	18	18
60 Bis.	80	58	9	3	7	13	24
80 Bis.	107	57	32	14	5	52	33
100 Com.	133	54	36	24	4	31	43
100 Bis.	134	56	55	25			
200 Com.	267	49	13	18			
200 Bis.	269	53	51	20	19	22	
300 Com.	41	43	49	13			
300 Bis.	44	50	46	16	12	7	2
400 B. Greg.	76	40	44	9			
400 B. Jul.	79	47	43	12	3	54	41

Contra I. Tab. in Annis, & Seculis.

Recessus Solis,	& Nodi			Ephemeris.			
Anni	Grad.)	min.)	sec.	Dies	Hor.)	min.)	sec.
300 C. Greg.	310	35'	21"	31	19	42'	21"
300 Bis. Jul.	314	44	37	7			
600 C. Greg.	84	29	57	28	0	14	3
600 Bis. Jul.	89	41	32	3	11	30	00
700 C. Greg.	218	24	34	22			
700 Bis. Jul.	224	28	27	28	16	1	43
800 B. Greg.	353	21	29	18			
800 Bis. Jul.	359	35	33	24	7	49	22
900 C. Greg.	127	16	5	12			
900 Bis. Jul.	134	32	18	19	23	37	2
1000 C. Greg.	261	10	42	7			
1000 Bis. Jul.	269	29	13	15	15	24	43
2000 B. Greg.	163	23	42	16	6	49	22
2000 Bis. Jul.	178	58	27	1	18	5	19
3000 C. Greg.	64	34	24	23	22	14	3
3000 Bis. Jul.	88	27	40	17	9	30	00
4000 B. Greg.	326	47	24	3	0	54	41
4000 Bis. Jul.	357	56	54	3	12	10	38
5000 C. Greg.	227	58	6	10	16	19	22
5000 Bis. Jul.	267	26	7	19	3	35	19
6000 B. Greg.	130	10	6	19	7	44	3
6000 Bis. Jul.	276	55	20	5	6	15	57
7000 C. Greg.	31	21	48	26	23	8	44
7000 Bis. Jul.	186	24	34	20	21	40	38
8000 B. Greg.	293	34	48	6	1	49	22
8000 Bis. Jul.	355	53	47	7	0	21	16
9000 C. Greg.	194	45	30	13	17	14	3
9000 Bis. Jul.	265	23	1	22	15	45	57
10000 B. Greg.	96	58	30	22	8	38	44
10000 Bis. Jul.	174	52	14	8	18	26	35

T A B U L A II.

**Gradus correspondentes circa Nodos cum Latitudine,
& Reductione Lunæ ad Eclipticam.**

Ad Nod. Asc.		Ad Nod. Desc.		Lat. Lunæ		Reductio		Vero loco Lunæ in prima, & IV Col. subtrah: in II. & III add:.
Grad. o Col. I	II	Gradu 180 III	IV	o v	"	o vi	o	
1 359	179	181		5	15	0	14	
2 358	178	182		10	31	0	28	
3 357	177	183		15	46	0	42	
4 356	176	184		21	0	1	56	
5 355	175	185		26	14		9	
6 354	174	186		31	27		23	
7 353	173	187		36	40		36	
8 352	172	188		41	52		49	
9 351	171	189		47	3	2	2	
10 350	170	190		52	14	2	15	
11 349	169	191		57	24	2	28	
12 348	168	192		1	2	2	41	
13 347	167	193		1	7	2	53	
14 346	166	194		1	12	0	6	
15 345	165	195		1	17	3	18	
16 344	164	196		1	22	3	29	
17 343	163	197		1	28	3	40	
18 342	162	198		1	33	3	51	
19 341	161	199		1	37	4	2	
20 340	160	200		1	42	4	13	
21 339	159	201		1	47	4	24	
Gradus Argumentum Latitudinis Lunæ in Grad. sui Circuli.								
Gradus Argumentum Latitudinis Lunæ in Noviluniis gr. 5, 1°, 15" in Syzygiis.								

Inclinationis Orbitæ Lunaris ad Eclipticam gr. 5, 1°, 15" in Syzygiis.

TERMINI ECLIPSIVM

In Grad. Distantiæ ab alterutro Nodo Lunari
Pro Syzygiis Mediis.

Term. Possibiles, sed Eclipseis incertae in Noviluniis gr. 21,
Ricciol. 20, 40°.

Necessarii Ecl. Solaris certae gr. 15: Ricciol. 15, 18°.

In Pleniluniis possibiles gr. 14 $\frac{1}{2}$ } Cassino.

Necessarii Ecl. Lun. certae gr. 7 $\frac{1}{2}$ } Cassino.

Pro Syzygiis Veris, vide Tabellas II Investig. S. IX.

TA

T A B U L A . IV.

Motus Medius Relativus in Gradibus Circuli, &c.

Solis ab Asc. ☽ Nodo.					Lunæ a Sole.					☽ a ☽ Nodo.					Lunæ a Sole.					
Dies)	Gr.)	1	2	3	Gr.)	1	2	3	Hor.)	1	2	3	min.)	1	2	3	Gr.)	1	2	3
		1	2	3		1	2	3		1	2	3		1	2	3		1	2	3
1	1	2	18	58	12	11	26	42	1	0	2	36	0	30	28	37				
2	2	4	36	56	24	22	53	24	2	0	5	12	1	0	57					
3	3	6	56	54	36	34	20	5	3	0	7	47	1	31	26					
4	4	9	15	52	48	45	46	46	4	0	10	23	2	1	54					
5	5	11	34	50	60	57	13	27	5	0	12	59	2	32	23					
6	6	13	53	49	73	8	40	9	6	0	15	35	3	2	52					
7	7	16	12	47	85	20	6	30	7	0	18	11	3	33	20					
8	8	18	31	45	97	31	33	32	8	0	20	46	4	3	49					
9	9	20	50	43	109	43	0	13	9	0	23	22	4	34	18					
10	10	23	9	41	121	54	26	55	10	0	25	58	5	4	46					
11	11	25	28	39	134	5	53	36	11	0	28	34	5	35	15					
12	12	27	47	37	146	17	20	18	12	0	31	9	6	5	43					
13	13	30	6	35	158	28	46	59	13	0	33	45	6	36	12					
14	14	32	25	33	170	40	13	41	14	0	36	21	6	6	41					
15	15	34	44	31	182	51	40	22	15	0	38	57	7	37	9					
16	16	37	3	30	195	3	7	4	16	0	41	33	8	7	38					
17	17	39	22	28	207	14	33	45	17	0	44	8	8	38	6					
18	18	41	41	26	219	26	0	27	18	0	46	44	9	8	35					
19	19	44	0	24	231	37	27	8	19	0	49	20	9	39	4					
20	20	46	19	22	243	48	33	50	20	0	51	56	10	9	32					
21	21	48	38	20	256	0	20	31	21	0	54	32	10	40	1					
22	22	50	57	18	268	11	47	13	22	0	57	7	11	10	29					
23	23	53	16	16	280	23	13	54	23	0	59	43	11	40	58					
24	24	55	35	14	292	34	40	30	24	1	2	19	12	11	27					
25	25	57	34	12	304	46	7	17												
26	27	0	13	10	316	57	33	59	25	1	4	55	12	41	55					
27	28	2	32	8	329	9	0	40	26	1	7	31	13	12	24					
28	29	4	51	7	341	20	27	22	27	1	10	6	13	42	53					
29	30	7	10	5	353	31	54	3	28	1	12	42	14	13	21					
30	31	9	29	3	5	43	20	45												
60	62	18	58	6	11	26	41	30	29	1	15	18	14	44						
180	186	56	54	17	34	20	4	29	30	1	17	54	15	14	18					
365	19	5	23	25	129	37	22	37	40	1	43	52	20	19	4					
Epocham, & motus annuos										50	2	9	50	25	23	51				
vide Tab. I.										60	2	35	47	30	28	37				

T A B U L A IV.

vii

Eclips. an. XX ab an. 1730 ad 1750 ex Eph. Cl. E. Manfr. ad Mer. Bon. suppletis, &c.
Hors. a Merido computatae. Minut. correctio peti potest ex Obs. Tab. V.

Anno	JANUARIUS.	FEBRUAR.	MARTIUS.	APRILIS.
1731	D. 7 ☽ hor. 23, 11' In Mediterran. versus Syr.			
3 Solar- Eclips.				
2 Lunar-				
1732				
3 ☽				
2 ☾				
1733				
2 ☽				
2 ☽				
1734				
2 ☽ ☽ oo				
1735				D. 6 ☽ hor. 23, 19' ad Horiz. Antip.
2 ☽			
2 ☽				D. 22 ☽ hor. 12, 59' In Mari Pacif. Austral.
1736			D. 12 ☽ hor. 3, 20' Prope Groeland.	D. 10 ☽ hor. 20, 21' Austral. in In- diis.
4 ☽			
2 ☽			D. 26 ☽ total. hor. 12, 52' dig. 22, 4' Aust.	

MA-

ANNO	MAJUS.	JUNIUS.	JULIUS.	AUGUSTUS.
1731		D. 19 Lun. hor. 14, 22' dig. 2, 20' Boreal.	D. 3 ☽ hor. 18, 42' In Indiis.	
2 Solar. Eclips.				
2 Lun.				
1732		D. 8 Lun. hor. 2, 48' nobis invisibilis.		
3 ☽			
2 ☽		D. 22 ☽ hor. 9, 41' Australibus.		
1733	D. 13 ☽ hor. 6, 0' dig. 7, 37' Bor. in Dania tot.			
2 ☽			
2 ☽	D. 28 Lun. hor. 7, 59' dig. 9, 2' Austral.			
1734	D. 2 ☽ Tot. in Aft. hor. 21, 28' Bon. d. 11, 14' Aust.	♂ ♂		
2 ☽				
2 ☽				
1735				
2 ☽				
2 ☽				
1736				
4 ☽				
2 ☽				

SE-

SEPTEMBER.	OCTOBER.	NOVEMBER.	DECEMBER.
www.libtool.com.cn			D. 13 Lun. hor. 0, 16' In Horiz. Antip.
Dup. Novilun.			D. 28 ☽ hor. 13, 45' in Mari Pacifico.
		D. 17 ☽ hor. 18, 56' Austral. in Oriente.	Dup. Plenilun. D. 1 ☽ tot. hor. 10, 30' dig. 21.
		D. 6 ☽ hor. 5, 18' In Mer. Peruv.	D. 16 ☽ hor. 22, 54' Partial. Bor. 10'.
		D. 21 ☽ Tot. hor. 1, 40' Visibilis in Mo- scovia.	
	D. 26 ☽ hor. 6, 44' Total. in Amer.		
	D. 1, ☽ hor. 13, 58' dig. 6, 4 Austr.		
	Dup. Plenilun.		
	D. 15 ☽ hor. 15, 12' Int. Sin. & Am.		
D. 4 ☽ hor. 21, 11' In Mer. Persid.	D. 4 ☽ hor. 5, 48' dig. 3 in Euro- pa Occident.		Dup. Novilun.
D. 19 ☽ total. hor. 25, 36' dig. 21, 50' Bor.			

b

J A-

ANNO	JANUARIUS.	FEBRUAR.	MARTIUS.	APRILIS.
	www.libtool.com.cn			
1737			D. 1 ☽ hor. 1, 9' Tot. in Scot. Scand. &c.	
2 Solar. Eclips.		 d d	
2 Lun.			D. 16 Lun. hor. 5, 13' dig. 6, 33'	
1738		D. 18 ☽ hor. 6, 53' In America.		
2 ☽				
00 ☾				
1739	D. 24 Lun. hor. 12, 0' dig. 9, 0' Bor.	D. 7 ☽ hor. 17, 36' In Imp. Sin. Aust.		
3 ☽				
2 ☽	D. 13 ☽ total. hor. 11, 55' dig. 21, 7'			
1740				
3 ☽				
2 ☽	D. 28 ☽ hor. 8, 56' In Mar. Pac. Occ.			
1741	D. 1 ☽ hor. 12, 47' dig. 6, 31. Austral. Dup. Plenilun.	In Februario Astronomico nullum Plenili- nium.	Icerum duplex Plenilunium.	
2 ☽				
2 ☽				
1742				
2 ☽				
2 ☽				
1743				
3 ☽				
2 ☽				

Continuatio Tab. IV.

XI

MAJUS.	JUNIUS.	JUL. US.	AUGUSTUS.
	www.libtool.com.cn		D. 25 ☽ hor. 13, 13' In Mari Pacif. Austral.
		Dup. Plenilun.	D. 15 ☽ tot in medio Afric. hor. 0, 26' Bon. dig. 4, 50' Austral.
		D. 20 Lun. hor. 4, 56' In Horiz. Japon.	D. 4 ☽ hor. 4, 32' dig. 7, 52 Bor.
	D. 23 ☽ hor. 15, 2' In Mari Pacif. Orientali.	D. 8 Lun. hor. 22, 3' in- terdiu.	
	D. 13 ☽ hor. 23, 4' in Erythreo.		
D. 19 Lun. hor. 3, 37' visib. Orientali- bus.	D. 2 ☽ hor. 13, 37' In Mari Pacif.	♂ ♂	
D. 8 Lun. hor. 4, 19' Visib. in Orient.			
D. 23 ☽ hor. 6, 44' In America.			

♂ ♂

SE.

ANNO	SEPTEMBER.	OCTOBER.	NOVEMBER.	DECEMBER.
1737	D. 8 Lun. hor. 16, 22' dig. 5, 41' Boreal.			
2 Solar. Eclips.				
2 Lunar.				
1738				
2 ☽ oo ☾				
1739		Dup. Novilun.		D. 29 ☽ hor. 22, 6' Bon. dig. 1, 57'
3 ☽ 2 ☽				D. 18 ☽ hor. 11, 29' In Mari Pacific. Bot.
1740				
3 ☽ 2 ☽				
1741				D. 7 ☽ tot. hor. 18, 29' in Zona Torrida & Mari Indian.
2 ☽ 1 ☽				
1742		D. 12 Lun. hor. 0 51' apud Ant. pod.		
2 ☽				
2 ☽		D. 26 ☽ vis. hor. 18, 54' In Mari Pacific.		
1743		D. 17 ☽ exigua hor. 3, 2'	D. 17 ☽ Tot. hor. 15, 45'	
3 ☽ 2 ☽		In Europa Bot.	D. 15 ☽ hor. 19, 5'	Dup. Plenilun. Austral.

J A-

Continuatio Tab. IV.

212

ANNO.	JANUARIUS.	FEBRUAR.	MARTIUS.	APRILIS.
1744	www.libtool.com.cn			D. 12 ☽ hor. 10, 52' In Mari Pacif.
2 Solar. Eclips.				D. 25 Lun. hor. 9, 31' dig. 8, 20' Boreal.
2 Lun.				
1745				D. 1 ☽ hor. 15, 57' In extremo O- riente.
2 Sol. eo Lun.				
1746			D. 7 Lun. hor. 4, 36' dig. 9, 23' Austral.	
2 Sol.				
2 Lun.			D. 21 ☽ hor. 16, 4' In extr. Orient.	
1747			D. 9 ☽ hor. 3, 47' In Amer. Austr.	D. 10 ☽ hor. 18, 27' Visibilis in Po- lonia, Mosce- via, &c.
3 Sol.			D. 24 Lun. hor. 17, 58' dig. 20, 10' Boreal.	
2 Lun.				
1748	D. 29 ☽ hor. 17, 14' In Sinis Austr.	D. 14 Lun. hor. 1, 0' Ad Horiz. An- tipod.		
2 Sol.				
2 Lun.	D. 18 ☽ hor. 8, 1' in Zona Torrid.			
1749				
2 Sol.				
2 Lun.				
1750	D. 7 ☽ hor. 22, 32' dig. 7, 15' Austral. Total. in Afric.			
3 Sol.				
2 Lun.				

MA-

ANNO	MAJUS.	JUNIUS.	JULIUS.	AUGUSTUS.
1744				
1 Sol. Eclips.				
2 Lun.				
1745	Dup. Novilun.			
2 Sol. ee Lun.				
1746			Dup. Plenilun.	D. 30 Lun. hor. 12, 35° dig. 6, 18° Boreal.
1 Sol.				
2 Lun.				
1747				D. 5 ☽ per equinox hor. 21°, 30' In Zon. frig. Bor. • • • • • D. 19 Lun. h. 21, 20° vis. in Californ. &c.
3 Sol.				
2 Lun.				
1748			D. 25 ☽ hor. 0, 6° dig. 8, 50° Boreal.	D. 8 Lun. hor. 12, 14° dig. 5, 28°
2 Sol.				
3 Lun.				
1749	Dup. Plenilun.	D. 29 Lun. hor. 21, 45° In Horiz. Mar. Pacifici.	D. 14 ☽ hor. 1, 15° vis. In Lusitania.	
2 Sol.				
2 Lun.				
1750		D. 19 Lun. total. hor. 9, 40° dig. 16, 17° Boreal.	D. 3 ☽ hor. 7, 45° Austral. Sinus.	Dup. Novilun.
3 Sol.				
2 Lun.				

SE,

Refidum Tab. IV.

SEPTEMBER.	OCTOBER.	NOVEMBER.	DECEMBER.
	D. en 5 ☽ hor. 13, 13' In Mari Pacif. D. 21 Lun. hor. 1, 26' Nobis invisib.		
D. 25 ☽ tot. hor. 5, 26' In Zona Torrida America.			
D. 14 ☽ hor. 21, 45' Vis. in Oriente.			
			Dap. Novilum.
			D. 23 Lun. hor. 8, 43' dip. 5 Austr.
			D. 12 ☽ tot. hor. 19, 11' dig. 21, 0'
		 D. 28 ☽ hor. 7, 15' Boreal. Tartar

TA

TAB. V. Duplex Period. Egyptio-Chald. Ecl. SOLIS,

Ann. & Gr.	Mens. Astr.	Dies Astr.	Hr. a mer.	Phases.	Locus	Spectatores, vel Calculatores.
1706	Maji	11	21 31 42	Digit. 10, 58' Austral. (Arelate Totalis)	Parisiis	Hir. Jo. Dem. Cass. Maraldi in M. R.S.A. Mezzav. in Eph.
I.	Nov.	5	3 19	(Invisib. in Italia)	ad M. Bon.	
1714	Maji	22	6 48 3	Total. cum mora 2', 17". (vide 2 Part. c. 2.)	Parisiis	Maraldi. Jac. Cassini.
	Nov.	15	11 13	(circa Meridi. Antip.)	ad M. Bon.	Manfr. Eph.
1707	April.	2	6 44	(nobis post occasum)		
	Maji	1	15 7	(nobis inconspicua)		Mezzavac.
II.	Sept.	25	12 6	(circa mediam noctem)		
	Okt.	25	3 31	(non habeo istius obs.)	ad M. Bon.	
1715	April.	12	14 44	Invisibilis in Europa.		
	Maji	11	23 7	(visibilis in Grec. &c.)		Manfr. Eph.
	Okt.	5	19 18	(vis. in Tartar. Orient.)		merid.
	Nov.	4	11 10	(Boreal. ultra Californ.)		
1708	Mart.	21	19 10	(in Indiis Austral.)	ad M. Bon.	Mezzavac.
III.	Sept.	23	19 37 41	(fuit part. ad Bor.)	Parisiis	Hire in Mem. R. S. Acad.
1716	Apri.	2	3 17	(visib. in Amer. Merid.)		Manfr. Eph.
	Sept.	25	5 35	(Total. in Nova Francia & Africa Occid.) erat dig. 6, 15' Aust.		mer. Jac. Cassini in M. R. S. Ac.
IV.	Mart.	11	0 31	(partial. Austral.)		Mezzavac.
	Sept.	3	19 15	(Orientalibus)		
1717	Mart.	22	8 36	(Nobis noctu)		
	Sept.	14	19 50	(Total. in Africa, &c.) dig., 6, 15' Aust.	Romæ	Blanchin. in Observat.
V.	Febr.	28	0 26	partial. Boreal. (sed Coe- lum Nubilum)		Mezzavac.
	Aug.	24	6 37	(post Occasum)	ad M. Bon.	
1728	Mart.	10	8 41	(visib. in Mari Pacifico Occid. Boreali)		Manfr. Eph.
	Sept.	3	13 53	(visib. in Mari Pacifico Orientali Austr.)		mer.
VI.	Febr. Julii	17	2 10	(visib. in region. Boreal.)	ad M. Bon.	Mezzavac.
		15	7 45 50	(prope Horizontem di- git. 6, 40')	Parisiis	Hire in Mem. R. Sc. Acad.
1729	Febr. Julii	27	10 35	(in Mari Pacif. Occid.)	ad M. Bon.	Manfr. Eph.
		25	14 36	(in Mari Pacif. Orient.)		mer.

Ann. & Gr.	Mens.	Dies Astr.	Hor. a mer.	"	Phases	Locus	Spectatores, vel Calculatores.
1706	April.	27	14 53	"	Dig. 5, 52' (<i>Austral.</i>) Fin. h. 3, 30'	Parisiis	D. <i>Laſſ.</i> <i>Mar-</i> <i>rald.</i> <i>Hire</i> in M. R. S. A.
I.	Okt.	21	8 11	"	Latebant dig. ferè 8 <i>Bor.</i> (<i>Invisibilis</i> in <i>Europa.</i>)	Cast. Gand.	<i>Blancbinus</i>
1724	Maji	7	20 57	"	Obſc. dig. 7, 18' (<i>ad Bor.</i>)	Parisiis	D. <i>Maraldi</i>
1707	April.	16	12 34	"	Init. umb. merè [Tot. cum mora] Fin. umb. merè h. 16, 28' 45"	Rome	<i>Blancbin.</i> in Obſervat.
II.	Okt.	10	23 47	"	(<i>Invisib.</i> in <i>Europa</i>)	ad M. Bon.	<i>Mezzavac.</i>
1725	April.	26	21 30	"	(<i>Nobis interdiu</i>)	"	"
	Okt.	21			Total. ferè central. Pe- kini, & Rome Obs.		Vid. a Part. cap. 1.
1708	April.	4	18 8	"	(<i>Nobis orte jam Soie</i>)	ad M. Bon.	<i>Mezzavac.</i>
Sept.		29	8 47	"	Initium [<i>Part. Austral.</i>] finis h. 11, 10'	Rome	<i>Blancbin.</i>
III.							
1726	April.	16	4 16	"	(<i>Nobis ante Solis oc-</i> <i>calum</i>)	ad M. Bon.	<i>Manfredi</i>
	Okt.	10	17 44	"	dig. 6, ad <i>Australum</i> præ- dicebantur.		
1709	o o	o	o o o	"			
IV.	o o	o	o o o	"			
1727	o o	o	o o o	"	Nullum per hos annos Lunæ deliquium.		
	o o	o	o o o	"			
1710	Febr.	13	11 14 29	"	Dig. 10 ÷ prædicban- tur ad <i>Australum</i> .	ad M. Bon.	<i>Mezz.</i> <i>Eph.</i>
V.	Aug.	8	22 55	"	(<i>Nob. circa mer. invis.</i>)		
1728	Febr.	24	20 "	"	Max. obſcur. dig. 9, 51' <i>Aust.</i> -prædic. sub <i>Hor.</i>	Bonon.	a <i>Manfred.</i>
	Aug.	19	11 2	"	Init. (<i>Partial. ad Bor.</i>)	Pekini	relata in Traniach.
					Finis h. 14.		
1711	Febr.	3	1 16	"	(<i>Invis. in Europa</i>)	ad M. Bon.	<i>Mezzavac.</i>
Julii		29	7 53 17 ÷	"	Tot. Tycho extra umb. (Fuerat tot. sub nub.)	Rome	<i>Blancbin.</i> in Obſervat.
VI.							
1729	Febr.	13	7 44 22	"	In. (<i>Tot.</i>) Fin. 11, 20' 41"	Rome	<i>P. Hor. Burg.</i>
	Aug.	8	12 1 0	"	In. (<i>Tot.</i>) Fin. 15, 38, 0		vide a Part.

Ann. & Gr.	Mens.	Dies	Hor.	Phases	Locus	Spectator. vel Calculator.
1712 VII.	Jan.	7	22 21	(In Mari Indico)	Mezzavac.	
	Jul.	3	12 1	Bor. in Mar. Pacif. Occid.)		
	Dec.	27	14 18	(in Mari Pacif. Orient.)		
1730 VII.	Jan.	18	7 28	(nobis inconspicua)	Witember.	Jo. Frider.
	Jul.	14	16 10	Dig. 6, 75 ^o (Austral.)		We'dler.
1713 VIII.	Jun.	22	12 10	(circa medianam noctem)	Mezzavac.	
	Dec.	17	5 12	(In America Meridion.)		
1731 VIII.	Jan.	7	23 11	(In Africa)	ad M. Bon.	
	Jul.	3	18 42	(Ad Merid. ultra Gang.)		
	Dec.	29	7 &c.	Annularis. V. 2 Part. c. 2.		In Sinis
1714 IX.	Jun.	11	17 34	(Ad Merid. Sinar. h. 24)	ad M. Bon.	Mezzav.
	Nov.	6	21 42	(Ad Merid. Perfidis)		
	Dec.	6	14 55	In Mari Pacif. Oriente.		
1732 IX.	Jun.	22	0 41	(In Africa)	ad M. Holm.	
	Nov.	17	18 56	(Inv. sibilis Europe)		
	Dec.	16	23 1	Max. Obscurat. Bor. dig. 1, 47 ^o prædicebatur		
1715 X.	Maji	3	21 10 54	Total. cum Mora 3 ^o , 22 ^o .	Londini	Louville, Halley.
	Oct.	26	21 38	(Omiss. in Ephem. Manfr.)		
1733 X.	Maji	13	7 14 46	Total. cum mora 2 ^o , 8 ^o . Emer- sio cœpit h. 7, 16°. 54 ^o .	Gothemb. in Svetia	D. Börger- Vis. n. 439- Trans. A. g. Manfr. Eph.
	Nov.	6	5 18	(Nobis contigit post occas.)		
1716 XI.	Apr.	21	15 11	(Omiss. in Eph. Manfr. sed vis. in Mar. Pacif.)	ad M. Mess.	
	Oct.	14	22 54	(Tot. in Afr. ex typo Manfr.) invisib. Italizæ		
1734 XI.	Maji	2	23 24	Dig. 3, 42 ^o Austr. prædice- bant (Tot. in Africa)	ad M. Mess.	Manfr. Eph.
	Ost.	26	6 44	(Total. in Mari Indico)		
1717 XII.	Apr.	11	5 24	(Omiss. in Eph. Manfr. Eu- ropæ invisib.)	Ex Leg. nec stræ Inve- stig. I, c. 8.	
	Ost.	4	7 9	(Om. ib., Ital. post Occ. ②)		
1735 XII.	Apr.	22	12 59	(In Mari Pacif.)	ad M. Bon.	Manfred.
	Ost.	15	22 19 2	V. Iconism. VI, Fig. 17.		In Sinis. P. Simonel.

Ann. & Gr.	Mens.	Dies.	Hor.	Phases	Locus	Spectat. vel Calculatores
1712	Jan. Jul.	23 17	7 10 30pm	Obsc. dig. 3, 40' (Boreal.) (Nobis interdiu)	Parisiis ad M. Bon.	in M.R.S.A. Mezzavac.
VII.
1730	Febr. Jul.	2 29	16 34 4 49	Max. obsc. dig. 3, 22'. Bor. præd. (Nob. invisib.)	ad M. Bon.	Manfredi.
1713	Junii	8	8 16	Finis (fuit partial. Boreal.)	Bononiæ	Manfred. in M. R. S. A.
VIII.	Dec.	1	15 36 49	Dig. 4, 56' (Austral.)	Parisiis	Mar. & Cas.
1731	Junii Dec.	19 13	14 35 16	Max. Obscur. prædicebatur Dig. 2, 20' Boreal. (Nobis circa merid. invis.)	ad M. Bon.	in M.R.S.A. Manfr. Eph.
1714	Maji Nov.	28 21	19 28 1 47	(Nobis per diem) (Nobis invisib.)	ad M. Bon.	Manfr. Eph. Mezzavac.
IX.
1732	Junii Dec.	8 1	11 45 9 8 50	(Fin. post tot. obsc.) viderunt Timmers. tot. Em. cœpit h. 10, 48', 27". Dur. Imm. 57', 22" Em. 58', 28". Tot. h. 3, 35', 37".	Pekini Parisiis	Acad. Imp. Jo. D. Cas.
1715	Maji Nov.	18 10	0 49 15 13 51	(Nobis circa merid.) Init. Fin. h. 18, 1', 13". (Max. obsc. visa a D. Planude Montepess. h. 8, 45') Bor.	ad M. Bon. Massiliæ	Mezzavac. P. Fevillec. O. Minim. in R. S. Ac.
X.
1733	Maji Nov.	29 21	14 38 7 15	Obsc. ad Auf. Eur. dig. 8, 24'. In. Fin. h. 10, 4, 30" præcess. max. obsc. dig. 8, 54' Bor.	Pekini	V. a Part.
1716	o o	o	o o	.	.	.
XI.	.	.	.	Luna per hos annos Tellu- ris umbram non est in- gressa.	.	.
1734	o o	o	o o	.	.	.
1717	Mart. Sept.	26 20	15 16 8 10 45	Dig. 7, 17' Boreal. Fin. (præcess. max. obscür. dig. 7 1/2 Austral.)	Parisiis	in M.R.S.A.
XII.	Norimber.	Wurzelbau.
1735	April. Oct.	6 1	23 19 13 35 35	Europæ inconspicua. Max. obsc. dig. 6, 10' (Pa- ris. h. 3, 38', 58"). Dig. 6, 24' Austral.)	ad M. Bon. Thuriis Parisiis	Idem ibid. Jo. D. Cas. in M. R. S. A. Le Monier.

S^equitur Tab. V. Eclips. SOLIS,

Ann. & Grad.	Mens.	D.	Hor.	Phases	Locus	Spectator. vel Calculatores.
1718	Mart.	19	35	Sum. obfc. dig. 2, 53' Bor.	Berolini	Will Vag. s. in A. St. Eras. L. Munfr. Eph.
XIII.	Aug.	29	13 22	Post nostram med. noctem. Visib. in Mosc. & Tartar. ex Ephem. Manfredii.	ad Mer. Bon.	
1736	Mart.	12	3 20	In Zona frig. Bor. ult. Groel. (Ad Mer. Indiar. Austral.)	ad Mer. Bon.	Manfredi.
	Apr.	10	20 21	(hor. 24 ad merid. Persid.)		Jac. Cass. in Memor.
	Sept.	4	21 11	Dig. 3, postea nubes.	Parisiis	
	Okt.	4	5 28			
1719	Febr.	18	19 6 20	Erat 4 dig. ad Ort. hybern. Fin. hor. 7, 34', 50". (In America Meridion.)	Romæ	Blancini. in Observ.
XIV.	Aug.	15	5 45		ad Mer. Bon.	Eph. Manfr.
1737	Mart.	1	4 48 58	Max. Obfc. dig. 8, & amplius Bor. post Occ. ex præc. obs.	Patavii	M. Poleni
	Aug.	25	13 13	In Mari Pacif. Orient. Aust.	ad Mer. Bon.	Manfr. Eph.
1720	Febr.	7	22 40	(Nobis ante Solis Ortum)	ad Mer. Bon.	Manfr. Eph.
XV.	Aug.	3	17 22	In Europa finem vidit.	Berolini	Kirkia Misc.
1738	Febr.	18	6 53	(Nobis post Occas. Solis)	ad Mer. Bon.	Manfr. Eph.
	Aug.	15	• 30	Max. Obfc. dig. 3, 15' Aust. (Total. in Africa)	Viennæ	D. Marinon Taq. obs. Ver.
1721	Jan.	27	9 0	(In Mari Pacif. Occid.)	ad Mer. Bon.	Manfr.
	Jun.	24	6 45	Dig. 1. Coram Rege in Pa- latio Luparæ.		Maraldi in M. R. S. A.
XVI.	Jul.	23	22 2	(Invisib. Italæ) visib. in region. Boreal.	Parisiis	
	Dec.	18	13 11	(Nobis invisibilis)		
1739	Febr.	7	17 36	(Europæ invisib.)		Ex Ephem.
	Aug.	4	5 43	Dig. 7, 4' Bor. Fin. hor. 6, 39', 21".	Romæ	P. Burgund.
	Dec.	29	23 6 40	Init. (Max. Obfc. dig. 1, 15') Fin. h. 21.58', 47' Bor.	Neapol'	Sine Nomine
1722	Jan.	17	0 8	(Visib. in Africa Merid.)		
XVII.	Jun.	13	8 23	(Ad merid. Insul. Salom.)	ad Mer. Bon.	Manfred.
	Dec.	8	2 51 3	(Tot. in Afr.) dig. 6, 12' Aust.	Versaliis	M. R. S. Ac.
1740	Jan.	28	8 56	(In Mari Pacif. Occident.)		
	Jun.	23	15 2	(In Mari Pacif. Orient.)		
	Dec.	28	11 29	Bor. in Oceano Pacif. Occ.		
1723	Jun.	2	16 0	(Ad Merid. Novæ Guinæ)		
XVIII.	Nov.	27	10 16	(In Mari Pacifico Occid.)	ad Mer. Bon.	Manfr. Eph.
1741	Jun.	12	23 4	(In Africa Australi)		
	Dec.	7	18 29	Ad merid. Regni Siam)		

Et Lunæ.

XXI

Ann. & Grad.	Mens.	D.	Hor.	Phases	Locus	Spectator. vel Calculatores.
1718	Mart. Sept.	16 9	6 42 13	Fin. i. cl. (fuit tot. cum mor.) Init. Ecl. tot. imm. h. 7.47.50 Init. Emersonis 9.33.20 Fin. Eclipsis 10.38.51	Ravennæ Bononiæ	Nad. T. I. Noviſ. Eph. M. Obs. Manfr.
XIII.	
1736	Mart. Sept.	26 19	11 32 10 47 7	Imm. tot. Emer. cœpit h. 13.11.29 Ia. Ecl. tot. imm. 14.51.11 Immers. cœpit 16.37.58 Fin. Eclipsis 17.42.5	Leodii Patavii	P. Maire in M. R. S. Ac. M. Poleni
1719	Mart.	5	20 32	Med. sub Horiz. cum dig. 7, 6, 4 " Aust. promittebat	Bononiæ	Manfr. Eph.
XIV.	Aug.	29	8 32 32	Med. dig. 4, 39' (Bor.)	Paris. Spec.	Jo. Caffini in M. R. S. Ac.
1737	Mart. Sept.	16 8	11.56 14.50	Obſc. ad Aust. dig. Eur. 6.36' Init. Eclips. h. 16, 10', 11" Dig. 6 Bor.	Pekini Bononiæ	P. Kegl. vid. 2 Part. Rev. & Matb.
1720	• •	○ ○	• •			
XV.	• •	• •	• •	Nullum Lunæ deliquium.		
1738	○ ○	○ ○	○ ○			
1721	Jan. Jut.	13 8	5 12 21 27	Finis (fuit partial. ad Bor.) Europæ interdiu	Oeniponte ad Mer. Bon.	PP. Soc. Jesu. Manfredi.
XVI.						
1739	Jan. Jul.	24 20	10 34 9 41	Init. Fin. h. 12, 23' 30" (fuit partial. ad Boream.) Init. Eclips. (total.) Fin. Ecl. h. 12, 49' 29"	Neapol. Sincæ in Co-chinchina	Petr. Martini vid. 2 Part. P. Siebert v. 2 Partem.
1722	Jan. Jun.	2	12 15 12 16 20	Finis (fuit Totalis) Init. Fin. 15, 36', 45" (fuit Totalis)	Pekini Parisii Oeniponte	P. Keg. T. I. Eph. Manfr. J. P. Marald. P. Nic. Gram.
XVII.	Dec.	22	5 36 30	Fin. (fuit partial. ad Aust.)		
1740	Jan. Jul.	14 8	4 13 22 3	Init. imm. Tot. h. 5, 16', 15" Invisib. in Europa.	Pekini ad Mer. Bon.	V. 2 Part. Manfr. Eph.
1723	○ ○	○ ○	○ ○	Nullus hoc Anno Lunæ defectus.		
XVIII.						
1741	Jan.	2	6 5 40	Init. (fuit Partial. Aust.) In Ital. die 1. circa medium noctem sequentem.	Pekini	Vid. 2 Part. hujus Oper.

Novem Periodi Ägyptio-Chaldaicæ sese immediatè consequentes.

Ordo Per.	Num. Lun.	Anno	Mens.	Die	H. & m. a Mer.	Quantitas Eclips.	Observatores, vel Calcu- latores
I.	223	1739 IV Bifs.	Jan.	24	11 58 45	Dig. 7. ferè Bor.	Nœpoli Petr. Martini. Vid. 2 Part. c. 1.
II.	446	1721 V. Bifs.	Jan.	13	3 44	Dig. 7. 20' Bor.	OEniponte a N.N. Petr.
III.	669	1703 III. Bifs. quia	Jan. ann.	2	19 3 40 1700 non	Dig. 7. 18' Bor. fuit B.	Paris. De la Hire.
IV.	892	1684 V. Bifs.	Dec.	21	11 18	Dig. 9. 3 q. Bor.	Ephem. Argoli.
V.	1115	1666 IV. Bifs.	Dec.	11	3 11	Dig. 8 ferè	Ex calc. ad Mer. Rom. ab Arg. non notata.
VI.	1338	1648 V. B.	Nov.	29	18 57	Dig. 9. ÷	Ephem. Argoli.
VII.	1561	1630 IV. Bifs.	Nov.	19	14 25	Dig. 9. 27'	Ingolst. P. Arget. omisso a Magino.
VIII.	1784	1612 V. B. 1594 Detracti	Nov. Oct. 10 d.	8	10 7 ÷	Dig. 9. 3 q.	Macai P. Julius de Alen.
IX.	2007	1576	Oct.	28	18 48	Dig. 9. ÷ Bor.	Gœsz Lansbergius.
				7	11 32	Correktio nis, 1582.	Uraniburgi Tycho.

TAB. VII. Anni Periodici sine Lunae Defectibus.

1525	In Veter. Ephemer. no atur {Luna deliq. d. 4 Jul. & 29 Decemb. (style novo si tunc fuisset in vnu d. 7 Jan. sequentis), h. 10, 3 q. ad Merid. Ulmæ.
I	
1543	○ ○)
II	
1561	○ ○)
III	
1579	○ ○)
IV	
1597	○ ○) Per hos annos Luna in umbram Terrestrem non incidit, quia in oppositionibus dilitantia a No- do major erat 15 grad. : etiam a. 1699, 15 April. quando praeterea Latitudo Lunae Au- stral is major fuit aggregato semidiametrorum umbrae Terr. & Lunae ubique Terrarum.
V	
1615	○ ○)
VI	
1633	○ ○)
VII	
1651	○ ○)
VIII	
1669	○ ○)
IX	
1687	○ ○)
X	
1705	○ ○)
XI	
1723	○ ○)
XII	
1741	Redit Luna deliq. d. 2 Januar. (28 Decemb. præced. style Julianus)

T A B U L A VIII.

XXIX

Parallelismus Eclipsum LUNÆ in principio, & fine Periodi 179 ann. Lun.

Exemp.	Anni	Mens.	D.	Hor. & min.	Spec. & Quant. Ecl.	Ex Observation. vel Tabulis
I	1547	Maj.	4	10 p. m. 27	Dig. 8	Ex Tab. Alphons. VV. EE.
	1721	Jan.	13	3 p. m. 47	Dig. 7, 20 ^o Bor.	Bon. Merid. ex var. Observ.
II	1549	Apr.	12	3 mat. 19	Dig. 2	Ulm. ex Alph. Tab. vet. Eph.
	1722	Dec.	22	4 p. m. 16	Dig. 6, 20 ^o Aust.	OENip. a P. Grammatici.
III	1551	Feb.	20	8 p. m. 21	Total. cum mot.	Ex Alphons. Tab. VV. Eph.
	1724	Okt.	31	16 p. m. 32	Dig. 7 $\frac{1}{2}$ Bor.	Ingolstadt. P. Grammatici.
IV	1555	Jun.	4	3 mat.	Totalis	Wittemberg. apud Reinh.
	1729	Febr.	13	9. 3 q. p.m.	Totalis	Flor. ex Observatione.
V	1560	Mart.	12	4 mat. 33	Dig. 3 ferè	Lovanii Corn. Gemma L. II.
	1733	Nov.	21	1 vesp. 40	Nobis invisibil.	Ex Eph. Manfredi.
VI	1565	Nov.	7	12 p. m. 46	Dig. 11, 46	Ex Tab. Prut. ad M. Antwerp.
	1739	Jul.	20	4 p. m. 56		Ex Eph. Manfr.
VII	1569	Mart.	7		Totalis	Lov. a Corn. Gemma L. II.
	1742	Nov.	22	circa merid.	Nobis invisibil.	Ex Ephem. Manfredi.
VIII	1572	Jun.	25	9 p. m. 6	Dig. 6, vel 8	Ex Moestl., & Corn. Gemma.
	1746	Mart.	7	4 p. m. 36	Invisibilis	Ex Ephem. Manfr.
A	1543		B	1747		C 1550) fine ulla Eclipsi Lun.
	1716			1720		1723)

T A B U L A IX.

Parallelismus Eclipsum SOLIS in principio, & fine ejusd. Per. 179 ann. Lun.

Exemp.	Anni	Mens.	D.	Hor. & min.	Spec. & Quant. Ecl.	Ex Observation. vel Tabulis
I	1544	Jan.	24	8. 53 ^o p. m.	Dig. 10	Lov. a Gem. Fr. c. 18. Rad. Ast.
	1717	Okt.	4	7. 9 p. m.	Tot. in Am. Sep.	Ex Typo Manfrediano.
II	1545	Jun.	9	4 mat.	D. 4, 40 ^o	Lov. Gem. Kris. c. 15. Rad. Ast.
	1719	Febr.	19	5 p. m.	Dig. 7, 15 ^o	Illata ex obs. Ill. Blanchini.
III	1560	Aug.	21	circa merid.	Tot. cum mora	Conimb. a Clav. c. 4. in Sph.
	1734	Maij	3	9 $\frac{1}{2}$ mat.	Totalis in Afr. Vix. 20 ^o Ulyssipone.	
IV	1563	Jun.	20	4. 50 ^o p. m.	Dig. 8 $\frac{1}{2}$	Ex Ephem. Joann. Stadii.
	1737	Mart.	1	5 p. mer.	Dig. 4 $\frac{1}{2}$ Bor.	Senis ex Observatione.
V	1567	Apr.	9	circa mer.	Annularis Rom. a Clavio loco citato.	
	1740	Dec.	18	18 $\frac{1}{2}$ p. m.	Invisib. Europe Ex Ephem. Manfredi.	

T A B U L A X.

Novae, ac Majores Eclipſium Periodi continuatā
Serie per Undecim annorum millenaria
ex Primā Nostrā Tabulā ſupputatꝝ.

Ordo Pe- riod.	Anni Ju- lianī	Dist. pr. No- do in fine ann. Jul.	Ecliptæ, vel Complemen- ta.				Distant. ab eod. No- do in fine ann. Lun.	Anni Lu- nares.
			Gr.	"	D.) H.)	"		
I	521	0 49 23 0	3	11	11		0 57 39	537
II	1042	1 38 46 0	6	32	16		1 55 44	1074
III	1563	2 28 9 0	9	33	33		2 52 40	1611
IV	2084 B	4 19 52 0	11	15	16		3 50 39	2148
V	2605	5 9 15 0	8	4	5		4 48 18	2685
VI	3125	5 58 38 0	4	52	54		5 45 58	3222
VII	3647	6 48 1 0	1	41	44		6 43 38	3759
VIII	4168 B	8 39 43 0	22	30	33		7 41 17	4295
IX	4689	9 29 6 0	19	19	22		8 38 2	4833
X	5210	10 18 30 0	16	8	11		9 36 30	5370
XI	5731	11 7 33 0	12	57	0		10 34 1	5907
XII	6252 B	12 59 35	1	9	45	49	11 31 55	6444
XIII	6773	13 49 8	1	6	34	38	12 29 44	6981
XIV	7294	14 38 21	1	3	23	31	13 27 14	7518
XV	7815	15 27 44	1	0	12	16	14 24 53	8055
XVI	8336 B	17 19 27	1	21	1	5	15 22 54	8592
XVII	887	18 8 50	1	17	30	54	16 21 2	9129
XVIII	9378	18 58 12	1	14	38	43	17 17 53	9666
XIX	9899	19 47 36	1	11	27	32	18 15 32	10203
XX	10420 B	21 39 18	2	8	16	21	19 13 12	10740
XXI	10941	22 28 41	2	4	59	11	20 12 10	11277
XXII	11462	23 18 3	2	1	54	0	21 8 30	11814

TAB. XI. Conversionis Eclipticorum Digitorum.

Europæ in Sinicos

Sinicorum in Europæos

Digit. Europ. toporū	Collectio min. Eu- ropæorū	Dig. Sinen. Collectio min. Si- nen.	Digit. Sinen. Collectio min. Si- nen.	Digit. Europ. Collectio min. Eu- rop.				
I	60	5	50'	I	60'	I	12	72'
II	120	I 40	100	II	120	II	24	144
III	180	II 30	150	III	180	III	36	216
IV	240	III 20	200	IV	240	IV	48	288
V	300	IV 10	250	V	300	VI		360
VI	360	V	300	VI	360	VII	12	432
VII	420	V 50	350	VII	420	VIII	24	504
VIII	480	VI 40	400	VIII	480	IX	36	576
IX	540	VII 30	450	IX	540	X	48	648
X	600	VIII 20	500	X	600	XII		720
XI	660	IX 10	550					
XII	720	X	600					

TABULA XII. Conversionis Minutorum.

Europæor. in Sinica

Sinicor. in Europ.

Min. Sec.	,	"	Min. Sec.	,	"
1	0	50	1	1	12
2	1	40	2	2	24
3	2	30	3	3	36
4	3	20	4	4	48
5	4	10	5	6	
6	5		6	7	12
7	5	50	7	8	24
8	6	40	8	9	36
9	7	30	9	10	48
10	8	20	10	12	0
20	16	40	20	24	0
30	25	00	30	36	0
40	33	20	40	48	0
50	41	40	50	60	0
60	50	0	60	72	0

T A B U L A XIII.

www.libtool.com.cn
 Digi^t Ecliptici Europæi actualis Obscurationis cum Scrupulis
 circuli maximi: sive apparentis Diam. Luminarium comparati.

Diamet. ○ & C	29'	29 $\frac{1}{2}$	30'	30 $\frac{1}{2}$	31'	31 $\frac{1}{2}$
Dig. de- ficientes	' "	' "	' "	' "	' "	' "
I	2 25	2 27 $\frac{1}{2}$	2 30	2 32 $\frac{1}{2}$	2 35	2 37 $\frac{1}{2}$
II	4 50	4 55	5 0	5 5	5 10	5 15
III	7 15	7 22 $\frac{1}{2}$	7 30	7 37 $\frac{1}{2}$	7 45	7 52 $\frac{1}{2}$
IV	9 40	9 50	10 0	10 10	10 20	10 30
V	12 50	12 17 $\frac{1}{2}$	12 30	12 42 $\frac{1}{2}$	12 55	13 7 $\frac{1}{2}$
VI	14 30	14 45	15 0	15 15	15 30	15 45
VII	16 55	17 12 $\frac{1}{2}$	17 30	17 47 $\frac{1}{2}$	18 5	18 22 $\frac{1}{2}$
VIII	19 20	19 40	20 0	20 20	20 40	21 0
IX	21 45	22 7 $\frac{1}{2}$	22 30	22 52 $\frac{1}{2}$	23 15	23 37 $\frac{1}{2}$
X	24 10	24 35	25 0	25 25	25 50	26 15
XI	26 35	27 2 $\frac{1}{2}$	27 30	27 57 $\frac{1}{2}$	28 25	28 52 $\frac{1}{2}$
XII	29 0	29 30	30 0	30 30	31 0	31 30

Eclipticorum Digitorum minuta, seu partes sexagesimæ.

Digitor. minuta.						
I	" 2 25	" 2 27 $\frac{1}{2}$	" 2 30	" 2 32 $\frac{1}{2}$	" 2 35	" 2 37 $\frac{1}{2}$
V	12 5	12 17 $\frac{1}{2}$	12 30	12 42 $\frac{1}{2}$	12 55	13 7 $\frac{1}{2}$
X	24 10	24 35	25 0	25 25	25 50	26 15

Atque ita de ceteris, ut retentis superioris Tabulae numeris mutentur
 notæ fractionum in speciem proximè minoram, idest Minuta Prima
 in Secunda, Secunda in Tertia.

Cor-

Continuatio ejusdem Tabula XIII.

Diamet. ∅ & C	32'	32' ÷	33'	33' ÷	34'
Dig. de ficientes	,	,	,	,	,
I	2 40	2 42 ÷	2 45	2 47 ÷	2 50
II	5 20	5 25	5 30	5 35	5 40
III	8 0	8 7 ÷	8 15	8 22 ÷	8 30
IV	10 40	10 50	11 0	11 10	11 20
V	13 20	13 32 ÷	13 45	13 57 ÷	14 10
VI	16 0	16 15	16 30	16 45	17 0
VII	18 40	18 57 ÷	19 15	19 32 ÷	19 50
VIII	21 20	21 40	22 0	22 20	22 40
IX	24 0	24 22 ÷	24 45	25 7 ÷	25 30
X	26 40	27 5	27 30	27 55	28 20
XI	29 20	29 47 ÷	30 15	30 42 ÷	31 10
XII	32 0	32 30	33 0	33 30	34 0

Eclipticorum Dig. min. seu partes sexagesimæ.

Digitor. minuta.					
I	" 2 40	" 2 42 ÷	" 2 45	" 2 47	" 2 50
5	13 20	13 32 ÷	13 45	13 57 ÷	14 10
10	26 40	27 5	27 30	27 55	28 20

T A B U L A X I V.

Comparatio Anguli facti in Disco Terr. ab Axe Aequatoris, &
Ecliptice, juxta istius triplicem Obliquitatis hypothesim
seu varietatem.

Gr. 23. 30' Gr. 23. 29' Gr. 23. 28'
I II III

Sig.	Gr.	Gr.) min.) sec.	Gr.) min.) sec.	Gr.) min.) sec.	Gr.) min.) sec.	Gr.	Sign.
V. Δ	0	23 30 0	23 29 0	23 28 0	23 27 0	30	
1	23 29 48	23 28 48	23 27 48	23 27 48	29		
2	23 29 13	23 28 13	23 27 13	23 27 13	28		
3	23 28 17	23 27 17	23 26 17	23 26 17	27		
4	23 26 57	23 25 57	23 24 57	23 24 57	26		
5	23 25 13	23 24 13	23 23 13	23 23 13	25		
10	23 10 52	23 9 52	23 8 52	23 8 52	20		
15	22 46 56	22 45 58	22 44 59	22 44 59	15		
20	22 13 28	22 12 30	22 11 33	22 11 33	10		
25	21 30 29	21 29 32	21 28 37	21 28 37	5		
30	20 38 3	20 37 10	20 36 16	20 36 16	0	X	
♀ m ↗	5	19 36 17	19 35 25	19 34 34	19 34 34	25	
10	18 25 20	18 24 30	18 23 42	18 23 42	20		
15	17 5 25	17 4 39	17 3 54	17 3 54	15		
17	16 31 3	16 30 17	16 29 33	16 29 33	13		
20	15 36 54	15 36 12	15 35 36	15 35 36	10		
23	14 39 51	14 39 10	14 38 30	14 38 30	7		
25	13 0 13	13 59 35	13 58 56	13 58 56	5		
30	12 15 57	12 15 21	12 14 48	12 14 48	0	Ω	
□ + ↗	3	11 10 0	11 9 29	11 8 58	11 8 58	27	
5	10 24 45	10 24 16	10 23 46	10 23 46	25		
10	8 27 31	8 27 7	8 26 44	8 26 44	20		
13	7 14 42	7 14 22	7 14 2	7 14 2	17		
15	6 25 15	6 24 57	6 24 39	6 24 39	15		
17	5 35 11	5 34 55	5 34 39	5 34 39	13		
20	4 19 5	4 18 52	4 18 12	4 18 12	10		
22	3 27 47	3 27 16	3 27 8	3 27 8	8		
25	2 10 13	2 10 6	2 10 0	2 10 0	5		
26	1 44 14	1 44 9	1 44 4	1 44 4	4		
27	1 18 13	1 18 10	1 18 6	1 18 6	3		
28	0 52 10	0 52 8	0 52 5	0 52 5	2		
29	0 26 6	0 26 5	0 26 3	0 26 3	1		
30	0 0 0	0 0 0	0 0 0	0 0 0	0	0	

Angulus ad Occas. Axi Aequatoris quando Sol tendit a Solsticio Hiberno ad Aestivum: ad Orsum quando Sol tendit a Solsticio Aestivo ad hibernum.

T 4.

Synopsis Doctrinæ Hallejanæ de Mercurii Transitu
ante Solis Discum.

www.libtool.com.cn

Dist. min. centror.	Semiduratio in Sole				
	Autumne	ad Ω	Vere	ad Ω	min.
Min. dist.	Hor.	min.	Hor.	Hor.	min.
0	2	44 \div	4		0 \div
1	2	44	4		0
2	2	43	3		58 \div
3	2	41 \div	3		56
4	2	39 \div	3		53
5	2	36 \div	3		48 \div
6	2	33	3		43
7	2	28 \div	3		36
8	2	23	3		28
9	2	17	3		18 \div
10	2	10	3		7
11	2	1	2		54
12	1	51	2		28
13	1	39	2		19
14	1	31	1		55
15	1	24	1		21 \div
15 \div	0	50	0		56
16	0	30	0	0	0
Diametri	Solis 31°, 34' ♦ 12"			Solis 31°, 54' ♦ 13" \div	
	An.) d.) h.) m.)	Differ. Vic		An.) d.) h.) m.)	Differ. Vic
Periodi, sive Reditus ante Solis Discum	6. 8. 17. 25 . 30. 50" Bor. 7. 6. 21. 58 . 12. 47 Aust. 13. 2. 17. 34 . 8. 3 Bor. 46. 1. 4. 51 . 1. 12 Bor. 263. 0. 11. 31 \div . 0. 10 Bor.		(33 fere	13. 3. 7. 37 . 16. 55 Aust. . 14. 2 Bor.)	
Epoch. ad Merid. Londini	1677, 7 Nov. (28 Octob. stylo Veteri) minima centror. di- stantia h. 0, 28°. Latit. app. 4° 40' Boreal.		46. 0. 9. 14 . 2. 53 Aust. 263. 1. 11. 49 . 0. 22 Aust.	1661, 3 Maij (23 April. stylo Veteri) minima centror. di- stantia h. 4, 52°. Latit. app. 4° 27' Boreal.	
Vide Investig. III, §. XXII, ubi alii ♦ Transitus p. exteriti, ac futuri.					

T A.

T A B U L A XVI.

www.libtoolfactory.com Synopsis Eclipsiuum Satellitum Jovis
juxta principia Cassiniana.

Supposita apparenti Diametro Jovis Perigei 51^m. Apogei 32^m visa ex
Tellure, visa ex distantiis mediis ex Sole 41^m ÷ cum inclinatione
Orbitæ Satell. ad Orbit. Jovis gr. 1, 55'; Nod. in g. 14, 30° & Ω

	I	II.	III.	IV
Tempus Immersionis sive ingressus Diam. in Discum Jovis	h. min. 6' 58" max. 7 16	h. 9' 0" 10 10	h. 11' 57" 17 36	h. 15' 5" 59 17
Mora centri in Disco Jovis. Maxim. in Ω Min. in 90 gr. a Ω	max. 2 23 56 min. 2 17 58	3 1 2 2 40 58	2 48 22 2 35 34	5 3 44 In Lat. g. 2, 10 non ingredit.
Mora in umbra Jov. Maxima in Nodis Min. in quadr. asp.	max. 2 16 20 min. 2 5 20	2 58 10 2 37 44	3 34 38 2 12 14	5 4 0 ad gr. 52 a Nodis e
Diameter Orb. visæ ex Terris in distant. Media a Sole	3 55	6 14	9 58	17 30
Distantia a centro Jovis in ipsius Semidiametris	5 $\frac{1}{2}$	9	14 $\frac{23}{60}$	25 $\frac{19}{60}$
Tempora Periodica	d. h. 1 18 28 36	d. h. 3 13 17 54	d. h. 7 3 59 36	d. h. 16 18 5 7
Epoch. 1700 ineunt ad Merid. Paris.	d. h. 1 1 12' 4"	d. h. 2 2 33' 54"	d. h. 2 10 38' 30"	d. h. 2 17 39' 20"

F I N I S.

IN.

INDEX ALPHABETICUS RERUM PRÆCIPUARUM TERTIAE, ET QUARTAE PARTIS.

www.libtoel.com.cn
Littera d prefigitur paginis Quarta Partis.

- | | |
|---|---|
| <p>A Egyptior. ann. vagus, & fixus 104, d 28
 — colonia Chaldaica d 30
 — hieroglyph. Eclips. d 19
 — independentia ab hypothes. 124
 — quz mutatio cursus siderum 202
 — observat. Astron. d 28, d 170
 — period. Eclips. 147
 — Sapientia 212, 225
 — via plana detecta, &c. 218
 Æquatio ann. Solar., Lunar., & Helio-
 Drac. 184
 — Luni-Solar. Varior. 213
 — duplex Solis ad Lun. d 78
 Æra Nabonassiaris d 30
 — a morte Alex. M. d 31
 — Olympiad. & U. C. d 27
 — Seleucidarum d 31
 Ann. Solis civil. 103
 — Equinoctial. 106
 — Patriarcharum 139
 — Julian. & Gregorian. 104
 — comparatio 210, d 29
 — Helio-Drac. 91, 114
 — Lunaris 111
 — Luni-Solar. var. Gent. 213
 — intermedius d 39
 — Sidereus d 190
 — vacui ab Ecl. Lun. 87, 176
 Annus Ecl. Sol. & Lun. 87
 — anticip. Eclips. 90
 — Fixarum d 195
 Anomal. Solis & Lun. 45
 Apocatastasis Eclips. 97, 115
 Arctus maximus penumbra 56
 — minim. inter centra 68
 — semimora & semidurata 68
 — umbra mere 58
 — visionis Stellar. d 177
 Argum. Latit. Lunæ d 49
 Astrol. error in loco 50
 — in effect. Eclips. d 214
 Astron. util. Miss. vi, xviii
 — <i>alii vide ante Prim. Partem</i>
 — ducit ad Deum 111, d 221, &c.
 Atlas & Sphæra d 36
 Astro-phæra project. 25</p> | <p>Aurora Boreal. d 164
 Axiūm Ecl. & Æq. inclinatio quando ad
 ortum d 56
 — in Sphæra Armill. d 112
 Calculi Ecl. regulæ d 43, &c.
 — exempla d 58, d 85
 — fundamenta & elementa d 74
 — modus abbreviandi d 76
 — usus pro Ecl. Sol. d 78
 — usus in deliq. Lun. d 89
 — Trigonometr. & Algebr. d 90
 — cohærentia cum histor. 208
 — restitutio d 52
 Calendarium 95, 105, 107
 — Sinici Reformatio 17
 Causæ Eclips. 12
 — notæ vel ignoratæ d 28
 — motuum Cœlestium 26
 Colores in Sole defic. 33
 — in Lun. def. 34
 — in Ven. planet. d 153
 Columbi Eclipt. Lun. d 237
 Columnæ Seth d 33
 Cometar. Eclips. d 180
 — parallax. Caffin. d 182
 — distantia explorata d 184
 — motus an cum Tell. quiete d 186
 Cometoides d 164, d 181
 Concordia Discord. Sentent. in arcu max.
 — penumbra 56
 — in limbo Lunæ aspero d 135
 — in usu contrar. hypoth. d 104, d 168
 — in phæn. Caffin. & Blanchin. d 165
 — in apparenti dissensu Cl. J. Cale. d 167
 — & sic in aliis paffis.
 Construct. Ecl. Synopsis d 78
 — nova Lunar. d
 Conus atmosph. Terr. 23
 Correktio cur notata 179, d 207
 — corona circa Sol. def. 34
 Cornua Eclips. 47
 — horizontal. aut vertical. d 94
 Cycli Lunisolar. 114
 — Cleost. Harpal. Eudox. 134, 145
 — Metonis, &c. 135
 — Callippi, & Judeor. 136</p> |
|---|---|

Cycli

- Cycli Gamaliel. & Hipparch. 137
 — Victoris Aquit. 137
 — Kepleri, Patriarch., Blanchin. 139
 — Sothiac. & Norian. 139
 — Viete, & D. Bettazzi 140, &c.
 — Jo. D. Caffin. & Scaligeri 141
 — magnus Lunaris 1371
 — Solis duplex 136
Vide Periodus.
 Dextera in Solis imagine d 118
 — in Typo Ecl. d 78
 Digitri Ecl. non semper æqual. 46
 — Europæ ac Sinici 45
 — mutuam eorum convers. *Vide in Tabb.*
 Diesus Luminarium 9
 — Terra d 78
 — ejus semidiam. d 15
 Eclips. definitio 14, 96
 — exist. ab init. Mundi 1, 199
 — & futuræ (*Vid. Tab. Chron.*) 203
 — Spurizæ 4
 — cause, & erroris 12, 16
 — effectus imputati d 214
 — timor imperitor. 29, d 21
 — usus in Physic. &c. 28
 — usus in Astron. 28, d 194
 — in Geograph. d 200
 — in Moralibus, &c. d 213
 — inclin., plaga, adjacentia 60
 — Termini d 47, &c.
 — elementa d 75
 — visa anticipatio, vel retardatio 77
 — Scientia admirab. d 5
 — cur observat. a MM. VV. d 5
 — semper cum aliq. dissimil. 53, 117
 — in quo gradu Eclipt. 50
 — inclinat. cum sem. Lun. d 56
 — ternaria eodem mense 80
 — num. med. annuus 99
 — Harmonia Periodica 207
 — Apocatastasis 91, 115
 — saltus 147
 — cur non in omni Syzyg. 63
 — num. an crescat 203
 — phases & quantitas 45
 Ecl. Sol. app. Tell. deliq. 23
 — octo species & phases 38, &c.
 — macutin. vespertin. 79
 — varietas unde 47
 — ex quo limbo init. 48, 51
 — prius app. occiduis 55, 76
 — freq. in Zon. Torrid. 54, 209

- Ecl. Sol. ubi per totam diem 59
 — in novilunio 64
 — interdiu 65
 — duratio max. in loco 69
 — — — — — in Disco Terr. 93
 — — — — — in totali occult. 69
 — unde pendet diurnitas 71
 — init. & fin. prim. Lun. 81
 — nequit dari in fin. secunda, nec ter-
 — tiz, nec quartæ Lun. 82
 — aliquando in fine quinta 83
 — sepius in fine sextæ Lun. 84
 — an in fine septima 85
 — an saltum duæ in anno 87
 — prima initio Mundi 201
 — in morte Christi D. d 220
 — anni 1706, & 1724 118, d 95
 — epocha num regnans 204
 — indicium vicinæ d 120
 — termini possib. & necels. 127
 — determinatio ex calculo d 78
 Eclipsis Lunæ quid 14
 — species 44
 — a quo limb. init. 51
 — indicium vicinæ d 124
 — & partialis summæ d 124
 — total. ad idem lat. Eclipt. 51
 — visib. ultra hemisph. 54
 — phases ubique ædем 55
 — cum levi exceptione 60
 — in plenilunio 64
 — noctu; sed aliquando Sole & Lun. sup.
 — horiz. 65
 — ubi per totam noctem 59
 — duratio maxima 72
 — mora in totali obsc. 69
 — prius apparet orientalibus 76
 — circa apogenum diurnior 76
 — illat. ex æqual. durat 76
 — non in duob. prox. plenilun. 82
 — nec in fine 3, aut 4 mensis 83
 — raro in fine quinti 83
 — sepius in fine sexti 84
 — an in fine septimi 85
 — expletis xi mensibus 87
 — expleto xvii mense 88
 — an in exitu ab Ægypto 191
 — an in Christi funere 191
 — Epochæ nunc regnans 205
 — inter duas Solares 206
 — determinatio d 85
 — phasium & quantit. d 86

Ecl.

- Ecl. Lunæ init. immers. med. emersio
quantitas Digit. & finis d 86
— similes inter se 147
— præter. in futuræ Vide in Tab. Cbron.
Eclips. Luna visa in Luna apparent So-
lis d 105
— plures quam in Terris d 106
— earum constructio d 105
Eclips. min. Stellar. Vide in nom. propr.
Eclipticæ declinatio d 17
— inclinatio Vid. Axis.
Ecliptici Typi scopus d 4
— utilitas & Inventores d 4, &c.
— veritas d 10
— constructio d 78
— determ. init. & finis d 83
— phas. in dato loco d 81
— comparatio cum al. loco d 83
— temp. & quantit. d 84
Ephem. Vet. imperfectio 89
— usus 177
Epocha Eclips. regnans 93
— regnans octavo saeculo 189
— Troja incenæ 27
— Olympiad. & U. C. 27
— Julianæ correctionis d 35
— Julian. Scaligeri d 35
— periodi Sothiacæ d 30 Vide Era.
Excentricitas duplex 20
Exempl. usus in period. 218, d 76
— calculi Eclips. d 58, &c.
Fabul. Ecl. symbolice
— Egyptior. & Græcor. d 20
— Persiarum omessa ibid. in Notis *
— Brachmanum, & Sinens. d 219
Fines Eclips. 27, d 213
Fixarum lux propria 3
— occultat. a Planet. d 189
— a Comet. ab al. Fix. d 191
— motus propri. d 195
— quotidie divers. revol. 115
— acceleratio diurna d 195
— positio d 194
Globi Astron. usus 113
— & Geograph. in Ecl. 109
Harmonia Vet. xxiiii, d 70
— Eclips. Periodica 185, &c.
- Harmonia Majorum Ordinum 193
— terminus 198
Hieroglyph. Eclips. xxii, d 20
— Tropicor. d 18
H. stor. Ecl. emendata 186, 189, 209
Horæ Astron. & Ital. d 53
Horologii correctio d 112
— supplementum d 170
Hypoth. contrar. usus d 104
Immers. temp. & Emers. 65
Incidentia scrupuli. 68
Instrument. pro Eclips. d 116
Intervalla Eclips. 80
Jovis occultationes d 171
— Satellites d 211
— tres species Eclips. d 173, &c.
— mutua occultatio d 174
— phænomona ibid.
— modus observandi d 175
— calcplus duplex d 176
— nodi Satell. & inclinatio orbite d 175
— lura vid. in Tab. XV.
Latit. Coelest. circuli d 112
— species variat. in Ecl. 52
— non semper 49
— dati puncti. in Disco ejusque Longi-
tudo d 99
Lucis immunitio in Ecl. 47
— propagatio an in temp. d 176
— diffraction d 15
Luna corp. opac. 3, 36
— sphæricum 9
— limbus an alper d 135
— an obscur. ab umbra Terr. 15
— sola in umbr. Terr. 22
— diameter 22, d 54, d 134
— parallax. & distantia a centro Terra 2
— umbra nec ad Ter. aliquando 22
— an aliquando dispreat 37
— conspic. in med. deliq. 25
— pallor ante & post def. 67
— penumbra correctio d 16
— phæses Ecl. Vid. Eclips.
— maculæ d 129, &c.
— visa in Sol. def. 12
— motus a Sole minim. 74
— lumen secundar. 30

e

Lx.

* Mithras in antro subjecti Tauri cornua
contorquens est Sol in Eclipsi cùm Lu-
na ex veteri transit in novam. Vide
Flasid. Scholiasten Statu sub finem Lib.

I Theb. & hoc forte est symbolum Re-
surrectionis in sacris Mithre memorar-
cum a Tertull. c. 40 de Prescript.

- Luna locus medius d 43
 — locus verus d 50
 — distantia ab sp. Sol. d 48
 — distantia a Sole d 54
 — argum. Latit. & redditio ad Ecl. d 49
 — orbita inclinatio d 88
 — motus variii d 125
 — oscillation. period. d 126
 — vertigo menstrua J. D. Cassini ab occa-
 — casu in ortum d 127
 — diurna Auctoris ab ortu in occas. ibid.
 — periodus Nodor. d 139
 — nodorum longitud. d 46
 — anomalia Lun. d 46
 — mensura Ecl. total. 76
 Machin. Eclips. 157, 181
 Mars occult. a Lun. d 169
 — a plan. Vener. ibid.
 — macul. occultatio d 170
 Med. Ecl. moment. 64
 — indicium 72 d 124
Menses ignigena R. Ag. d 29
Meales Lunar. period. anomalist. Dra-
 cont. Synodic. & Solaris 108, &c.
 — Merkedonius 113
Mercur. Egypt. duo d 114
 — hieroglyph. d 227
Mercur. Planet. observ. Sinic. d 141
 — distinct a mac. Sol. d 138
 — revolutio ad Solem d 146
 — transitus sub Sole d 139, &c.
 — quibus intervallis d 144
 — loc. obs. in recta d 139
 — a quibus occultatur d 147
 — occultat. a Venere ibid.
 — a Solis radiis s̄epe d 177
 Meridian. Prim. Var. Tabb. d 39
 Meridian. differ. per Ecl. Sol. d 201
 — per Ecl. Lun. d 202
 — per appuls. Lun. ad fixas d 212
 — per lectio. Lunar. ibid.
 — per Sarell. Jov. Ecl. d 207
 Methodus determin. Eclipses Geometri-
 ca duplex d 86
 — Arithmetica d 88
 — Trigonometrica d 90
 — Algebraica varior. d 91
 — per sect. Conicas d 96, d 101
 — per Harmon. Period. d 96
 — Organica d 97, d 109
 — per Observationes d 97
 — per Typos d 78, d 105

- Micrometra varia d 118
 Motuum Cœlestium causa 4, 26
 — varietas 115
 — an acceler. vel retard. 150, &c.
 — Luna multiplex d 125
 — an equab. in Eclips. d 13
 — fictus & simplex d 104
 — Mundus Dei liber 1.
 — Dei lyra xxI
 Musica mundana xxII, 99
 Natura contemplatio II, III, XVIII
Nepibys xxII
 Nerus Chalda. quid 151
 Nodor. Lunæ Period. 109
 Nova quo sensu 228
 Numerus ann. Eclips. 89
 — an crescat per secula 91, 203
 — mystic. Eclips. 158, &c.
 — Sinensium 170
 Observat. genus triplex XVII
 — Egyptior. d 18, d 32
 — Chalda. & Hebræor. d 33
 — Græcorum d 23, d 36
 — Romanorum d 37
 — Sinens. antiquis. d 34
 — usus Vide Eclips.
 — mod. in Ecl. Sol. d 118
 — in deliq. Lun. d 123
 — in transitu ☽ & ☿ d 137, &c.
 — minor Stellar. d 169, &c.
 — phasium Ecl. 38
 — Loci 48
 — Temporis 61
 — Numer. & intervalli 80
 — cur a summis viris in Academias per-
 agantur d 5
 Occasio Sinicorum munierum & Investi-
 gat. Auctoris 94
 Oculi constitutio pro typō d 10
 Opicula pro Eclips. 42
 Oscill. Lun. medium d 129
Ofris seu *Miforis* d 28, d 31
 Parallaxis Sol. & Lun. 7, d 68
 Paschatis tempus 213
 — exemplu duplex 214
 Pekini Lat. & Long. Geogr. d 204
 — umbra duplex 23
 — Lun. arc. max. in Terr. 56
 — mora centri in Disco 71
 — radius d 81
 — cur non infinita 60

- Period. nad. Lun. 109
 — Sothiaca 139, d 29
 — Lunisolar. 144
 — Juliana *Stetig* 142
 — Norisiana 139
 — Vetus 140
 — J. D. Cassini 141, &c.
 — D. Bettazzi 139, &c.
 — Kepferri 138
 — Ecliptica 97
 — eius leges 105
 — Ægyptio-Chald. 147
 — Chald. sec. ord. 153
 — Chald. tert. ord. 154
 — extensio 178
 — Alternationis 153
 — ann. Lun. *De la Hire* 157
 — novus usus & sec. ord. 180
 — nova major, ordin. 185, &c.
 — utilitas 222
 — terminus 198
Vide Cycles.
 Pharmuthi Ægypt. quid 214
 Plan. min. opaci 9
 — Eclipses d 137, &c.
 — motus period. d 194
 — combusti quando d 177
 — cum fixis coniuncti d 188
 Plenil. med. & ver. 131
 Prim. Mob. revol. d 102
 Princip. general. pro Ecl. 81
 Refractio Stellar. 23, 78
 Regula Ecl. general. 131, 225
 — calculi Eclips. d 43, &c.
 — pro adjacent. Syzyg. 90
 — myst. num. correct. 172
 Rota pro Eclips. d 116
 Saltus Eclipsum 147
 Sardes Lydis d 25
 Saros Chald. quid 158
 Saturni occultat. d 177
 — annul. occultatio d 178
 — Eclips. Satellit. d 179
 — revolutio period. d 180
 — digressio d 180
 — Diameter orbitæ ejusque inclinatio ib.
 Serupuli incidentia immersion. & emer-
 sion. 68
 Sectionis linea in Eclips.
 Seiris Seiradica Terra d 33
 Selenograph. Varior. d 129
 — Aucteris d 130

- Semid. penumbra. Terr. d 55
 — penumb. Lun. d 55
 — Disci Terr. d 55
 — umbra mers vel lucis d 55
 Senarum Meridianus d 206
 — ær purus d 161
Sofonis non est Sofos d 31
 — ejus Epocha *ibid.*
 — Tab. Geograph. d 115
 Sinensis obs. VV. Ecl. 96, d 24
 — Calendar. Reformat. IV
 — congressus cum P. Nannez VI
 — mos in Eclips. d 21
 — error in effect. Ecl. 16
 — fabul. Eclips. d 219
 — numeri pro Ecl. 170
 — Lys seu Stadium d 203
 — amor Astronom. III
 Sinoe Long. Geogr. d 206
 Sistri Medi. interpretatio xxii
Siphos Mercur. junior d 33, d 115
 Son. velocitas 75
 Sonitus in Ecl. XIV, d 21, d 216
 Sol lucidus Naturæ 3
 — major Tell. & Lun. 2
 — remotior quam Lun. 5
 — parallax. horiz. 6
 — sphæricus 9
 — excentricitas 20
 — diameter 21
 — tremor. insolit. 43
 — anomalia d 45
 — radii central. d 15
 — locus & mot. med. d 43
 — locus & mot. ver. d 50
 — motus apogei 107, 6
 — motus annuus 100
 — revol. diurna d 202
 — dist. a nodo Lun. d 47
 — ab apog. Lun. d 78
 — Declinatio d 52
 — macule d 137
 — eccl. occultatio d 138
Vide Ann. Eclips. Solar.
 Soffus Chald. quid 151
 Sothis. Sirius d 29
 Sphæra tripl. invent. d 114
 — usus in Ecl. d 107
 — Archimed. & Poffid. d 115
 — cur fractæ a M. V. *ibid.*
 Stelle in sternum 204
 — fix. occult. a Luna. d 186

- Stelle ab aliis planetis d 189
 — per combustion. d 177
 — per conjunct. alterius d 193
 — acceler. ~~diurna~~ d 195 m.cn
 — mot. prop. ann. & period. ibid.
 Symbol. Ecl. signif. d 213
 — Tropologica d 214
 — Allegorica d 217
 — Anagogica d 224
 — an a Deo intenta d 227
 Synops. Constr. Ecl. d 78, &c.
 Syzygia media* & vera historie d 44,
 d 88
 Tabb. Astron. Varior. d 39, d 194
 — Cassiniæ d 77, d 88
 — Concordia d 22
 — diffid. in long. intervall. 142
 — ratio ute di d 42
 — arrificium d 74
 — vocum novarum d 77
 — emendatio aliqu. d 45
 — Geograph. Seſſoris d 115
 — Macconis d 116
V. Indicem Tabularum
 Telescopii Inventor d 9
 — augmentum d 184
 — ulus in Ecl. Sol. d 119
 — in Ecl. Lun. d 223
 — & Satell. Jovis d 175, d 211
 Tellus min. Sole, & major quam Luna 8
 — semidiam. 9
 — visa ex Luna 10
 — in diluvio 4
 — visa ex Sole d 11
 — proport. ad diam. Lun. 21
 — figura d 13
 — an motus ex Comet. d 186
 Temp. verum apparenſ d 51
 — medium d 44
 — reductio veteris d 34
 — anticipatio in Ecl. 77
 — reduct. ad partes circuli 160
 — subtrah. primæ phasi vel addend. ultime 79
 Termin. possib. & necessar. in Ecl. Solis 127
 — in deliq. Lun. 130

- Tent. Theor. Tot Mercur. Sonor.* 26, d 34,
 d 114
 Typi Constr. pro Ecl. Terr. d 78
 — pro deliq. Lun. d 105
Typhon xxiii, d 19
 Venus planus in Sole d 147
 — quibus intervall. d 148
 — occultata a Lun. d 149
 — occultans Mercurium ibid.
 — sine Satellite d 159
 — cur magistra syst. Plan. ibid.
 — revolutio ad Solem d 161
 — motus period. d 161
 — macula cur quæsite d 153
 — phæn. ann. 1666, &c. & ann. 1726,
 &c. d 153
 — eorum certitudo d 154
 — visa Florentia d 159
 — modus obſervandi, & obſerv. comp.
 pus d 161
 — variz hypothes. d 156
 — cauſe inevidentia d 157
 — consensus DD. VV. d 166
 — etiam Cl. Jac. Caffini d 167
 Vect. Theoria Eclips. d 22
 — & Praxis d 28
 Umbr. tres species 11
 — quando longior & amplior 18
 — Conoides in Plan. 11
 — Telluris ficta 21
 — Lunam amplectitur non alios Planetaſ 22
 Umbra Lun. aliquando nec ad Terram 23
 — umbra mera 24
 — a circu. maxim. 58
 — velocitas 75
 Umbrago 4, 67
 Uſus Ecl. in Astron. 28 d
 — in Physicis, &c. 28
 — in Geograph. d 200
 — in Chronol. 209, 215
 — in Moralibus d 213, &c.
 — in conversione Infidelium adhibita a
Cbryſſot. & Damasc. d 222

* Juxta RR. quos sequitur Author in Tab. Termin. Eclipt., differentia non est maior 12 horis.

In Tertiâ Parte.

ERRATA.

CORRIGE.

Pag. lln.

v 20	Yong-teingh	Yong-teingh
xii 12	status	status
xxi 30	banc	hane
2 3	Solem	huc
6 27	expectandam	expectandum
7 6 4"		14"
9 7	intenta	attenta
16 3	ignoti	ignari
15	censere	censem
19 &c. (d) (e)		(c) (d)
17 20	Heraclitî	Heracliti
23	apposita	opposita
23 20	diffractionem	diffractionem
29 31	ex. gr. Eclipſim.	ex. gr. per Eclipſim
30	fin. relinquit	relinquit
33 28	obtentam	obrectam
34	confinia	confinio
35 12	sublimiore	sublimiora
41 17	expolleſceret	expalleſceret
43 1	ad Boream	ad Boream quando visa Luna Latitudine apparet ad Boream
11	Eurum	Caurum
47 17	minoris	in majori, minor in minori
49 2	Sinis	finis
20	adverso	diverso
50 4	inter	intra
69 4	90 min.	60 min.
70 6	a Sole 54°, 10"	27° 10"
75 24	apogeis 37°, 38"	27° 14"
80 28	aliquando undecim	aliquando. Undecim
81 20	anticipare	anticipent
85 16	gr. 170	gr. 180
89 28	duas	duas saltēm (nam D. Mezzavacca designat tres eodem anno)
93 9	Interea	Inter ea
95 13	prima	primæ
97 11	συμβεβηκός	συμβεβηκός
102 36	¶ I	¶ E
110	penitus minimus, maximus	minimas maximas
112 33	peculiares	peculiaris
113 21	solsticium	vel potius a novilunio viciniori five ante five post idem Solsticium
114 3	Argulis quinquenniis	Ita quidem ex Auctore cit.
At ex J. D. Cassino (Reflexions sur la Chronologie Chinoise) Cyclus Sinenium est annorum 60, ex quibus 22 sunt Embolismales 13 Lunationes, reliqui communes 12 tantum. Ergo simul sumpti conficiunt Lunationes 741 & aequaliter ferè 60 annis Solaribus, qui non est Cyclus Eclipticus ut videre est in nostra Tabula I, in qua Epacta est 3 dier. &c.		

XXXVIII *Is Tertia Parte.*
E R R A T A . **C O R R I G E .**

Pag. lla.

- 116 20 &
- 31 ragiones
- 127 11 30 0
- 129 12 min. 16, 26.
- 130 20 L, 6
- 131 1 T
- 140 6 annos
- 26 Vite annor.
- 141 7 prædicensbatur
- 142 33 gr. 82, 29'
- 147 31 &
- 152 11 34 Maji
- 153 18 semidiametro
- 154 ult. cap. 15
- 156 1 Adorem
- 158 8 illi
- 163 34 4663
- 35 84918
- 168 22 civili
- 171 6 Lunare
- 176 12)
- & 24) 18
- 178 12 periodus
- 183 11 inter
- 191 3 restitut*ū*
- ille. a. a. n.
- 192 3 fer. 5, d. 3 April.
- 193 31 4, 19¹, 42²
- 194 12 1603
- 207 9 in iis
- 215 3 0
- 7 Rudolphinis
- 224 22 1724

www.libtropi.com

et*ū*

regiones

Ob*F*

Minor gr. 16, 26, five 316'

m. 4

T Ob

annis

Vite : numerat annos

predicabatur

gr. 82, 19'

ac

24 Maji

semidiametrorum

cap. 19

Audorem

ille

3663

84915

civili

Lunarem

12

periodus

intra

restituta

a. a. a.

fer. 5 (d. 3' April.)

4, 19¹, 52²

1703

ex iis

8

Recontioribus

1724)

Leviiores Orthographia defectus prudenti Lectori corrigendi relinquuntur,
ut ceterisque pro ceterisque, deprehensa pro deprehensa, hemisphero pro
hemisphario, teste, sexquialtera, sexquartaria pro teste, sexquialtera, &c.

I N Q U A R T A P A R T E

E R R A T A .

C O R R I G E .

Pag. lla.

- 12 33 ad Axem *Æquatoris*
- 13 18 $\frac{178}{708}$
- 34 54¹, 23" five 3363"

axem Telluris ad diametrum *Æqua-*
 $\frac{178}{1248}$ (toris

708

54¹, 23", five 3163"

13 35

ERRATA.

CORRIGE.

Pag. lln.

23 35	6726	6526
36 6699	<u>30</u> 178	6489 <u>60</u> 178
37 27 ^o	dimid.	37 ^o dimid. 18 $\frac{1}{2}$
29 28	significabat	significabant
20 8	dicebant	dicebat
16	tender	tenderet (V. Ind. Rev. Verb. Fabula)
18	appropinquat	adds, vel filens ad Solem in conjun- ctione obscurandum si ad Solis Ecl. referatur)
21 35	Lunare	Lunævo
22 34	is	is
25 37	regiones	regionis
34 36	Schill . . . Kam-ki	Schall . . . Kam-ki
36 20	Parupegma	Parapegma
31	Matercus, Avus	Maternus Avus
39 16	Tychoni	Tychonis
43 6	ad eam	ideam
48 5	a Sole	a Sole U
51 20	æquatio b	æquatio b
54 18	usum	usum vide lit. z
57 15	Inclinationum	Inclinationem
58 17	expletos 3	expletos 13
19	summa 27	summa 37
59 36	medias	media
61	ult. rotus numerus G transferendus ad paginam sequentem, lin. 12.	
61 2	1700, 15	1700, 11
63 27	arg. Lat. Lun. C	arg. Lat. Lun. c
64 2	ab x	ab X
20	b prodit	b prodic
65 12	erat x	erat X
31	motus Ω 53	Motus Ω 3 ^o
75	Elementorum	Elementorum
78 1 & 5	intelligi distantiam	intelligi correctionem faciendum cor-
80 29	min. 31 ^o , 38 ^o	latè ad distantiam
81 7	Florentia maxima	min. 31 ^o , 58 ^o
84 32	obliqui	Florentia: maxima
86 19	hanc	obliqui
87 19	illum	hæc
91 17	seu 31 ^o	illum
93 ult. h. 1, 13 ^o , 50 ^o		seu 360
94 11	utiliter	h. 3, 13 ^o , 50 ^o
95 9	ut Polum	ubilibet
16	proficerit	ac Polum
96 11	in qua	profueris
99 27	perpendicularium. Projec-	in quo
	tiones	perpendicularium projectiones
34	interceptos	interceptas
100 19	circumferentie	circumferentie
102 32	juxta	juxta

nos 37

Fag. lln.

105	37 phasis
106	30 propensam
	37 totam seriem
112	25 vel etiam
214	3 Luna
219	17 filo
229	21 ut unica
	36 ea
238	27 ex
	49 Porrianus
232	7 que
233	8 tertium
	33 subdivisa
234	13 Geograph. 1925 44 338
235	20 montia
	permis. p. 947
237	7 hora
238	24 istarum
	29 apparentia
239	23 notata
243	4 Tauri.
244	5 h. 1, 44°
245	6 septimus
247	10 hor. 2, 3°, 30"
248	32 linea
249	32 Memburgi
252	36 numerum
253	4 tertia
254	18 potuit
256	20 editio
265	20 que
266	3 Newtonianus
268	3 meridium
271	31 Lib. IV, c. 9
179	6 retrogradations
181	26 mullo
184	13 erunt
283	19 calculi
288	32 sequente, 18 hor.
291	3 media
294	9 interiori
297	18 observatam
202	20 horam
203	16 angulum
207	15 studiorum
	alt. 34°
208	9 34° . . . 3 Ostob.
213	2 ergo
214	25 majorem
	36 Lunaris effectus perdurare
215	23 silenti
221	alt. συμπάσχοι . . . Eccl. VII.
	vr. 2 TAB. IV
xviii	23 D. Birger V. II.

phases	
protempore	
dabitur tempore series	
sed etiam	
Luna, intelligendum	
folio	
at unica	
eo	
est ex	
Sorrianus	
qui	
tertiam	
subdivisi	
Geograph. 1925 44 338	
montes	
p. 947	
ora	
istarum	
apparet	
notata	
Tauri . Ejus nodus in 4 h. 2, 43°	
in septimum	
h. 21, 3°, 30"	
lineam	
Fruemburgi	
numerum	
tertium	
posuit	
editio	
quem	
Newtonianas	
me: itam	
Lib. VI, c. 9	
retrogradations	
multo	
erunt	
concludi	
sequente 18, hor.	
modiam	
interim	
observatam	
hora	
angulo	
studiorum	
43°	
57° . . . 31 Ostob.	
erga	
matrem	
perdurare; tpidem annis si fuerit Eccl.	
Solis	
silentii	
συμπάσχει . . . Eccl. XVII	
TAB. III	
D. Birger Vassie.	

In Indice AA. non pauci præ festinatione omitti . Innoc. XI, & alios vi-
de ante Prismam Partem. Petrus de Martino &c. in Il. Alexandri VII.
P. Pappienum in III. Euclidem aliquaque in IV. Fevillaeum, Gemmam, &
alios in Tabulis.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn